Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESOLVTIO DIALECTICA CVM TEXTV ARISTOTELIS, ADMODVM REuerendi patris fratris Alphonsi à Vera Cruce Sacri ordinis Eremitarum Diui Auguſtini, bonarum artium, & Sacræ Theologiæ Magiſtri, Cathedrarij primarij in Academia Mexicana, olim in partibus Indiarum maris Oceani: Prouincialis eiuſdem ordinis, in eiſdem partibus.

Acceſsit breue epitome totius Dialectícæ.

Nunc tertiò ſummo ſtudio, fide, exactáq; cura reuiſa ab autore, & à plurimis mendis correcta, & locupletata in ſertis multis integris quæſtionibus, quæ deſiderabantur à doctis in alijs editionibus, maximè in poſterioribus.

SALMANTICAE.

Excudebat Ioannes Baptiſta à Terranoua.

Anno. M. D. LXIX.

Expenſis Simonis à Portonarijs Bibliopolę.

Eſta taſſado en

Universidad de Deusto
Biblioteca

DON Philippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalē, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, &c. Por quāto por parte de vos Fray Vincēte de Quintanilla, Procurador general de la orden de sancto Augustin, en esta Prouincia de España, de la obseruancia, nos fuefecha relacion, q̄ el Maestro fray Alonso de la Vera Cruz de la dicha orden Cathedratico de Prima de Theologia, en la Vniuersidad de Mexico, auia reuisto y de nueuo añadido el libro de Artes q̄ ha siete años poco mas o menos, que con licencia nuestra, auia impresso, en que se contenia las Sūmulas con el texto de Petro Hispano, y la Dialectica con el texto de Aristoteles con los Predicamentos, y Logica Magna: el qual era muy vtil y prouechoso, assi para lectores como Estudiātes dela dicha facultad, en el qual auia passado mucho trabajo. Atento nos pedistes y suplicastes os diessemos licencia en forma para le poder imprimir, o como la nra merced fuesse. Lo qual visto por los de nuestro cōsejo, por quāto en el dicho libro se hizo la diligēcia que la Pregmatica agora nueuamente por nos fecha dispone. Y fue acordado que deuiamos mādar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, y nos touimos lo por bie. Por la presente damos licēcia y facultad a qualquier impressor destos nuestros reynos, para que por esta vez pueda imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion, sin que por ello cayga ni incurra en pena alguna. Y mādamos que la tal impresion se haga del dicho libro original, que va rubricada cada plana, y firmado al fin del de Domingo de çauala nuestro escriuano de Camara, y delos que residen en el nuestro Consejo. Y que despues de impresso no se puede vēder, ni vēda el dicho libro, sin que primero se trayga al nuestro consejo, juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresion esta conforme al original, so pena de caer y incurrir en las penas cōtenidas en la pregmatica, y leyes de nuestros Reynos, y no fagades ende al. Dada en Madrid a veynte y seys dias del mes de Nouiembre, de mil y quinientos y sesenta y ocho años.

D. Cardinalis Segunt. El Licēciado Menchaca. El Doctor Durāgo. El Doctor Suares de Toledo. El Licēciado Fuenmayor. El doctor Frācisco Hernā. d Lieuana.

Yo Domingo de çauala escriuano de Camara de su Majestad la fize escriuir por su mandado, con acuerdo de los del su Consejo.

VIsu summorum iudicum, qui à consilijs sunt Regiæ maiestatis, vidi superiores has quæstiones, cæteraq; alia cōmentaria Reuerendi admodum, ac doctissimi fratris Illefonsi à Vera Cruce in libros Sūmularum Petri Hispani, prædicabilia Porphyrij, prædicamēta Aristotelis, libros de posteriori resolutione: & in nōnulla alia expectantia ad libros topicorum, & elenchorum. Quæ omnia veram continent doctrinam: & liberalium artium studiosis vtilem: quam ob causam merito typis mandari potest.

Doctor
Caxa.

Domingo
Çauala.

IOANNIS CHRISTOPHORI CALVETI STELLÆ

Epigramma, ad Lectorem.

ALPHONSI Crucei sapientia nota per orbem
Doctrinæ nitido corda liquore rigat.
Non opera hæc cernis Doctoris magna periti?
Miraris? scito cælitus esse data
Sed magis Auctorem, si nosses Candide Lector,
Suspiceres, dicen carmine pauca refers.
Moribus et sanctis, & claro excultus honore:
Virtute, & vera Religione micat.
Hunc Deus Indorum Doctorem misit in orbem,
Vt pietate feros imbueret populos.
Vnde suum meritò vocat hunc gens Inda parentem:
Vtq; suum patrem Mexica Regna colunt.
Tres illustrarunt Heróes Mexicon ingens,
Per quos nunc credunt Indica Regna Deo.
Indos Fernandus domuit Corteſius acer.
Indis Alphonsus dogmata sacra dedit.
Et quos possedit regnator maximus orbis
Carolus Augustus, quosq; Philippus habet.
Ingenuas artes primus transuexit ad Indos
Alphonsus, doctas instituitq; Scholas.
Egregiè linguam callet, ritusq; sacrorum:
Et mores scit, quos Indicus orbis habet.
Est Sophiæ eximius sacræ simul atque prophanæ
Doctor, vt hæc etiam scripta diserta docent.
Queis & Aristotelem exponit, doctumq; Platona,
Et quicquid Veteres exhibuere Sophi.
Munera contemnit, tumidos contemnit honores,
Et fungi renuit Præsulis officio.
Sed tantum ad sedes Indos perducere cæli
Curat, & vt fructus offerat ipse Deo.
Vtque Augustini vestigia sancta sequatur,
Hæc dedit ingenij nunc monumenta sui.
Ergo Magne patet tantum complectere Alumnum,
Nam decus est fulgens Ordinis ipse tui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOANNES PAVLVS BRIS-
SENSIS TYPOGRAPHVS IN CIVI-
tate Mexicana, in noua Hispania, in partibus Indiarum maris Oceani Lectori. S.

MILLE scholasticorum vocibus (imò verò & rectè sentientium) vbiq; est vrgentissimè expetitũ, vt florida scietiarum scientia, ac disciplinarum disciplina, ex perplexissima instituendi serie, qua illam dialecticorũ quàm plurimi, dum adolescentię auiditati inimium indulgent, obnubilarunt in graphicam, & consentaneam formam iam tandem longo. (vt aiunt) postliminio rediret. Tot nanque erant sophismatum nodi, tot Elenchorum incursus, tot sphingica argumenta, vt nec Theseo Labyrinthi perscrutatori, nec Alexandro nodorum solutori, nec Apollini ipsi Delphico rerum omnium præscio, aditus pateret, aut via. Longum esset in præsentiarũ repetere, quos anfractus, quos impetus, quas vices dialectica perpessa sit. Quemadmodum à natura proficiscatur, arte iuuetur, exercitamento q; & labore perficiatur. Vt Chrysippus inceperit, breuiauerit Plato, in succinctumq; epitome, atque compendiũ Aristoteles redegerit, breuiùs Petrus Hispanus. Post quẽ ita sese ingessit hic cauillorum abusus: vt decentissima & pulcherrima, turpis prorsus, & puerorum næniis peruia nostra dialectica effecta sit. Dederunt vltimò operam doctissimorum pleriq;, quo illam suo splẽdori restitueret, quibus quidem Horatianum illud non ineptè opponi possit, quod in arte poëtica testatur. Breuis esse laboro, obscurus fio. Sectantem leuia, nerui deficiunt animique. Qui rem vnam pr digialiter prosequitur, Delphinum siluis depingit, fluctibus aprum. Alij namq; tanta breuitate vsi sunt, vt reciderint turpiùs. Alij ea prolixitate: vt dum ea adducunt quæ irrident, & ea rursus quæ sequũtur, scriptum & in tergo necdum finitum Orestem composuerint. Vnus est noster Alphonsus, qui inter dialecticos omnes medium, in quo recti summa consistit, beatissimè est consequutus. Non aliter, quam inter philosophos omnes omnium princeps ipse Stagirita Aristoteles, aut inter colores Cyaneus. Hunc igitur lector candidissime amplectere, nostros q; labores (quando r æ vtilitati incumbimus) auidè excipe, & humaniter foue. Mexici ex nostra chalcographica officina Idibus Iunij. Anno. M. D. LIIII.

FRANCISCVS CERVAN-
TES SALAZARVS TOLETANVS,
bonarum artium candidatus, & in celebri nouæ Hispaniæ Academia Mexicana Rhetoricæ professor, candido Lectori. S.

TRIA sunt, & ea quidem potissima, candide Lector, quæ digna lectione, & vt nocturna, diurnaq; manu versentur, in lucem prodeuntia præ se reddunt. Materiæ vtilitas, tradendi modus, & scriptoris authoritas. Quæ omnia si in vniuersum cõsideres, lecto dũtaxat operis titulo, haud me profectò quo cætera percurras, indigebis suasore. Nam inuitat primũ, quę de Dialectica est materia. Allicit deinde intra modũ cõsistens orationis ductus. Incendit præterea authoris nomen, multis ab hinc annis, orbi vtriq; plurimis singularis doctrinæ suæ documentis editis celeberrimũ. Hæc eadem, tametsi paulò latiùs, me authoris discipulo (velo etenim, quæ penicillo vtcũq; possum contegere nolo) audire libuerit: non dubito, quin sponte currentem, acutissimis calcaribus citem, & vrgeam. Nam si artium, quibus humana vita feliciter & beatè traducitur, tria genera sunt: vt aliæ ad cognoscendas rerum naturas, quæ à Græcis Physicę, à Latinis naturales dicuntur, aliæ ad mores cõponẽdos, quas Græci Ethicas, nos morales dicimus: aliæ ad orationem, & dicendi regulas pertineant, quas Græcè Logicas, & Latinè rationales vocamus. Et in omni oratione, quæ digna sit legi, vt emendata, vt elegãs, vt probabilis sit exigitur: ac probabilitas, quæ præcipua est in quouis sermone pars (nam sola non persuadet modò, sed conuincit) iudicio & inuentione, duabus in quas diuidi tur, Dialecticæ partibus continetur. Quis erit (modò non desipiat) qui si facere fidem cupiat, non omnes de Dialectica libros euoluat, & veluti post longã peregrinationẽ, nõ in eo quiescat, in quo vno, sine obscuritate delectet breuitas, placeat sine confusione ordo, doceat sine difficultate oratio, detineat sine fastidio præceptorum traditio, & in summa, in quo vtile sic permixtum sit dulci, vt omne tollatur punctum. Ad quã & materiæ vtilitatem, & procedendi formam, quæ duo, rariùs quam fax aurea contingunt (nam hic piscis nõ est omnium) si autoris clarum nomen accesserit, nõ erit quid vel auidissimus desideraret, vel Momo mordacior, qui cum Venerem non posset, sandalium eius culpauit: carpere, aut reprehendere queat. Quid mihi voluerim (nisi prorsus torpes, & cæcus es) vidisti. Nũc quod tuũ est pẽsum, na ego meũ absolui, Dialectica hæc, quæ velut renata omni cõmodo, & laude referta in mediũ prodeũt, legas, discas, & tere. Qua vna re, & tibi abundè cõsules, & authori, neq; melius, neq; copiosiùs vnquã gratiam referes. Quem religione monachũ, instituto Augustinianum, professione Theologum, uita integrũ, omni doctrina eximiũ, & quod mirabere (nam scientia inflat) modestia singularem: prolixiori epistola, vt ipsum impẽsiùs diligeres, tibi cõmendarem: nisi vererer, quod re ipsa cõperies, id frustra laudari aut parum efferri, quod suo se testimonio commendet. Bene vale, Mexici. Idibus Iulij. Anno partæ salutis. 1554.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCLYTAE SCHOLAE MEXICANÆ APVD NOVAM HISPANIAM efflorenti frater Illephõsus à Vera cruce, Theologus, & primarius moderator in eadem Academia: ex eremitis sancti Augustini Ecclesię doctoris, & pro uincialis eiusdẽ ordinis. S. & incrementum.

CVM sæpe mecum pręmeditarer Rector magnificce, doctores clarissimi, magistriq; grauissimi, cui resolutionem dialecticã, quam in vtilitatem eorũ, quibus breui ad verã sapientiam, & scientiarũ reginam Theologiam peruenire in animo est, dicarem, sponte sese obtulit vestrum hoc auspicatissimum Collegium, & Schola, ex vobis veluti ex viuis quadratisq; lapidibus nuper erecta. Cũq; in eodem albo simus ascripti, in idemque dignissimum sodalitiũ admissi: quàm prõptus sim in vestrũ quoq; obsequiũ, & cõmunis ac floridæ Academiæ emolumentũ: ne ingratitudinis nota inurar, opere testari, & ostendere, consentaneum duxi, atq; decorũ. Quãpropter doctores ornatissimi, hãc nostrã opellam in Aristotelica dialectica, quã olim inter legendũ absoluimus, vobis libẽtissimè offerimus. Habeat posthac vestrũ hoc bonarũ literarũ vberrimũ gymnasium, fœlicissimis auspicijs inchoatũ, librorũ suppellectilem: vt adolescentulorũ pullulantia ingenia, sese possint exercere: & velut in agone cõtẽdendo, citissimè ad illã matutissimã Theologiæ frugem peruenire. Sunt quidem (nec inficior) qui magna de Dialectica hac, quã etiã magnã vocãt, tradidere: prolixè tamen, & quæ sine tẽporis iactura (qua nulla maior) perdiscifacilè queãt. Vel quia superflua multa: vel quia nimiũ difficilia, ac supra iuuenũ captum proponũtur. Nos tamen (sicut in summulis tradendis) consiliũ hoc sumus sequuti: vt quæ vtilia, quæ necessaria, in prædicabilibus prædicamẽtis, & posterioribus sunt, in vnum cõgesserimus. Accipite ergo vir excellẽtissimi, hoc quis exiguũ munus: quod si ex animo pensetis, non argẽto, non auro huic nostro Indico, erit æquiparandũ. Excipite (inquã) meũ hoc ardentissimum desiderium bona studia iuuandi, superflua omnia abscindendo, & pro virili facultatis cãdori consulendo. Et quidẽ nõ adductione nouorũ, sed granorũ ex spinis, & tribulis collectione, viam aliàs difficilem, peruiam prorsus, ac apertã ostendimus. Quod institutum, & si alij non contẽnendi autores ante nos conati, ac exorsi fuerint: argumẽtorum exercitamentum, ac Aristotelica expositio, in suis lucubrationibus à nõnullis desiderabatur. Quòd si hic noster conatus vobis arriserit, calcaria ad Physica pariter & Theologica compendiaria via tradenda, addita sentẽtijs, in hac nẽa tertia editione ob gratiam studiosorũ in antiqua Hispania quibus arridet opus dq; ipsis instanter petentibus: tot de nouo adduximus, vt ferè nouũ opus videatur plurimis insertis, & quæstionibus de nouo disputatis multis, & qđ deerat in alijs editionibus circa posterioristicã cõsiderationem cõpleuimus per Dei gratiam. Valete Hispali. Anno 1568.

QVAESTIONES PROOEMIALES LIBRI PRÆDICABILIVM Porphyrij: editæ à R. P. F. Alphonso à Vera Cruce, artium, & Theologiæ magistro, ordinis eremitarũ S. Augustini, & Cathedræ primæ moderatore in vniuersitate Mexicana, in partibus Indiarum maris Oceani.

QVÆSTIO PRIMA proœmialis. Vtrùm dialectica sit scientia.

CVM prima intellectus operatio sit simplicium apprehensio, in hac scientia rationis (quæ Dialectica est) primò de simplicibus vocibus agẽdum erit, Quem ordinem & Aristo. seruauit. Et primo de illis quinq; prędicabilibus, seu quinq; vocibus, quæ à Porphyrio sunt traditæ. Et primo loco occurrit vniuersale, quia istæ quinq; voces vniuersalia quædam dicta sunt. Verùm ante omnia oportet de nostrę Dialectica monstrare, & quod scientia sit, & suum subiectum habeat.

Quid sit scientia.

¶Conuenit primò cõsiderare, scientiã esse habitum cõclusionis, proiectum ab intellectu, per discursum syllogisticum. Vt est sensus huius. Omnis cõsequentia est illatiua consequẽtis ex antecedenti in ista scientia. Hic per habitũ intelligo, quandã qualitatem existentem in potentia, inclinãtem eã & disponentem ad producendũ similes actus ex quibus genitus est. Non tamen intelligitur, quòd scientia sit habitus vnus numero, vel vnius tantùm cõclusionis: sed dicitur habitus vnus, sicut & scientia vna, per aggregationẽ, & ordinem quem habet habitus diuersarũ conclusionum ad aliquod vnũ subiectũ. Hoc notato, sit prima cõclu.

Quid habitus.

Prima conclusio.

¶Dialectica est propriè scientia. Patet autoritate omnium loquentium. Et ratione sic. Vbi est aggregatio plurium habituũ, plurium conclusionum, quæ cõclusiones per syllogismum demonstratiuum demonstrantur ad vnum primum subiectum ordinem habentium, ibi est scientia vera: sed in ista Dialectica id euenit: nam Dialecticus multos habet assensus conclusionum, probatos, & causatos per demõstrationem, vt cõstat. Secũdò sic. Vbi est inuenire definitionem quid rei, & definita, & proprias passiones, ibi & demonstrationis materia erit, & consequenter scientia, vt dicemus infrà in libris Posteriorum: sed in hac scientia est huiusmodi inuenire.

Prima ratio

Ratio. 2.

¶Secunda conclusio. Dialectica non solũ est scientia, sed est vna specialis. Patet: quoniam vnius subiecti, vna est scientia (vt Aristoteles ait primo de anima, tex. co. 38.) secantur scientiæ, quemadmodum & res, de quibus sunt. Et primo poste. co. 42. sed Dialectica vnum habet subiectum, cui tribuit ea de quibus considerat: putà syllogismũ, vel ens rationis, vel argumentationem: ergo est vna per aggregationẽ. Et eò specialis dicitur, & propriũ subiectũ habet: nã sicut ab vnitate subiecti vnitas, sic ab specialitate subiecto specialis scientia. Et si aliquãdo Dialectica videtur esse communis scientia, quia ea & Rhetoricus, & quilibet alius vtitur definiendo, & diuidiendo, hoc erit vt vtens: nam vt docens, ipsa specialis est: & ex suis principijs suas probat conclusiones: nam vt vtens, idest, vt in alijs scientijs vtimur suis præceptis: vt definiẽdo in Physica, & diuidiẽdo in Metaphysica, esset scientia communis. Et sic etiam vocatur, ad omnium methodorum principia viam habẽs. Methodus Græcè, est latinus callem appellat: callis autem via stricta breuis, & recta cito ducens viatorem ad optatum terminum. Hęc logica facit. Et quarto Metaph. Aristote. enumerat inter scientias communes. Quapropter dialeticus artifex generalis nuncupatur. Et secundum hanc rationem, modus sciendi interdũ vocatur, sine quo aliæ scientiæ nequeunt attingi. Et vocatur ars, vt dicit collectionem multorum

Cõclusio. 2

Aristo.

Dialectica vt docés specialis scientia est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum principiorum ad vnum finem: quod & de scientia dicitur.

Cõclusio 3 ¶Tertia conclusio. Subiectum Dialecticæ (vt ex Aristotele elicitur. 4. Metaphy. text. co. 3. &. 5. à S. Tho.) est ens rationis, vt est ly ens commune ad omnia entia rationis.

Prima ratio Nam illud est subiectum in Logica, per qđ ipsa distinguitur ab alijs realibus, & sermocionalibus scibilibus: sed ens rationis est hoc, per quod Dialectica ab alijs distinguitur: ergo. Maior est Aristot. & minor: nã quia ens rationis est de quo Logica tractat distinguitur ipsa ab alijs scibilijs realibus: & quia ens rationis est tanquàm quid derelictum ex operatiõe intellectus, Dialectica, distinguitur ab alijs sermocionalibus scientijs.

Ratio. 2. ¶Secundo. Sicut se habet obiectum ad potentiam, sic subiectum ad scientiã: sed ideo aliquid dicitur esse obiectum potẽtiæ, quia omnia quæ ad potentiam pertinent, sub ratione illius considerantur, vt in visiua potẽtia color, ergo, sic & in subiecto scientiæ: sed omnia quæ in Dialectica tractantur, secũdum hanc considerationem entis rationis tractantur: ergo illud erit subiectum eius. Hæc probatio elicitur ex dictis Sãct.

S. Thom. Thomæ p. p. quæstio. 1. articu. 7. Et sic dicendum, quod subiectum Dialecticæ neq; est argumentatio, neque syllogismus, sed solum ens rationis: nam Logica est de definitione, & diuisione: de quo non dicitur argumentatio, neque syllogismus.

Subiectum, obiectũ, materia circa quã idẽ re. ¶Sed hic considerandũ est, quòd hæc tria, subiectum, obiectum, & materia circa quã, licet sint idem secundũ rẽ, differunt tamen ratione. Nam scientia respectu subiecti sui habet triplicem actum. Primo simplicem cognitionem: & secundum hanc cõsiderationem, subiectum vocatur materia tãquã primum præsuppositum. Secundò habet actum definitiuum subiecti, & tunc subiectum, vt respõdens huic actui, vocatur obiectum. Quia sicut se habet obiectũ ad potentiam, sic subiectum ad scientiam. Sed ratio continens obiectum potentiæ, in ratione obiecti est illa, per quam omnia quæ cognoscuntur à potentia, habent attributionem, ergo sic de subiecto scientiæ, & illa ratio definitiua est: vt si coloris sit definitio respectu potentiæ visiuæ, cuius obiectum est color. Tertius actus est demõstratiuus, & sic subiectum respondens huic, vocatur subiectum: quia subijcitur in conclusione respectu passiõis. Vt in hac. Omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale: ergo omnis hõ est risibilis.

1. Argumẽ. ¶Contra cõclusionem principalem sit argumentum. Omnis scientia est qualitas realis: sed Dialectica est scientia: ergo qualitas realis: ergo non de ente rationis. Patet maior, Nihil est scibile, nisi sensibile, & illud oportet sit reale. Item. Subiectum scibile oportet sit ens reale: quia causat realẽ qualitatem: idest scientiam.

Solutio. ¶Ad hoc respondetur, concedendo scientiam esse qualitatem realem: ergo non habet pro obiecto ens rationis: nego consequentiam: nam licet sit ipsa scientia ens reale, & scientia realis ex parte obiecti vocatur scientia rationalis.

Argumẽ. ¶Contra primam conclusionem ex Arist. sit argumentum, probando non esse scientiam. Nam. 4. Metaphysic. text. co. 5. ait, Dialectica est tentatrix, sophistica, & apparens scientia: si ergo tentatrix, & apparens, non erit vere scientia.

Solutio. ¶Respondetur, Aristot. non negare eam esse scientiam: solum dicit eam non scientiam, circa id quod versatur Metaphysica: & hoc est verum: nam Dialectica comparata scientijs realibus, erit modus sciendi, & non scientia, quia tunc capitur vt vtens, & non vt docens. Secundum tamen se considerata, non tentatrix est, sed per propria sua principia procedens.

Opo Scoti ¶Scotus tamen in sua Dialectica, quæstio. 2. dicit, subiectum proprium dialectiæ esse syllogismum, quia est potissima de eo consideratio.

Alberti. Albertus Magnus sequutus Auicennam, & Algazel. tenet argumentationem esse subiectum in Logica, quia id subiectum est, quod docet id ad quod ordinatur talis scientia: sed Dialectica docet nos qualiter à notis ad ignota procedendum, quod fit per argumentationem. Sed tamen quod sit ens rationis tenendum est.

4. Cõclusio. Ratio. ¶Quarta conclusio. Subiectum huius libri prædicabilium proprie vniuersale est. Patet, quia id potissimum de quo tractatur in prædicabilibus, & omnia quæ tractantur ordinem habent, & attributionem ad vniuersale derelictum per operationem intellectus.

Vniuersale quid sit. ¶Vniuersale id est, quod de pluribus prædicatur vnuoce & diuisim, vt ly homo, vniuersale dicetur: siquidem de pluribus contentis sub eo dicitur. Vt de Ioãne, & de Petro: nam Petrus est homo, & Ioãnes est homo. Similiter animal est vniuersale quoddam, quia de pluribus dicitur, eadem ratione, vt de homine, & de equo. Et quia illa de quibus

de quibus dicitur, sunt quędã contẽta sub illo (& si contenta non essent sub illo, non de illis dicerẽtur) vniuersale vocatur. Similiter & vocatur prædicabile: nam ly homo, inquantum primò significat naturã humanam communicatam pluribus indiuiduis in specie humana, ideo vniuersale, & non singulare est ly homo: & quia prædicatur de omnibus illis, quibus illa talis natura cõmunis ineſt, vocatur prædicabile: vt idem sit vniuersale, & prędicabile: nisi quod vniuersale dicitur, quia continet illam genera litatem, & vniuersalitatem rerum contentarum in eo: & prædicabile eo sit, quia de illis prædicatur verè.

Quomodo vniuersale per operationẽ intellectus conflat. ¶Istud vniuersale, de quo est mentio, per operationem intellectus causatur. Nam intellectus audita hac voce homo, & significatione cognita, format cõceptum, seu notitiam distinctam omnium hominum. Et quia habet virtutem distinguendi, & separandi illa, quæ in veritate separata nõ sunt: considerat vnam naturã communem omnibus hominibus, tãquàm si esset seorsum separata ab omnibus indiuiduis, quam participãt omnia indiuidua: & illam vocat speciẽ: & illa vocatur vniuersale, & prædicabile. Et sic Dialectica, quæ propriè scientia est, & rationis scientia, habẽs p obiecto ens rõnis, cõsiderat primò, & principaliter, & directè de istis fabricatis per rationem vniuersalibus. Et hæc vis intellectus eò constat: quia quicquid in aliquo recipitur, ad modum recipientis recipitur. Et cùm intellectus sit potentia non materialis, potest rem intelligere immaterialiter.

Prædicabile cõsequit ad vniuersale. Cùm ergo iste Porphyrij liber de quinque prædicabilis sit, genere, specie. &c. est & de quinque vniuersalibus. Prædicabile enim cõsequitur ad vniuersale, sicut propria passio ad suum subiectum. Sicut eo quòd homo est, consequitur risibilem esse: sic eo q vniuersale est plura continens, cõsequitur & prædicabile esse.

QVÆSTIO SECVNda. De indiuiduo.

Sicut vniuersale id est, quod de pluribus vniuocè dicitur: sic indiuiduũ & singulare vocatur, quia de vno tãtum dicitur. Vt Petrus & Ioãnes, indiuidua sũt, quia Petrus non est vniuersale, nec prædicabile: cùm non dicatur de alijs. Et licè naturam in se habeat communem, quę pluribus cõtunis est, & ideò vniuersale, & prædicabile: sed tamen considerata natura, vt in ipso Petro, vel Ioanne est, est indiuidua ta, & singularizata per accidentia indiuiduantia. Et non habet rationem vniuersalis, neque prædicabilis, sed indiuidui, & singularis. Nec obstat quòd Petrus stet pro isto, & illo Petro. Nam non prædicatur de illo, nec eadem ratione de illo dicetur, ob id semper retinet propriam rationem indiuidui, & singularis.

Quid indiuiduum. ¶Porphyrius indiuidui definitionem tradit sic. Est quod cõsistit ex proprietatibus, quarum collectio nunquàm in alio erit eadem. Acsi diceret. Indiuiduũ singulare est, vt sua habeat accidentia indiuiduãtia, quæ in nullo alio reperiri possint similia: vt Petrus, habet quidẽ sua quædã propria accidentia, ratione quorũ indiuiduũ est naturæ humanę: vt talia in nullo possint simul iuncta inueniri. Nam licet quædam quæ sunt in vno, possint esse in alio, omnia tamen non contingit: per quod indiuiduum ab vniuersale distinguitur. Nam vniuersale, seu natura communis, & illæ proprietates quæ consequuntur ipsam, in pluribus inueniũtur. Sicut natura humana, quę vniuersale est, reperitur in omnibus ipsis indiuiduis. Et eodẽ modo participatur ab vno indiuiduo, & ab alio: & similiter esse risibilem, esse flebilem, esse disciplinabilem, & Petro, & Paulo, & æqualiter omnibus indiuiduis humanæ naturæ conuenit: sicut latiùs infrà.

Indiuidua ĩ multiplici differentia. ¶Indiuidua sunt in multiplici differentia: quædã quę sunt determinatè talia, vt in hominibus: quando imponitur hoc nomen Petrus vel Ioannes. Quæ singularia sunt, & indiuidua propriè. Sic & in angelis sunt & nomina singularia, ad significandum in angelis propria indiuidua, vt Gabriel, Raphael. &c. Et in dęmonibus, in animalibus domesticis, in fluuijs.

Titelmanꝰ. ¶Considerandum tamen venit (vt dicit Titelmanus) quòd huiusmodi singularia indiuidua, quæ verè indiuidua sunt, plerunque ex vi suæ originis cõmunia, & vniuersalia sunt. Vt ly Adã, si respiciamus ad Hebrææ vocis significationem, cõmune nomen est, cùm terrenũ hominẽ significet, & huius cõditiõis sit omnis homo. Quod Apost. ostẽdit dicens. Primus homo de terra terrenus. 1.Cor. 15. Vbi homo terrenus, vetus homo vocatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et quia omnes de terra nati, meritò ly Adam, non singulare, sed vniuersaliter dicendū foret. Sic & Abraam, secundum partium significationem, gentiū patrem significat: quia pater multarū gentiū constitutus est: quę significatio cuilibet Apostolorum posset competere: qui patres multorum, secūdum spiritum (principes enim sunt populorum) qui per Euāgelium Christo nos genuerūt. Sic Petrus dicitur à petra, propter fidei firmitatē. At hoc pacto, Petri sumus: qui in tali confessione radicati sumus. Hęc ergo nomina, & similia, singularia sunt: verum si ad significationis originem attenda tur, iam vniuersalia erunt.

Gene. 17.

1. Corin. 4. Matth. 16.

¶ Secundo modo indiuiduum capitur pro illo quod capitur cum pronomine demōstratiuo: quod singulare vagum dici solet. Vt in hac. Iste homo currit, vbi solum pro demonstrato. Et aliquādo exprimitur terminus, cui pronomen additur: aliquando subticetur, vel ad vituperium: vt quando accusabant Christum apud Pilatum, Hūc inuenimus subuertentem gentem nostrā. &c.

¶ Verūm considerandum est, non omnia pronomina demōstratiua hoc efficere posse singulare: non solum quæ sunt primitiuæ speciei: sed deriuata ab eis non faciunt: vt cum dico, vestis mea, domꝰ mea, vestrū prędium, noster amicus. &c. Ista pronomina addita termino communi, non faciunt singulare vagum: nam domus mea, & prędiū meū, si plures habeo domos, & prædia multa, pro illis omnibus stat.

¶ Huic indiuiduo & additur alius modus indiuidui etiam vagi, quod refertur ad vnū singulare: ob quod sic indiuidua vocari habent: nec tamē determinat ex impositione nominis, neq; ratione pronominis demōstrātis: vt Aliquis homo, Aliquis equus, vt Arist. in prædicamentis tradit, vocans primas substantias, id est singulares.

QVÆSTIO TERTIA

De prædicationibus.

QVIA ergo de prædicabili, & vniuersali hîc sermo, oportet latius ista duo declarare. Et primò de prædicatione, quotuplex ea sit. Ante omnia considerandum erit, inter nominales, & reales (saltim in modo loquendi) tam in hac materia, quàm in alijs, esse differētiam. Quippe qui nominales, nominibus tribuunt primo & principaliter subiectionem, & prædicationem: ob quod vocati sunt nominales. Sed tamē sic tribuunt nominibus subiectionem, & prædicationē, vt intelligant, talia nomina sic subijci, & prædicari loco rerū. Nam (vt ait Arist. in li. 1. Elenchorum (quia res ad scholas adducere nō possumus, vtimur terminis pro rebus. Pro eis facit, quæ Arist. in anteprædicamentis. Eorum quę dicuntur, quædam cum cōplexione dicuntur, quædam sine: sed hoc ipsum esse cum complexione, vel sine, terminorum est, & non rerum.

Differentia īter nominales, & reales.

Aristot.

¶ Reales (vt sunt antiqui Thomistę, & Scotistæ) licet concedant terminos subijci, & prædicari, non tamen principaliter, & per se, sed ratione quorū ponuntur in prædicamento: & non quomodocunq;, sed secūdū esse cognitum, quod habent in intellectu. Et isti adducunt pro se etiam Arist. qui in anteprædicamentis ait. Eorum quæ sunt, quædam prædicantur de subiecto: vbi prædicationē videtur rebus tribuere. Itē, quia illa propriè prædicantur, quæ propriè in prædicamento ponuntur: sed res sunt huiusmodi, & nō termini. Et minor huius syllogismi constat ex eodem Arist. in prædicamentis: vbi proprietates prædicamentorum rebus tribuit. Ex istis breuiter dictis, mysterium (vt ita dicam) intelliges, quando audias nominales sic sentire, realibus contrarium opinantibus.

Thomistæ & Scotistæ antiqui reales sunt.

Arist.

Arist.

¶ Prædicatio nil aliud est quàm enunciatio, in qua aliquid de aliquo dicitur, vel aliquid ab alio remouetur. Primum ponit: propter prædicationes affirmatiuas. Secundum, propter negatiuas. Exemplū primi, Homo est disciplinabilis. Exemplum secūdi, Homo non est brutum.

Quid prædicatio.

¶ Prædicatio primò diuiditur in identicā, & non identicam. Identica est, in qua synonymū de synonymo: vt Homo est homo, Petrus est Petrus: sed oportet hoc sit secundum significationem, secundum quā sunt synonymi: nam in hac, Homo est homo: si ly homo, à parte subiecti materialiter capiatur, & à parte prędicati formaliter, non erit identica: quia non synonymum de synonymo.

Prædicatio identica, & non identica.

¶ prędicatio non identica, quædam disparata est: & est illa, in qua disparatum de disparato: vt homo est lapis. Illi vocātur termini disparati, qui de se inuicem non possunt

sunt verè affirmari.

¶ Prædicatio non disparata, quædā essentialis: & est, in qua nullum extremorum cō notat extrinsece supra reliquū: vel si connotat, connotatio vnius est superior ad cō notationem alterius. Exemplum primi, vt Homo est animal. Exemplū secundi, Albū est coloratum. Vtraq; vocatur essentialis prędicatio: in secūda enim cōnotatio de ly album, est inferior ad cōnotationem de ly coloratum. Et prima est essentialis, quia de essentia subiecti est prædicatum.

Prædicatio accidētalis.

¶ Prædicatio accidentalis est, in qua aliquo extremorum cōnotat extrinsece supra reliquum. & connotatio illius non est superior ad connotationem alterius: vt in hac, Homo est sapiens: extrinsecè connotat sapiens, supra ly homo. Exemplum secundi, Lineatum est coloratum. Quantum est quale.

Prædicatio directa.

¶ Prædicatio directa vocatur, quando superius de suo inferiori, vt in hac. Homo est animal: Album est coloratū. Homo est sensibilis. Vel contingit, quando connotatiuum de absoluto: vt hic. Homo est albus. Vel æque connotatiuum de æque connotatiuo: vt Album est dulce. Vel magis de minùs connotatiuo: vt Comedens est cœnās. In his omnibus est prędicatio directa. Hic notandum videtur quod Ioan. de Iandino. 2. Metap. q. 10. in fine dicit quod ista prædicatio, homo est animal: non accepta tur ex natura rei tanquam vera, sed ex famositate quam introduxerūt tenētes vnitatem formæ in cōposito: & sic dicit quod hæc homo est animal reputatur vera ex cōsuetudine loquendi, qui primus dicit somam generalem quæ est in potentia, & ortur ad formā speciei, & sic est pars speciei, & non prædicatur in recto sed in obliquo de specie: hæc Iandinus, & idem dicit de differentia, sed tamen decipitur, & non est eius opinio tenenda.

¶ In directa prædicatio est, in qua inferius de suo superiori: vel absolutū de connotatiuo: vel minus connotatiuum de magis: ad oppositum prędicationis directæ.

Argumētū.

¶ Contra dicta, & primò contra definitionem prędicationis identicæ: quia sequeretur hanc esse identicam: Mortuum est mortuū: quia synonymum de synonymo: sed hoc est falsum: nā potest negari prædicatū de subiecto ipso supponēte, vt in hac: Mortuū non est mortuū: nā posito Adam resurgeret, esset vera, sic: Hoc quod est, vel fuit mortuū. nō est mortuū: nā eo demōstrato, Hoc non est mortuum, & hoc est, vel fuit mortuum: ergo mortuum nō est mortuū.

¶ Soluitur argumentum, relictis opinionibus. Illa est vera, mortuum est mortuum, concedo: & quando arguis, negatur prædicatum de subiecto supponente, nego: & in casu, dico quod non seruatur eadem suppositio, & ampliatio: nam ly nō mortuum, quando negas de subiecto, hoc est non mortuum, stat solum pro præsenti, quia modò viuit: & in subiecto, quando infers: ergo mortuum est non mortuum, refertur mortuum ad id quod est, vel fuit mortuum.

Solutio.

¶ Secundum sit argumentum contra illud quod dictum est de prędicatione identica. Sequeretur quod hæc. Homo est humanitas, esset identica, quia prædicatur synonymum de synonymo, cum solum voce differant denominatiuū, & denominans: saltim significatione, synonyma erunt: sed tamen consequens est falsum, quia de aliquo verificatur ly homo, de quo non verificatur humanitas: quia de filio Dei est verum dicere, quod sit homo, sed falsum quod sit humanitas: ergo prædicatio identica malè definita est.

Argumē.2.

¶ Pro solutione argumenti notandū, hunc terminum homo, apud Dialecticos catholicos dupliciter accipi: vno modo absolutè, prout cōmuniter dicitur, quādo significat homines, Petrum, & Paulum: alio modo capit pro filio Dei, qui propter nostrā salutem factus est homo: nam tunc connotatiuè supponit. Supponit enim pro persona filij Dei, cōnotando q; sustentet humanam naturam: & est connotatiuus sicut ly album: qui dicit corpus, albedinem connotando. Obiid apud Theologos, filius Dei est homo tanquàm prædicatio accidentalis reputatur, ad sensum Catholicum. Non quod esse accidentale sit, cum sit in diuino supposito, & vere sit homo sed eo quòd de essentia diuinæ personæ non erat hominem fieri.

Solutio.

Ioā. Primò.

¶ Et adhuc si ly homo capiatur primo modo capitur multipliciter, vt dicit Ochā in. 1. senten. Vno modo significat compositū ex materia, & forma rationali: siue sit suppositum, siue pars integralis: & isto modo pes, & brachium dicuntur homo. Alio modo capitur vt significat compositum ex materia, & forma rationali, connotando quod non sit alicuius pars, neque ab alio sustētetur in vnitate suppositi. Et hoc modo humanitas Christi, & partes integrales hominum,

Homo multipliciter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minum, non dicuntur homo. Ist's suppositis ad argumentum respondetur ab aliquibus distinguendo: nam vel ly homo, à parte subiecti, capit connotatiuè pro creatura rationali, vel pro verbo Diuino. Si secũdo modo, nego sequelam, scilicet esse identicã: si verò capitur ly homo, absolutè, & pro creatur cõcedo sequelã: licèt S. Tho. & alij negẽt eam, eo q; ly homo, est vt totũ, & humanitas vt pars. Et quãdo infers de aliquo verificatur ly homo, scilicet de filio Dei, de quo non humanitas: nego: nã in illa acceptione capiendo hominẽ absolutè, est hæreticũ dicere, verbũ Dei est homo: quia filius Dei non est compositus ex materia & forma, cum sit persona Diuina. Et quando niteris probare, quòd de humanitate Christi verificatur humanitas, fateor, & etiam de illa verificatur homo, in illa acceptione, capiendo pro composito ex materia, & forma.

S. Thom.

¶Si autem quis quærat, qualis prædicatio sit illa, homo est humanitas: oportet distinguere, qualiter capiatur ly homo: quia si ly homo, capitur vt supponit pro filio Dei, in rigore est disparata: si autem capiatur pro composito creaturę rationalis cum illa cõnotatione, est essentialis prædicatio, sed indirecta, cum subiectum sit terminus cõnotatiuus, & non prædicatum.

Ex hoc argumento habes, quomodo ly homo, cũ in veritate sit terminus absolutus, etiam sit connotatiuus, quando dicitur de Christo: & etiam aliquando ad mentem Ocham, quando de creaturis. Sed an hoc sit propriè dictum, aliorum est iudicium.

¶Quia Aristotelem habemus principẽ, & vnicum ducem in re Dialectica, operæpretium est nõ ignorare, quid ipse senserit de huiusmodi prædicationibus. De qua mentionem fecit in prædicamẽtis, vbi ponit diuisionem prædicationis, in essentialem, & accidentalem, & neutram. His verbis (iuxta Argiropyli translationem.) Eorum quæ sunt, alia de subiecto quidẽ dicuntur: in nullo verò sunt prorsus subiecto: vt homo, de quodam homine dicitur, vt de subiecto. in nullo autem est subiecto. Alia quidem in subiecto sunt, de nullo verò subiecto dicũtur. Istorum posset dari exemplũm: vt primi, Ioannes est homo: quæ essentialis est prædicatio: & secundi, vt Album non est albedo. Et consequenter dicit. Alia de subiecto dicuntur, & in subiecto sunt: vt scientia. Alia nec in subiecto sunt, neq; de subiecto dicuntur: vt individua prædicamenti substantię: vt hic homo, &c. Habetur ergo ex verbis Arist. & Commẽtatoris in eodẽ loco, quòd dici de subiecto, est essentialiter prædicari: & esse in subiecto est, accidentaliter prædicari: & nec esse in subiecto, nec dici de subiecto est, nec hoc nec illo modo prædicari.

Quid Arist. de prædicationibus.

¶Et in lib. Posteriorum capit. 14. idem sentit. Vbi inquirit, Vtrùm abeũdum sit in infinitum in propositionibus affirmatiuis mediatis? Dicit. Triplex est prædicatio: prima, vbi prædicatur aliquid absolutè, & simpliciter, vt Homo est albus: secũda, vbi prædicatur aliquid per accidens: & hoc duplicit: vel quando prædicatur subiectum de accidenti, vel accidens de accidenti: vt album est lignum: Musicũ est album: vbi dicit has esse æquales: quia sunt per accidens. Tamen diligenter considerandum, Aristotelem non loqui hic per accidens, vt distinguatur contra ly per se: quia sic, hæc Homo est albus, esset vocanda de per accidẽs, & tamen vocat eam de per se. Quare ly per se, dupliciter sumitur apud Aristote. cum etiam hanc Homo est albus, vocet per se: si cut istam, homo est animal: sed vocatur prima per se: quia id quod est potentiale, subijcitur, vt subiectum: & id quod est velut actus, & forma, prædicatur. Quare id quod Dialectici modò vocant directam predicationem, Aristote. vocat prædicationẽ per se, & absolutam. Nec sine causa: quia directa illa est, vbi directus ordo naturæ seruatur: vt scilicet inferiora subsint superioribus, vel nomina importãtia subiectum, vel potentialia subijciantur nominibus importantibus formam, vel actum: & hæc est doctrinalis. Et secundùm hanc considerationem non esset vocanda essentialis hęc. Animal est homo. Nec hæc directa. Album est musicum. Nec hæc. Rationale est risibile, esset directa: quia non seruatur ordo naturæ in eis, vt subiectũ si tanquàm quid quod subijcitur ad prædicatum.

Nota.

Per secundũ citer apud Arist.

¶Ad rem ipsam accedentes, primò occurrit prædicabilium liber, editus quidẽ à Porphyrio, qui de quinq; vocibus, seu de quinque prædicabilibus est, seu de quinque vniuersalibus, & quæ ab omnibus traduntur, ante ipsius Aristotelis dialecticã, consultò haud dubiè: & quippe quæ viã ostendant, & tãquam lumine quodam intellectum lucidum reddant: vt secretiora quæq; & abdita rimari, & penetrare valeãt discipuli. Et cùm tam de ipsis prædicabilibus, quàm de predicamẽtis, & posterioribus multi multa scripserint, & libros instos impleuerint (pace illis inuidia) in hac nostra ætate, magister Soto optimè philosophatus est. Licèt. n. rudimẽta (vt sic loquar) & ad Dialecticam præambula, quę summulæ vocantur, Spinosa nobis, & aliqui, qui eum præcesserũt, caudatorum syllogismorũ semiplena tradiderint, fortè tunc temporis non aliter loqui, quàm vulgus (licèt vt pauci sentirẽt) post annos plurimos Salmanticæ manũ calamo admouit, & Aristotelis dialecticã in omnium studiosorum vtilitatem in publicũ edidit, ipsum Arist. elucidãdo scholijs. Sed tamen adhuc via breuior, & compendiosior ii. Dialectica desideratur. Quapropter sicut in alijs rudimentis insudauimus, hinc inde colligẽtes quæ meliora, superflua missa facientes, id ipsum in Dialectica censui faciendum: vt quæ speciosa & præclara, & ad propositũ digesta, in epitome (vt aiunt) reducamus. Non tamẽ est in animo nimiũ dilatare fimbrias, nec pertinaciter hærere vllo illis, qui omne exercitium argumẽtorum reijciunt. Mediam ergo viam tenẽtes, Arist. textum apponemus, & argumenta, quæ conducere poterunt, cum quæstionibus adducemus.

Fuit anno dñi. 1480.

Argyropili

¶TITVLVS LIBRI sic habet in Græco. Porphyrij Isagoge, ideſt, Porphyrij introductio.

HIC prædicabilium liber introductio est, nõ solùm ad cathegorias Arist. ideſt ad decẽ prædicamenta, sed ad totam Dialecticã: imò ad philosophiam communem. Quippe qui ad definitiones, diuisiones, demonstrationes, sine quibus prosperè nullus philosophabit, deseruiat, & conducat. Hic Porphyrius (teste Suyda) primò fidei candidatus, post apostata effectus (vt refertur. 7. lib. tripartitæ) cõtra religionem Christianã blasphemus effectus, quindecim libros igne dignos conscripsit aduersus legem Christi immaculatam. Atque tandem in Sicilia præceptorem agens Philosophię, libellum hunc composuit, & discipulo Chrysaorio nuncupauit. Et quia scriptus Græcè (sicut & cætera Arist. opera) inter interpretes, qui in scholis habentur in vsu, Argyropilũ sequemur: qui natione Græcus, Latinũ consequutus est sermonem. Sit tamen aliquando sit variatio inter interpretes, nõ sub silentio pertrãsibimus.

translatio in vsu.

¶PROLOGVS Porphyrij.

VIam sit necessarium Chrysaori ad Arist. prędicamentorũ doctrinam, quid nam genus, quid differentia, quid species, quid proprium, & quid accidens sit cognoscere, cumque & ad definitiones etiam assignandas, atq; omnino ad diuisiones, demõstrationesq; conficiendas, vtilis horum sit contẽplatio: breuiùs enitar tibi ea, quæ apud maiores nostros de his ipsis sunt, tradere. Quasi ingressum quendam tibi ad hæc omnia demonstrando: atque ab altioribus quidem quæstionibus abstinendo, faciliores autem sic afferã: qualiter nũc tibi accommodatas esse cõiecto. Protinus igitur genera quidẽ, & species, in rerum natura sint nec ne? an in solis nudisq; cõceptibus collocẽtur? & si corporalia sint, an expertia corporis? & vtrũ separabilia sint, an in ipsis sensibilibus rebus, & circa eas subsistant? dicere nunc omittam. Quippe cùm altissima sit talis tractatio, & alia maiori indigeat perscrutatione. Vt de ipsis verò, cæterisq; propositis, magis differendi modo veteres, horumq; maximè Peripatetici tractauere, recensere nunc, atq; ostẽdere tibi conabor.

Atten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ATtentũ Porphyrius reddit discipulũ per hoc, q̃ propositurũ de re necessaria, & noua. Sic. Aril. 3. Rhetoricæ. Et Cicero. Redditur auditor attẽtus, si quis pollicitus se de rebus magnis, & vtilibus disserturum.

Aristo. Cicero.

¶ Necessariũ hic esse intelligas, nõ librũ ipsum (licet vtilis sit admodũ) sed necessariũ est (vt notauit Ammonius) nosse. Ipsa vniuersalia. Nã si quis ignoret, quid cui subijciatur, & quid de quo prædicetur, q̃d traditur in libro prædicabiliũ, nõ poterit ad pręcedentiã metorũ scientiã peruenire, imò nec poterit vnũ q̃ diffinire, nisi genus & differentiã sciuerit: atẽ neq; si proprij, & accidentis peritiã nõ habuerit: cũ cõstet definitionẽ potissimã ex genere & differentia constare: item, descriptionẽ non nisi per propria vel cõmunia accidentia fieri, diuidere nullatenus valebit, qui non genus, & ipsas diuisiuas, & constitutiuas differentias sciuerit.

Ammonius Sine notitia prædicabiliũ non põt quis habere prædicamẽtorũ etiam.

¶ Circa illud quod dicit. Ab altiorib⁹ quæstionibus abstinendũ: &c. Quæ de vniuersalibus. nã vt tradit P. Augustinus in prologo suæ logicæ artifex domus nõ habet cõsiderare naturã partiũ. Nẽpe, an calida sint ligna, an frigida, fructifera, an sterilia, quod pertinet ad philosophum. Sed tantum sint ne mollia, an dura, recta, an curua, quod ad artem suam refert. Sic logicus de vniuersalibus tantummodò debet tractare, quatenus prædicantur, vel subijciuntur.

Augustin⁹.

¶ Circa illud, q̃ imitatur⁹ sit Peripateticos: an intelligat Platonicos, vel Aristotelicos, dubiũ est: nam illi, sicut & isti, Peripatetici sunt dicti ἀπὸ τῆς περιπατίας: qa deambulãdo docebant: & primus autor fuit Plato, & sic omnes Platonici vocati: sed post obitũ Platonis Xenocrates discipulus succesit, qui in Academia gymnasio Platonis docebat. Aristoteles tamen docebat in Lyceo: & quia Arist. etiam docebat deambulando, sicut magister eius Plato, dicebãtur sequaces Aristo: Peripatetici à Lyceo, sicut alij similiter ab Academia. Post vero Xenocratis discipuli propter nobilitatem Academiæ denominati sunt Academici [illegible] nes Platonici. Et Aristotelis discipuli, quia ignobilis erat locus, vbi docebat, ab actione, scilicet deambulatione, Peripateticorũ nomẽreti[illegible]ere. Verum quia ille Porphyrius Platonicos sequutus, ipsos Peripateticos Platonicos intellexit, & hoc constat ex Suida qui refert Porphyriũ scripsisse. 7. libros de hoc argumẽto, quod scilicet vna esset Arist. & platonis secta.

Vnde Peripatetici,

Omnes Platonici. & Aristotelici primò Peripatetici dicebant.

Academici omnes Platoni.

¶ Prima quæstio de vniuersalibus. Vtrùm detur vniuersale.

QVocirca disputãdum, vtrũ detur vniuersale, & quid sit illud? Et quia oportet omne multiplex prius distinguere, & diuidere, considerandũ, quadrupliciter vniuersale scilicet in essendo, in causando, in prædicando, & in repręsentãdo. In essendo est, quod per se realiter subsistit separatũ à singularibus: [illegible] datur tale, vt dicimus. In causando est id, quod [illegible] est vniuersalis separata à materia: vt sunt intelligentiæ. De quibus. 1. & 12. Meta. Aristot. tractat. Vniuersale in prędicãdo est, quod formaliter prædicatur de indiuiduis: vt sunt species, & genera, quæ de speciebus, & indiuiduis earum dicũtur. Vniuersale in repręsentando erit cõceptus intellectus, qui est rei similitudo: vel species intelligibiles [illegible] tractæ à phantasmatibus. Quæstio hæc nõ videtur dubia quantũ ad vniuersale in causando aut in repręsentando, cùm sit manifestissimum tale esse in rebus: sed tamẽ dubium est, vtrùm vniuersale in prædicando sit etiam in essendo? Et est hoc dicere, vtrũ vniuersalia sint in rerũ natura: vt Plato dibat, ponẽs Ideas separatas: vel sint solũ obiectiuè in intellectu, ita q̃ nullũ habeãt esse naturale, sed solùm fictitiũ: sicut Chimæra est solũ obiectiuè in intellectu: Vel vtrum sint ista vniuersalia prædicabilia in intellectu: quòd etiam sint in rerum natura.

Quadruplic. citer vniuersale.

In essendo.

In causando.

In prædicando.

In repręsentando.

¶ Quæstio ergo est prim[illegible]alis, Vtrum vniuersalia, seu r[illegible]e cõm[illegible] sint in rebus ipsis? Et videtur q̃ non, ex Arist. qui in [illegible]ribus locis Metaph. probat contra Platonem, fictitiã esse illam opinionem idearũ. Et. 1. Poste. tex. co. 35. valeat species, quia cantilenæ sunt. Et rursus. Vniuersale nihil est præter singularia. Ratione sic (vt argumentatur Aristo. contra Platonẽ. 7. Meta tex. 45.) Vniuersale illud est, quod natũ [illegible]esse in multis: sed vna res nõ potest esse in multis, sicut idem color nõ est in multis: multò minus aliqua substantia.

1. argum. Arist.

¶ Secũdo. Quicquid in mũdo est, id singulare probatur: vt inductione fit manifestũ. Quælibet ẽm res creata est vna, siue sit visibilis, siue inuisibilis: imò ipsemet Deus maximè vn⁹ simplicissimus est: nõ ergo datur tale vniuersale creatum à parte rei existẽs.

Arist.

¶ In cõtrarium tamen est idem [illegible]rist. qui primo

Incon.

primo Periherm. distinguit res, in singulares & vniuersales. Item quia. 1. Poste. tex. 11. & 2. de anima tex. 60. docet scientiam non nisi de rebus esse realiter existẽtibus: cùm ergo de vniuersalibus sit scientia, putà dialectica, sequitur ea esse in veritate.

Arist. cõtra. Plato.

¶ Quæstio hæc antiquissima fuit, & ꝓpter eã dictũ: Amicus Plato, sed magis amica veritas: in qua Arist. videtur ex proposito cõtra magistrũ suũ Platonẽ insurrexisse: cui tribuitur illa idearũ vulgata satis sentẽtia. Verũ etiã apud antiquos, ante Aristo. non fuit idem sensus. De quo sunt opiniones.

4. Opinio.

¶ Prima opinio fuit Heracliti, & Cratili (vt Arist. refert. 4. Met. tex. 22). Esse in rerũ natura præter sensibilia quæ videbatur. Et quia hęc in cõtinuo fluxu, dicebãt isti, nullã esse scientiã de rebus. Quia sciẽtia solũ de rebus perpetuis & ætemis est. Verum hæc istorũ sententia reprobatur ab Arist. in li. Meta. & in cõperto est eius falsitas. Cũ illarũ rerũ quæ nõ videtur sit sciẽtia, & natura [illegible] desideriũ sit homini, in quo differt à brutos: & cùm Deus, & natura nil frustra, oportet affirmare scientiam esse rerum.

Arist. Reꝓbatur. opi. Herac. Aristo.

2. opinio q̃ Platonis est

¶ Horum occasione Plato (vt refert Arist. 1. Meta.) in aliud extremũ declinans, dixit scientiã esse rerũ solũ, & nõ posse esse de indiuiduis, qa corruptibilia omnia: ob id de illis, quę perpetuę essent naturę, scilicet de vniuersalibus seu ideis. Sed tamen si sic sentit Plato (vt ei tribuit Aristo. cùm extrema sint vitiosa, & virtus cõsistat in medio, aberrauit similiter & ipse. Et quia per excessũ, multò amplius ab eo erratũ est q̃ ab Heraclito. Ponebat enim Plato hominem per se separatum, nec dependẽtem à materia, neque à loco, nec à tẽpore, à quo homine inquidua causabantur, participatione illius naturæ separatæ, quæ vocabatur per se homo. Itaque sicut cõceptus in intellectu formatus de Petro in singulari, est distinctus à cõceptu cõmuni hominũ: sic & res ad extra se haberet, vt eo modo quo datur à parte rei indiuiduũ, & esset illa natura communis hominũ. Pro intelligẽtia opinionis Platonis qui mundũ intelligibilem ponebat distinctum ab isto sensibili vide Plotinum in. 2. æneada libro. 9. de intellectu & ideis ca. 13. & in. 5. æneada li. 8. de intelligibili pulchritudine ca. 5. Verùm hæc opinio satis in aperto falsa est (vt latè probat Aristote.) & in tantum apparentiam non habet, vt sint qui dicant Aristote. imposuisse magistro suo. Et id videtur sentire. D. Augustinus libro. 83. quæstionum, quæstio. 46. qui interpretatus Platonis sententiam de ideis seu de istis vniuersalibus dicit ideas nil aliud esse, quàm rationes in mẽte creatoris, neq; distingui à Diuina essentia, quæ est omnium rerum idea: quia omnia efficiens: & omnium perfectionem eminenter continens. Et quidẽ hoc catholice à nostris Theologis incunctanter affirmatur. Et sic sensit Seneca non catholicus (licet Stoicus) Academicos sequutus. li. 8. epist. 66. ait Deus exemplaria rerum in se habet, quas Plato ideas vocat. Et in suo dialogo ad Metaphysicam Iacobus faber Aristo. fidelissimus paraphrastes ait. Ideas Platonis nil aliud, q̃ illas esse rationes in mẽte Diuina. Et quidẽ S. Tho. in. 4. de regimine principũ, audet dicere Arist. multa imposuisse philosophis. Verũ sicut difficile est credere Platonẽ diuinũ hallucinatũ in ideis ponendis à parte rei separatis: difficile ꝓbatur Arist. magistro id imposuisse, eo viuẽte & suis discipulis, & audere Platoni tribuere, & tam ex proposito contra eum insurgẽdo impugnare, nisi dixisset ipse. De quo aliàs erit sermo.

Reꝓbatur opin. Platonis.

Deidei⁹ Plato.

D. August.

putat impositum Platoni de ideis.

Seneca.

Faber.

S. Thom.

¶ Tertia opinio est nominaliũ quã Ochã, quẽ venerabilẽ inceptorẽ vocãt, qui olim Scoti discipulus (vt fertur) in sua Logica. c. 14. ponit. Quę consistit in quatuor dictis, vt refert Tartaretus. lib. primo prædicabiliũ. Primùm dictũ est. Omnis res est singularis, & nulla est vniuersalis in pluribus existens, saltim quæ sit creata. Secundum dictũ. Omne vniuersale est terminus cõmunis: quia quod prædicatur est terminus: vniuersale prædicatur, ergo est terminus.

Opinio. 3.

1. dictum. Ocham.

2. Dictum.

¶ Tertiũ. Sicut triplex est terminus cõmunis: Mentalis, Vocalis, & Scriptus: ita triplex vniuersale.

3. Dictum.

¶ Quartũ. Aliquid posse dici vniuersaliter stat dupliciter: vno modo in essendo, quòd sit realiter in pluribus: & sic nullum est vniuersale. Alio modo in significando: non q̃ significet aliquod cõmune, sed quia plura singularia immediatè significet: sicut iste termin⁹ Homo significat omnes homines mundi: & sic ponẽda sunt vniuersalia. Hęc est eorum sententia. Sed quia hæc opinio est contra Aristot. in multis locis, oportet eius ponere sententiam, quę consistit in tribus conclusionibus, ex quibus cõstabit solutio ad quæstionem.

4. Dictum.

¶ Prima concl. Quicquid in mundo est, est realiter indiuiduum, & singulare. Hæc patet in. 7. Meta, & constat experientia.

1. Concluſ. Arist. oppo.

¶ Secunda conc. Vniuersalia sunt in rebus de qui-

Concluſ. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ratio. de quibus prædicãtur. Patet hoc:qa Sortes & Plato sunt eiusdẽ speciei,& h o & asinus distinguũtur specie,& sũt eiusdẽ generis:ergo illa vniuersalia oportet sint in reb⁹ de quibus prædicãtur:nã si n ra generis nõ esset in leone,& hoie,non conuenirẽt in ea,nec animal de eis prędicaretur. Similiter si natura humana nõ esset in Petro & Ioanne,nõ conuenirẽt in specie. Et sic ait Arist.

Text.co.1. primo Physicorũ, ꝙ totũ vniuersale prius cognoscitur,q̃ singulare,q̃d declarat Commentator nõ intelligi posse de cõceptu mẽtali,sed de composito,vel ex materia & forma,vt indiuiduum:vel ex genere,& differẽtia,vt speciei & generis ex suis speciebus.

Conclus.3. ¶Tertia conclusio de mẽte eius. Vniuersalia nõ distinguũtur à suis singularibus realiter,sed solũ ratione, quæ cõstat ex suprà

1.Ratio. dictis. Nam si quęlibet res mũdi est singularis,& omnia vniuersalia sunt in rebus, quarum sunt vniuersalia,sequitur ab eis non distingui re,sed ratione solũ,quia cum illa in quibus sunt, in rei veritate sint singularia, & hæc vniuersalia in ipsis non distincta ab eis re,oportet rationes distinguantur.

Ratio.2. ¶Et probatur adhuc,ꝙ nõ sit separatũ vniuersale à suis singularibus:quia sic non posset de singulari⁹ prædicari, quia de Petro non prædicatur albus nisi per albedinẽ in eo existentẽ:ita neque homo,nisi per naturam humanam homini communicatam.

Ratio.2.p. ¶Probatur ꝙ ratione distinguatur à singulari in quo est. Nãratio hominis secũdũ est se materiale quod habet in Petro, non potest esse in Paulo:patet: quia accidẽtia indiuiduantia alia in Petro,alia in Paulo: nõ ergo habet ꝙ sit vniuersale, nisi per abstractionẽ ab accidentibus induiduãtibus:sed sic abstrahi,nõ est aliud,q̃ cõcipi,seu intelligi cõceptu cũmuni:ita vt homo inquãtũ obiectũ huius cõceptus vniuersalis homo, vniuersale dicitur,& dicit natura hominis. Et hoc solum ratione distinguitur vniuersale à suis singularibus.s.per operationẽ in

Arist. tellectus.Et sic sentit Arist.dicẽs.1.de anima.co.8. Vniuersale aut nihil est,aut posterius est:quia vniuersalia sunt actu poste o ra suis singularibus, à quibus abstrahitur intẽtio vniuersalis,seu natura cõmunis. Sic

Comment. exponit Com.dicẽs:Intellectus est,qui facit vniuersalitatẽ in rebus. Et hoc Arist. ꝓbat cõtra Platonẽ in multis locis. 1. Post.c. 35.&.38.&.3.Met.co.10.& li.7.co.51.&. 57.Ex ist is sequit ad quęstionẽ resposio.

4.Conclus. ¶Quarta concl. Vniuersalia sunt in rebus, sed vniuersalitas est obiectiuè in intellectu

Hãc cõclusionẽ facilè potest quis ex suprà S.Thom. dictis ab Arist. ꝓbare. Et ponit eã. S. Tho. in.1.p.q.85.ar.2. Ex multis Arist. & Cõ. autoritatib⁹ hãc ꝓbat Paulus Venetus, in.2. Venetus. Met.c.2. Et quia Theologi munus est, versari in S.Tho.illius adducam⁹ sentẽtiã. Ait enim: Vniuersale duo dicere,naturã ipsam seu rationẽ cõmunẽ,& vltra hoc intẽtionẽ intellectus,à qua vniuersale dicitur. Primũ vocatur substractũ, seu materiale significatũ,& secũdũ vocat formale,seu per se significatũ. Et primũ est in rebus:secũdũ est obiectiue in intellectu. Hæc ex S. Tho. acsi diceret. Res ipsæ si gulares in essẽdo: vt Petrus, Ioãnes &c. quatenus s ecta sunt horũ cõceptuũ, homo animal, sunt vniuersalia: ob id vniuersale nunq̃ est à rebus separatũ. Exẽplũ est accõmodatissimũ de viso, qui vidit pomi colorẽ sine eius odore:sed cũ color nõ sit in pomo sine odore,ex parte visus contingit colorẽ videre, non percepto odore,inquantum in visu est coloris similitudo.s.species,& nõ odoris. Et sic licet uersale verè sit in ipsis rebus singularibus, solum sensu percipitur singulare,& tamen vniuersale intellectu cognoscitur.

¶Per dicta cõstat opinionẽ Heracliti falsã, Opi. Hera. & Platonis(si ei⁹ est)esse fictitiã:& nomina falsa. liũesse cõtra Arist. sententiã. Et soluuntur ex dictis illa quę in oppositũ sunt adducta. Verũ enim est illas species, seu ideas Platonis esse cãtilenas,quia figmẽtũ,& vniuersale illud dicitur esse in multis, sed nõ vt res distincta ab illis in quib⁹ est,sed solũ rõne. Ad argua. ¶Sed tamẽ quia pro notitia vniuersaliũ oportet conceptũũ notitiã habere,cõsiderãdum erit duplicem esse ceptũ, quendã formalẽ,& ali biectiualẽ. Ille formalis dicitur,quo formaliter cognoscimus. Obiectiuus est conceptus immediatè significatus per formalẽ conceptũ. Vel(vt dicit Socinas in sua Meta.q.1.)Formalis cõceptus secundũ aliquos est actus intelligẽdi:secũdum Tho.tamẽ est verbũ formatum de re per actũ intelligendi. Et conceptus obiecti uus est res ipsa,quę actu vel potẽtia intelligitur. Et ꝙ res ad extra, prout habẽt esse in intellectu dicãtur cõceptus,patet ex Commentatore.3.de ima.co.18. Intentiones intellectæ continuantur cum intentionibus imaginatis: sed constat quòd intentiones intellectæ sunt res ipsæ cognitæ. Item, quia dicit, ꝙ conceptus est subijcibilis,& prædicabilis:sed hoc rebus conuenit,& nõ terminis. Verbi gratia. Ego habeo notitiã hominum, vel hominis:ille conceptus est for-

Duplex cõceptus.

Quid cõceptus obiectiuus.

formalis hominis,sed naturæ communis est obiectiuus. Et iste conceptus est immediatè significatus per formalem. Nominales non ponunt obiectiualem conceptum, dicentes solùm dari formalem conceptum hominis singularis: reales tamen vltra formalem conceptum dicunt esse obiectiualem,qui significat illam naturam communem: secundùm reales ergo illa notitia non significat homines singulares immediatè, sed rationem communem hominis: & ille est conceptus obiectiualis, quem formalis immediatè significat:& singulares homines,sunt mediatè significata,& materialiter,quæ conueniunt in illa ratione, quæ est significatum formale.s. in natura communi. Quod probatur ex communi modo concipiendi. Nam si quis audiat homines omnes esse eiusdem speciei, statim cõcipit illam naturam communem in qua conueniunt. Et similiter quando concipit leonem, & hominem conuenire in animal., generis naturam format. Etiam quando dicimus naturam intendere conseruare speciem,non indiuiduũ.

2.Ratio. ¶Præterea. Quando dicimus,Petrus est homo, ibi constat prædicatum pro re accipi: vt patet ex Aristote.1.Elencho.cap.1.sicut etiam subiectum pro re singulari accipitur: ergo datur talis conceptus obiectiualis,scilicet,natura communis,seu vniuersale.

3.Ratio. ¶Item: quia definitio hominis.s.animal rationale,naturam hominis manifestat, & non Petri,aut Pauli:ergo oportet dare talem naturam significatam per talem definitionẽ. Et ne multi plicentur rationes absque necessitate,pro certo tenendum de mẽte Arist.in pluribus locis,vniuersalia esse ponenda,vt dicunt reales.1.Poster. text.5.vbi ait, Vniuersalia esse à sensu remotissima,& notiora singularibus. Et textu.11.ait,Vniuersalia esse necessaria. Clarum est, quòd non loquitur de vniuersalibus existẽtibus in rebus, quia sic in singulari sunt. Et text.35.ait. Vniuersalia esse magis entia:quia non sunt hic,& nũc, sed semper,& vbique. Et.1.Poster.cõmẽ.39.ait, Vniuersale ratiõe cognosci:singulare verò sensu. Et secundo de anima. cõm.68.&.7.Meta.cõmen.51.&.75.cõcludit aduersus Platonem:vniuersalia non esse separata à singularibus. Et sic nullus versatus in Aristote.poterit hoc negare

Paul. Venetus discipulus Gregorij Arimen. Quapropter Paulus Venetus,Gregorij Ariminen.discipulus:& Burleus, qui in Sumulis fuit nominalis, postquam legerunt Aristot. mutauerũt sententiam: vt est videre in Paul. Venet. in sua Metaphysi.

¶Ex suprà dictis in ista quæst.patet,quid dicẽdum ad dubium Porphyrij.s. vtrum vniuersalia sint substantiæ:si quidem intelligat vniuersale,vt est separatum à rebus,nec est substantia, neque accidens: si tamẽ vniuersale intelligatur prout est in rebus,solùm ratione ab eis differẽs: fundamentaliter est substantia,in primo prædicamento: in alijs est accidẽs. Similiter ad aliud: an sint corporea,nec ne: nam si vniuersalia capiantur pro substracto,hoc est, pro materiali significato,quædam sunt corporea: vt homo, & simile:alia incorporea: vt intelligentiæ, atque alia accidentia corporea:vt color: alia in corporea:vt scientia. Si verò vniuersalia capiãtur pro formali, vt sunt per intellectum abstracta, sic non sunt corporea,sed omnia incorporea: quia sic abstrahunt à materia,& à conditionibus indiuiduantibus:ob id dicit Aristote. vniuersalia esse incorruptibilia.1.Poste.cap.25.sed per accidens sunt corruptibilia, ratiõe indiuiduorum, quia ab æterno homo fuit animal rationale: nã licèt actuale esse habuit in creatione, semper tamen fuit verum, hominem esse animal: & corrupta specie, erit similiter. Et ob id Aristote.1. Meta.cõmẽ.1.ait, Vniuersalia non generantur, sed indiuidua: & licèt vniuersalia pro formali sint incorporea,non tamẽ sicut angeli: sed sunt incorporea: quia per intellectum abstracta. Ex quibus colligitur intelligentia illius distinctionis:vniuersale quoddam ante rem: & nullũ tale est: nisi secundùm Platonem. Vniuersale in re est,natura fundamẽtaliter existens in rebus: sed vniuersalia post rem sunt species intelligibiles à singularibus causatę:vel sic:vniuersale post rem est,natura ipsa vniuersalis, vt actu abstracta. Possunt etiam ipsa vniuersalia secundùm prædicta dici vniuersalia ante rem, si cõsiderentur,non quòd existant ante singularia, cùm re vera nõ existant,sed sic ante rem, quia sunt perpetuæ veritatis, & antequam esset iste homo, vel ille:erat verum,hominem esse animal rationale: & sic vniuersalia dicuntur priora in natura ipsis singularibus.

Vniuersalia corruptibilia.

Vniuersale in re, ante rẽ, & post rem.

QVAESTIO. II.

Vtrùm in rebus ante operationem intellectus sit vniuersale.

QVAERITVR, vtrùm in rebus ante operatiõem intellect⁹ sit vniuersale vnũ in pluribus. Et videtur ꝙ sic: quia vniuersale (vt ex suprà dictis constat) illud est, quod natum est esse in pluribus.7.Meta.cõmẽ.45.&.1.Periher.cap.5. ergo omni operatione intellectus secluſa,natu-

1.Argume.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra humana, & quælibet specifica natura, quia habet aptitudinem ad esse vnum in pluribus hominibus, qui participatione speciei sunt vnus homo (vt ait Porphyrius) secluso omni operatione intellectus habet hoc.

Secundū argumentū. ¶Secundò. Vniuersale est obiectum intellectus, vt diximus in quæstione præcedenti: sed obiectum potentiam præcedit, cùm ab eo moueatur: ergo.

Tertium argumentū. ¶Tertiò. Vniuersale habet esse reale, & non fictitium (vt dictum est) ergo ante omnem operationem intellectus habet.

In contrarium. In contrarium tamen est: quia cùm vniuersale re nō distinguatur à singularibus, in quibus est: sed solùm ratione, non habet esse ante operationem intellectus.

Nota. Scotus. ¶Pro solutione quæstionis oportet notare: doctorem subtilem in.7. Meta. lect.6. & in.2. senten. distin.3. quæst.1. ponere ex natura rei (omni operatione intellectus secluſa) vnitatem specificam, minorem numerali. Et sic ex mente eius, ad quæstionem est solutio: vniuersale esse ante omnem operationem intellectus: quia natura humana habet quòd sit vna in pluribus ex se: quod probat argumentis positis à principio quæstionis. Sed S. Thom. aliter sentit, de ente & essentia. cap. 4. & opuſ. 55. & 1. p. q. 84. De cuius mente sit conclusio.

Solutio de mēte Scoti.

S. Thom. aliter.

Conclusio. ¶Naturæ & essentiæ speciei, secundùm se consideratæ, neque conuenit esse vniuersale, neque particulare, sed cōuenit ei per accidens esse particulare, per accidentia indiuiduantia. Probatur: nā si ex natura sua haberet vniuersale esse, vbicūq; esset vniuersale: sicut, quia homo à natura est rationalis, & risibilis, vbicunq; sit, est talis: & sic Petrus, cui cōuenit natura humana, esset spēs: sed hoc est falsum, cùm sit indiuiduū.

1. Ratio.

2. Ratio. ¶Secundò. Si per se humanitati secundùm propriam rationem conueniret esse vniuersale, repugnaret illi esse singulare: sicut homini repugnat irrationale: sed naturæ humanæ non repugnat esse singulare. Patet: quia est singulare in Petro.

Instantia. ¶Sed contra hæc posset esse argumentum pro Scoti opinione. Circumscripta omni operatione intellectus, concedimus esse multas species animalium, & multa substantiarum, & accidentium genera: nam cùm primò Deus creauit omnia, fuit verum, esse species, & genera, etiam sine intellectu abstrahente: quia semper fuit verum, homines esse eiusdem speciei, & animalia esse eiusdem generis. Argumentum vrget sic, vt

Venetus. Paulus Venetus teneat propter hoc cum Scoto, vniuersalia esse in rebus absque intellectus operatione. Verùm ad argumentum respondetur duabus conclusionibus.

Primaria clauſio. ¶Prima conclusio. Res non est vniuersale in actu, nisi quando actu abstrahitur species intelligibilis à phantasmatibus. Patet, quia esse vniuersale in actu, est esse intelligibile in actu: sed res non est actu intelligibilis, nisi quando actu abstrahitur eius species, vt patet tertio de anima text. 8. nam per speciem intelligibilem receptam in intellectu possibili, per virtutem intellectus agētis, intellectus possibilis fit actu intelligens: ergo non est actu vniuersale ante huiusmodi abstractionem.

1. Ratio.

Secunda clauſio. ¶Secunda cōclusio. Res nihilominus ante quā cunq; operationem intellectus sunt simpliciter species, & ēnera, & ita sunt appellan. Quod patet ex eo, quòd communi modo concipiendo quia Petrus est homo, & Paulus est homo, & homo est animal, & equus est animal: nam licèt sinè operatione intellectus non sint actu vniuersalia, sunt tamen species, & genera.

¶Etiam probatur ex eo, quòd vniuersale est obiectum intellectus, non solùm quia actu mouet, sed quia est motiuum intellectus: sicut color est obiectum visus, licèt actu non videatur. Sic etiam potest intelligi vniuersale esse genus, & species ante operationem intellectus, & tamen rationem vniuersalis non habet. Et licèt sit obiectum intellectus (vt Scotus argumentatur) & oportet obiectum esse ante intellectum, cuius est obiectum, non obstat. Ratio est. Nam vniuersale in actu, prout est in intellectu possibili præcedit quidem, & sic est ante operationem intellectus possibilis: nam per virtutem intellectus agentis, abstracta specie intelligibili, fit vniuersale. Et in hoc sensu est verum quod dicit Scotus: vniuersale, obiectum intellectus, esse ante operationem eius. Si tamen intelligamus operationem intellectus agentis, abstrahentis species intelligibiles à phantasmatibus, cuius operatione fit vniuersale actu, tunc vniuersale non est ante talem intellectus operationem: imò causatur per eam: & tunc vniuersale non est obiectum intellectus agentis, sed fit ab ipso intellectu agenti vniuersale: & sic obiectū intellectus possibilis fit vniuersale actu per intellectum agentem.

1. Ratio.

¶Hæc sententia videtur quidem cōuenire cum Scoti opinione quantum ad aliquid: sed differt ab ea in hoc: quia Scotus opinatur rebus secundùm se conuenire vniuersalitatem, omni prorsus secluſa operatione intellectus: verū de mente S. Thom. est, id non conuenire, sine operatione intellectus: nam si intellectus agens, species non abstraheret, nunquam vniuersale causaretur: licèt species, & genera essent in potētia tantùm: sed quòd sit actu vna natura humana in pluribus, non est, nisi abstrahatur.

¶Ad ar-

Ad.1. arg. ¶Ad argumenta in contrarium ex dictis patet solutio. Ad primum enim concedimus verum esse ex sua natura habere aptitudinem. Et sunt species & genera: sed actu vniuersalia non sunt, nisi per operationem intellectus.

Ad secundum argu. ¶Ad secundum, cōceditur quòd vniuersale est obiectum intellectus possibilis, tū non est obiectum intellectus agentis: sed per virtutem eius constat vniuersale, abstrahendo species intelligibiles à phantasmatibus. Et sic respondetur ad

Ad tertiū tertium: esse enim reale habet ante operationē intellectus: sed esse vniuersale est per operationem eius.

QVAESTIO. III.

Vtrùm vniuersale sic sit actus intellectus, quòd non possit esse sensus.

1. Argum. QVAERITVR tertiò, an vniuersale sic sit actus intellectus, quod nullo modo possit sensui conuenire. Et videtur q̄ sit sensus. ait Aristo. 2. Poste. Sensus est vniuersalis, licèt sentiere sit singulare. Sequitur ergo quòd non solùm intellectus est qui vniuersale facit.

2. Argum. ¶Secundò dicit Aristo. 2. de anima. tex. 63. Visus non decipitur circa colorem quoniam color: neque auditus circa sonum quia sonus, sed circa coloratum: Si ergo non decipitur sensus circa colorem vniuersaliter eò est, quia proprium sit obiectum eius, circa quod non contingit deceptio: vt in libris de anima latè tracta tur.

3. Argum. ¶Tertiò. Si vniuersale non est obiectum sensus, est, quia primum est singulare eius obiectum: sed hoc non potest esse: nam cùm prima obiecta diuersificent potentias & sensus visus nulla singularia videant, iam diuersæ essent visiuæ potentiæ: sed non est nisi vna: ergo eò est, quia non primum, singulare est obiectum: sed vniuersale, scilicet, color, & sic habetur intentum.

1. Notabi. ¶In contrarium est Aristote. vt in præcedenti quæstione dictum est, de quo in prologo Metaphysicæ.

¶Pro solutione oportet considerare, quòd vniuersale, dupliciter accipitur: vno modo secundùm quòd subest intentioni vniuersalitatis, sic, vt naturam illam communem dicat, pro quanto est sub illa intentione, inquantum per operationem intellectus pluribus communicari considerator. Secundo modo vniuersale sumitur pro natura generica vel specifica, cui tribuitur talis intentio, & quæ fundamentum eius est.

2. Notabi. ¶Secundò notandum, quòd vniuersale potest esse obiectum alicuius potētiæ dupliciter: vno modo sub ratione vniuersalitatis. Vt si intelligo naturam humanam vel naturam animalis sub ratione vniuersalitatis, nihil de singulari cōsiderando, sed ab omnibus abstrahendo. Alio modo vniuersale est obiectum, sed non ratione vniuersalitatis, sed singularitatis, ita vt singularitas sit ratio sine qua nō, vt si albedinem video, quia hic color est &c.

1. Cōclusio. ¶Ad quæstionem prima cōclusio. Vniuersale vt intentioni vniuersalitatis subest, sic propriū intellectus, vt nullo modo sensui possit conuenire. Patet, quia nullus sensus siue interior, siue exterior in aliquod potest omnino à materia abstractum, sed hoc vniuersale, vt intentioni subest ab omni materia abstrahitur: sequitur ergo non posse sub sensu. &c. Et probatur apertissimè. Eo modo vniuersale potest cadere sub potentia, quo & species abstracta: sed species abstracta à materia, in qua ratio vniuersalitatis cō sistit, solùm in intellectu est: & in sensu non reperitur, ergo vniuersale vt subest intentioi vniuersalitatis, in sensu non potest dari.

2. Cōclusio. ¶Secūda cōclusio. Vniuersale pro vt naturam dicit, cui talis tribuitur intentio, in sensu reperiri potest sicut & singulare. Patet. Nam eo modo potest in potentia sensitiua reperiri talis natura quę fundamentū vniuersalis quo modo & est: sed talis in singularibus est: ergo sensu percipi potest. Item, Omne singulare obiectum sensus proportionatum est: sed natura illa vniuersalis, in qua intentio vniuersalitatis fundatur, verè in re singulari est: ergo poterit sub potentia cadere sensitiua.

1. Corolla. ¶Ex quibus sequitur corollariè, quòd tam in sensu quàm in intellectu vniuersale cadere potest, sed tamen non eadem ratione: si quidem in intellectu est cum illa collatione, cuius propria operatio est: in sensu tamen non sic.

2. Corolla. ¶Secundò sequitur vera esse quæ in prædicta quæstione dicta sunt, vniuersale esse operatione intellectus: & eiusdem esse facere vniuersitatem in rebus: de quibus Doctor Sanct. 12. quæst. 29. articul. 6. quòd si aliquando legas in Aristot. & Comment. & alijs, quòd sensus tantùm singularium est, & quòd sol' m singulare cognoscit, & quòd cognitio singularium propria sensuum est, intelligi debet, quòd sensus nō fertur in vniuersale, vt vniuersale est qa hoc intellectus est proprium, sed tamen fertur in vniuersale vt in singularibus est.

S. Thomas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad.1. & secundum. ¶Ad argumenta. Ad primum & secundum ex dictis manifesta est solutio, in quo sensu debet intelligi Aristote.

Ad tertiũ ¶Ad tertium dicendum, quòd obiectum sensus & singulare est & vniuersale, pro vt in singularibus est, neque oportet ponere diuersas potentias sensitiuas ob diuersitatem obiectorum materialium, quia ratio formalis vna est: nam si visiua potentia fertur in hoc album, & in illud nigrum etiam, non est quia hoc est album & illud est nigrum, sed ea ratione qua hæc colorata sunt: quia color est obiectum potentiæ adæquatum &c. & quo ad hoc in vna ratione conueniunt album & nigrum.

QVAESTIO. IIII.

De secundis intentionibus.

Argumentum. QVAESTIO QVARTA, vtrùm nomina secundarum intentionum supponant pro singularibus indiuiduis personaliter. Et videtur quòd sic: quia (teste Aristot.) vniuersalia nihil sunt præter singularia: sed singularia sunt idem cum eis realiter, licèt ratione distinguantur, vt dictum est: ergo nomina vniuersalium supponent pro singularibus. Ita vt hæc sit vera. Petrus est species: & hæc bona consequentia. Petrus est homo: & homo est species: ergo Petrus est species.

In contrarium. ¶In contrarium est, quia cùm species sit quæ prædicatur de pluribus numero differentibus: & Petrus, & Ioannes non prædicentur, sequitur quòd species non supponat pro Petro.

Notandum ¶Pro solutione quæstionis notandum, quòd apud Dialecticos, intentio est conceptus intellectus: vnde prima intentio, est primus conceptus habitus de re: vt conceptus qui habetur de Petro, inquantum talis res. Et termini significantes tales res, dicuntur primæ intentionis. Secunda intentio est, secundus conceptus habitus de re: qui ideo secundus dicitur, quia præsupponit priorem: nam cognito homine, intellectus (quia potentia est reflexiua) reflectit se supra rem cognitam, & attendens quòd talis natura sic abstracta conuenit pluribus numero, format secundum conceptum, scilicet, speciem, quo significatur illa proprietas, scilicet, conuenire pluribus. Et sic egregiè Boëtius declarat, secundas intentiones fundari in primis; tanquàm in fundamento, & causa. Nisi enim ex primaria significatione intellectus intelligeret naturam humanam pluribus communicatam: non secundò haberet conceptum speciei. Verùm hæc talis secunda notitia, quæ comparatiua est, non facit actu vniuersale, sed præsupposita eius vniuersalitate, & communicabilitate, cognoscens illam rei proprietatem, tribuit ei nomen speciei. Et quia contingit sæpè res nominare nomine conceptuum (sicut statuam vocamus artem) sic res vocantur intentiones: vt intentio dupliciter accipiatur: vno modo pro conceptu formali: alio modo obiectiuè: & sic in præsentiarum.

Boëtius.

Quid prima intentio. ¶Prima ergo intentio est id, quod primò de re concipitur, sine respectu ad intellectum. Secunda intentio est, quod secundò concipitur de re per operationem intellectus. Ex istis sequitur, quòd tam prima intentio, quàm secunda (si formaliter accipiantur) sunt entia realia. Si verò obiectiuè, prima intentio est ens reale: secunda rationis. Et si prima non est relatio, secunda tamen est relatio rationis: quia per operationem intellectus solùm. Quæ relatio non est, qua vniuersale, vel illa secunda intẽtio, ad intellectum refertur: sed quia ad sua inferiora, & de quibus prædicatur, refertur. Et licèt secunda intentio sit ens rationis, & vocetur ens diminutum, non tamen est fictitium, vt Chymæra: nam non est ens rationis, sicut pura negatio, quæ nullũ prorsus habet fundamentum in re correspondentem: nec est sicut priuatio, quæ licèt sit ens rationis, habet fundamentum remotum animal, & propinquum, aptitudinem ad actum. Sed tamen relatio, seu vniuersalitas, quæ est relatio rationis, habet in re fundamentum remotum, scilicet, naturam hominis speciei, vel generis: & fundamentum proximum est cognitio: quia per intellectum abstrahitur, in quo distat à priuatione. Quorum abstractorum non est mendacium: vt solet dici, Abstrahẽtium enim non est mendacium.

Conclusio secunda. ¶Secunda conclusio. Sicut nomen secundæ intentionis speciei, vel generis, non supponit pro indiuiduo, sed pro natura cuius est intentio: sic nomen secundæ intentionis indiuidui, nõ supponit pro specie, vel pro genere. Probatur. Hęc est falsa. Homo est indiuiduum: & nõ ob aliud, nisi quia indiuiduum non significat speciem, neque genus: ergo sequitur quòd nomen indiuidui, solùm supponit pro indiuiduo, & non pro specie, vel genere. Et sic manet soluta quæstio, videlicet, quòd nomina secundæ intentionis solùm supponant pro illa natura abstracta per operationem intellectus agẽtis, abstrahentis à conditionibus indiuiduantibus.

Ratio.

Ad argumentum. ¶Ad argumentum in contrarium. Quando dicebatur, quia vniuersalia nil aliud sunt quàm ipsa singularia, quia idem realiter, &c. licet ratione distinguantur, concedimus ita esse: sed non sequitur: ergo intentio pro illis supponit: quia intentio est causata per operationem intellectus abstrahentis: & licèt in veritate ipsa natura non sit nisi in singulari, tamen quia intentio dicit ipsam naturam terminatur considerata prout abstracta, in qua abstractione habet rationem vniuersalis, ob id solum intentio supponit pro tali natura: & non pro singulari in quo est ipsa natura.

Replicatur. ¶Sed posset quis contra solutionem insurgere, hoc non posse stare. Nam cùm (vt dictum est suprà) natura ipsa sit idem realiter cum singulari, quomodo potest in veritate fieri talis abstractio? & si fieri non potest, cùm natura non per se reperiatur: sequitur secundam intentionem solùm pro re singulari supponere.

Notandum D. Thom. Duplex abstractio. ¶Pro solutione notandum, quòd (vt dicit Sanctus Thom. 1. p. quæst. 85. articu. 1. ad primum) abstrahere contingit dupliciter. Vno modo per modum compositionis, aut diuisionis: & isto modo abstrahere rem ab aliquo, à quo separata non est, non contingit sine falsitate: vt

sunque, sed inquantum concipitur illo vniuersali conceptu homo. Et sic res quæ est homo, est species, inquantum obijcitur huic conceptui homo, per quem abstrahitur à singularibus. Et sic facit vox ly homo, supponat suppositione, non personali, sed simplici, pro natura vt diximus, quando de suppositionibus loquutisumus. Patet. Petrus est species, est falsa: & hæc. Homo est species, est vera. Causa est: quia ly species, nomen secundæ intentionis, non supponit pro re, in qua est natura: nam aliàs tam vera esset hæc, Petrus est species, sicut ista, Homo est species: sed ista secunda conceditur vt vera. Ratio est: quia in ista, Homo est species, ly species, supponit pro illa natura vniuersali sic cõsiderata, & per intellectum abstracta.

Aristot. 2. phy. tex. cõ. 18. & 13. Meta. ca. 3. C. D.

Dilutio replica. si quis abstraheret risibilitatem ab homine. Alio modo cõtingit abstrahere per modum simplicitatis: sicut quando intelligimus vnum in aliqua re, non considerando aliam rem. Vt si albedinem considerem in lacte, non cõsiderando dulcedinem, fieret talis abstractio. Vel considerando risibile in homine, nihil de rationali considerando. Et sic solet fieri abstractio. Et de istis dicitur, Abstrahentium non est mendacium. Potest enim intellectus per vim suam, illa quæ separata non sunt, distinguere, & separare, vnam intelligendo sine alia. Et sic intellectus abstrahit vniuersale à singularibus: & naturam specificam à suis indiuiduis: & genericam ab speciebus: & sic fit abstractio. Et ibidem Sanct. Thom. & in opuscul. 55. sic intelligit. Et quidem ista abstractio, cuius non datur mendacium, fit penes hoc, quòd intellectus cõparat illam naturam, abstractam à conditionibus indiuiduãtibus, ad ipsa singularia. Ex istis ergo soluitur argumentum. Nam licèt verum sit naturam ipsam non reperiri nisi in singularibus: intentio tamen non supponit pro singularibus, sed pro natura ipsa abstracta ab intellectu: sine aliquo mendacio in hoc: quòd illam naturam consideratam absolutè, sine aliqua cõditione indiuiduante: comparat intellectus ad singularia ipsa, quæ talem participant naturã. Et quia licèt re non differant, differunt ratione: sufficit talis differentia, & distinctio ad hoc, q intellectus posit naturam ipsam denudatam considerare.

Nota. ¶Hic obiter notandum erit vt notat Soto in ista quæstione, & Ayala in suis prædicabilibus in prima quæstione de existentia vniuersaliũ, quendam malè intellexisse Sanct. Thom. putantem eum dicere, illam naturam fieri vniuersalem solùm per comparationem intellectus ad singularia: sed (vt dicit Ayala) à veritate Thomæ toto Cælo deuiauit: cùm ipse in locis citatis dicat, quòd species non est vniuersalis, quia est in anima, ex hoc, quòd comparatur ad multa singularia, sed absque tali comparatione.

Duplicitèr cõtingit loqui de vniuersalibus. ¶Sed pro complemento materiæ de vniuersalibus, oportet notare modum loquẽdi in istis: & similiter, quomodo sit verum, solùm ratione distingui vniuersalia ab ipsis singularibus, in quibus sunt: & quid antiqui senserunt de ipsis vniuersalibus.

¶Quantum ad primum, de vniuersalibus contingit dupliciter loqui: vno modo per nomina primæ intentionis: alio modo per nomina secundæ intentionis. Primo modo enuntiando concretum de concreto, aut abstractum de abstracto, aut abstractum de concreto. Exemplũ primi. Homo est animal, Homo est rationalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et sic notum est, has prædicationes ſe veras formaliter, quia quidditatiuè vnum de alio. Secundo modo contingit sic. Humanitas est animalitas. Humanitas est ratiõalitas. rum istæ veniant concedendæ? Nam reales omnes concedunt esse veras prædicationes, quando concretum de concreto: sic quando abstractum de abstracto. Doctor sub. tamen negat esse veram *Scotus.* prædicationem, in 1. senten. distinc. 2. quæst. 7. & distinct. 5. quæst. 1. Et ratio eius est, quia ponit inter illa formalem distinctionem: de qua inferiùs.

S. Tho. p. 3. art. 4. 3. Tertiò prædicatur abstractum de cõcreto, vt homo est humanitas. Et hanc omnes reales dicunt esse falsam, licèt Ocham concedat, vt suprà diximus. Quam negant, nõ quia distinguatur essentia hominis ab ipso cuius est: sed propter diuersum modum significandi terminorum: quia abstractum significat per modum formæ, & per modum partis: & concretum, seu denominatum, per modum habentis formam, & per modum totius. Et ob id potiùs conceditur, Homo habet humanitatem, quàm Homo *Aristot.* est humanitas. Et sic ait Arist. 2. de anima. text. 64. Humanitas non net, aut ambulat, sed homo. Sic antiqui omnes distinctionem realem ponebant inter hominem, & humanitatẽ: quia aliquid includitur in supposito, quod non est de essentia naturæ, vel speciei, quæ per definitionem declaratur.

¶ Quando verò vniuersalia nominibus secundæ intentionis nominantur, iam dictum est in quæstione præcedenti: vt quando dicitur, Homo est species, Animal est genus, Petrus est individuum. Restat dicere de distinctione reali, & rationis.

Quomodo aliqua distinguũtur realiter. ¶ Pro nunc (alibi fortè latiùs) distinguuntur aliqua realiter, quando se habent sicut res, & res, & vnum non est aliud, secluſa omni operatione intellectus: sicut accidens & subiectum: & Petrus & Ioannes. Alia distinguuntur ratione: & sunt illa, quæ sunt idem in veritate, sed tamẽ secundùm operationem intellectus fit distinctio, & abstractio vnius ab alio: vt vniuersale distinguitur à singulari in quo est, vt dictum est, naturam humanam distingui per operationẽ intellectus à Petro in quo est: nõ distinguitur sicut res & res: sicut in homine animalitas, & rationalitas: solùm ratione distinguuntur: & Petrus dormiens distinguitur à seipso quando disputat per ſ m operationem intellectus. Omnes antiqui fuerunt contenti hac duplici distinctione, scilicet reali, & rationis.

Distinctio formalis. ¶ Doctor subtilis suo ingenio adinuenit aliam distinctionem mediam inter has duas, quam vocat formalem, minorem quidẽ reali, sed maiorem quàm sit rationis: in loco suprà citato: & in. d. 8. q. 4. loqueris de attributis diuinis, dicit. Illa distinguũtur formaliter, quæ licèt sint vna res, aliquid tamen est de essentia, & definitione quidditatiua vnius, quod non est de essentia alterius. Et ad propositum dicit, humanitas est eadem res quæ animalitas, sed quia in definitione humanitatis includitur rationalitas, quæ non includitur in definitione animalitatis, humanitas, & animalitas distinguuntur formaliter: ob id dicit hanc esse falsam, Humanitas est animalitas: licèt hæc sit vera, Humanitas est res, quæ est animalitas. Ve S. Tho. & alij solùm põ- *Boetius.* munt rationi distinctionem et hu itatẽ, anim tte , & rationalita .. Et licet opinio Scoti possit defendi, & habeat suam probabilitatem: tamen videtur esse contra intentionem Arist. qui ponit solũ rerũ duas distinctiones. 5. realem, & rationis. 5. Meta. cõm. 14. & lib. *Aristo.* 6. text. 6. Cùm go distinctio sequatur rerum naturam, & non detur nisi ens reale, & ens rationis: non erit necessariũ ponere distinctionẽ vltra realem & rationis. Sed de hoc aliàs.

¶ Sequitur quid antiqui senserint de vniuersalibus. Commentator Auerrois vltra illa, quę sũt suprà allegata sunt, in li. Periherme. cõm. 4. super illa Aristo. verba. Rerum, aliæ sunt vniuersales, *Quid antiqui de vniuersalibus. Comment.* ait. Intentiones sunt duobus modis: aut vniuersales, aut particulares. Vniuersalis definitionẽ glossat sic: est intentio, de cuius proprietate est, quòd prædicetur de pluribus: vt animal, de homine, & de equo: vbi constat intentiones capi non pro conceptibus, sed pro ipsis rebus cognitis: quod maximè fauet realibus.

¶ Boetius grauissimus author, simul & beatus, *Boetius.* editione. 2. Periherme. li. it. Omnis propositio significatiua ſuæ pr etatem, ex subiectis intellectis it sed quoniam necesse est in intellectu, rerum esse similitudines, vis pr tionum per intellectum ad res quoq; continuatur. Atque ideo cùm aliquid affirmare, vel negare cupimus, hoc ad intellectus, & conceptiones, animæq; qualitatem refertur. Quod enim imaginatione intellectuque concipimus, id in affirmatione, vel negatione ponentes, affirmamus, vel negamus. Hæc ille. Ex quibus colligetur, qp hac: Homo est animal, cùm subijcitur vniuersale, subiectum erit homo, secũdùm quod habet esſe gnitũ. Et sic vniuersale, erit cõceptus obiectiuus, vt suprà diximus. Et pòst dicit. Ex rebus intellectis sumitur quãtitas propositionis, & ex placito qualitas. Videmus em alias esse in rebus huiusmodi qualitates, quę in aliam conuenire non possunt, sed in vnam particularem, singularemq; subſtantiam. Alia est enim qualitas singularis, vt Platonis vel Socratis:

tis: alia est quæ communicata cum pluribus, totam se singulis, & omnibus præbet: & ipsa humanitas est huiusmodi qualitas, quæ singulis tota, & omnibus tota. Cùm hoc ergo ita sit, homo dicit vniuersale, ipsa verò Platoneitas, particulare. Et infrà, homo est vniuersale: humanitas nanq; ex singulorum hominum collecta naturis, in vnã quodãmodo redigitur intelligẽtiã. ¶ Theophrastus Aristot. discipulus vniuersale vocat, quod de plurib⁹ naturaliter prędicatur: vt homo. Non quod positione, vt hoc nomen Alexander de Troiano, & Macedoni filio Philippi prædicatur. Hoc enim positione de pluribus dic-ur, illud natura. Hæc ille. Et hæc sufficiant de vniuersalibus.

QVAESTIO. V.

An recta sit diuisio intentionis, in primam & secundam intentionem.

QVAESTIO QVINTA. Quia sermo de secunda intentione est, operæpretiũ videtur inqrere, an recta sit diuisio conceptuum, in conceptũ primæ intentionis, & secundæ intentionis. Et videtur quod non, nam omnis conceptus est quid reale & ples ipsius intellectus dicitur, sed secunda intentio non est ens reale sed rationis potius: ergo non rectè cõceptus, in primæ & secundę inteptionis diuiditur. Maior est manifasta, & minor diffinita est in præcedentibus: siquidem secunda intentio ens rationis vocatur, vt diuiditur c. tra ens reale.

2 ¶ Secundò est argumentum ex . uice. in 4. me ta. hy. quidicit dialecticam esse de secundis intentionibus, quæ sunt entia rationis: si ergo de secundis intentionibus est: aut ergo illæ intentiones sunt entia realia, vel non: si sunt, ergo dialectica non est de entibus rationis. Si non sunt entia realia: ergo non sunt entia, sic non est recta diuisio.

3 ¶ Tertiò. Illius quod non est, scientia non datur: sed ens rationis non est: neque secunda in. tio est: quia id quod est ficticium, in veritate nõ est: ergo neque in veritate cog oscitur: quia res sicut se habet ad esse, se habet ad cognosci.

¶ In contrarium est Aristote.

1. Notabi. Dupliciter tam prima quam secunda intẽtio. ¶ Pro solutione conclusionis oportet notare, quòd tam prima quàm secunda intentio dupliciter sumuntur, scilicet obiectiuè, & formaliter. Prima intentio obiectiuè est ipsa res intelligibilis, vt si hominem intelligã, iam hominis quidditas obiectiuè prima intentio est, quia ipsa primò intellectui præsentatur, in quam cognoscẽdam intellectus possibilis actuatus per speciem tendit: vnde lapis obiectus intellectui per speciem intelligibilem prima vocatur intẽtio obiectiuè.

¶ Formalis est ipse cõceptus formatus de re obiecta, qui dicitur ratio, vel definitio, qui fundatur immediatè in re obiecta, & sic animal rationale, vt est definitio hominis, comparatur ad hominis naturam, sicut prima intentio formalis ad primam intentionem obiectiuè.

¶ Secunda intentio obiectiuè est respectus rationis, qui rem consequitur, vt est obiecta intellectui, & per primam intentionem formalẽ cognitam, quod sit sic. Quia quando intellectus quidditatem rei intelligit in vniuersali: non intelligit vt singularia respicit, imò vt abstrahit ab eis, & sic in quadam communitate obijcitur intellectui: vt autem est sic obiecta & cognita per primam intentionẽ formalem, intellectus aduertit, quòd ad eam sic obiectam consequitur quidam respectus, qui communitas dicitur: vt quidditas sic intellecta est communis omnibus suis inferioribus, & huic respectus est resolutio rationis, eo quòd non cõsequitur rem vt habet esse ad extra, sed vt obiecta est intellectui sine conditionibus materialibus: & dicitur secunda intentio obiectiuè, quia secundò intellectus attendit ad quidditatem rei vniuersalem primò cognitam per primam intentionem formaliter vnde consequitur talis respectus.

¶ Secunda intentio formaliter est secũdus conceptus productus ab intellectu de re vt stat sub illo respectu rationis. Nam postquàm intellectus aduertit naturam rei sic intellectã in vniuersali esse communem suis inferioribus, & in eis reperiri, format naturam generis & speciei, & hæc est secunda intentio formalis. Hæc omnia latè tractat Herueus in. 3. quotl. lib. q. 1. & in tractatu de secundis intentionibus &c.

¶ Ad quæstionem prima conclusio. Conceptus intellectus conuenienter diuiditur in primam & secũdam intentionem formaliter sumptas. Patet, quia omnis conceptus intellectus, vel fundatur immediatè in re obiecta, & sic est prima intentio formalis, quæ est quidditas, vel ratio rei: vel fundatur immediatè in re vt stat sub illo respectu rationis in quantum prædicatur de suis inferioribus, & est secunda intentio formalis: sed vtroq; modo ens re le est tam prima quàm secunda intentio, quia verè conceptus sunt & actus intellectus. *Prima conclusio.*

¶ Secunda conclusio. Conceptus intellectus non rectè diuiditur in primam & secundam intentionem obiectiuè sumptas. Patet. In omni *Cõclusio secunda.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona diuisione oportet quodlibet membrum sub diuiso sic contineri, vt de eo prædicetur: sed capiendo obiectiuè neque prima intentio conceptus est, nec secunda: sequitur quòd non sit bona diuisio. Non prima, quia ipsa est res ipsa intellecta, quæ non est conceptus: Nec secũda, quia est ille respectus rationis, qui consequitur ipsam rem sic intellectam vt abstrahit à singularibus, & hic respectus conceptus non est. Et notandum, quòd ad ens rationis non requiritur quòd sit quid actu fabricatum per intellectum, sed sufficit vel quòd sit fabricatum per intellectum, vel quia non alio modo est ens, nisi quia apprehenditur ab intellectu, & hoc modo est ens rationis secunda intentio obiectiuè.

¶Ex istis sequitur, quòd tam prima quàm secũda intentio & possunt dici conceptus intellectus, & negari: nam capiendo obiectiuè, non sunt conceptus: si tamen formaliter, tam prima quàm secunda intentio conceptus sunt, & ens reale: quod valde notandum propter argumẽta, quæ fieri solent in hac materia, de quo vide Capreo. in primo distinct. 23. quæstio. 1. contra primam conclusionem.

Ad primũ ¶Ad primum argumentum respõdetur, quod secunda intentio, quæ ens rationis dicitur, si formaliter capitur, est realiter & verè conceptus intellectus: & quãuis ens rationis dicatur, quia per operationem intellectus sit illa intentio secunda, sed tamen verè cõceptus est, & quid reale. Si tamen capiatur obiectiuè, argumentum concludit.

Ad secundum. ¶Ad secundum dicendum, Dialecticam esse de secundis intentionibus, & secundæ intentiones ita sunt entia rationis, vt conceptus nõ sint: & de secundis intentionibus sic est, vt de illis & obiectiuè & formaliter.

Ad tertiũ ¶Ad tertium ex dictis patet solutio. Nam & si secunda intentio obiectiuè sumpta realiter nõ sit, ipsa tamen formaliter verè conceptus est intellectus, de quo & scientia haberi potest, & etiam obiectiuè, licèt à parte rei commune non detur, quod intellectui se se obijcit. Extra singularia tamen commune ipsum considerat, & illius scientia est, pro quãto fundamẽtũ habent in quidditate rei secundam primam intentionem intellectui obiectam. Hæc dicta sint maiorem intelligentiam secundæ intentionis & entis rationis in prædicabilibus maximè.

QVÆSTIO. VI.

De subiecto prædicabilium.

QVAERITVR PRIN cipaliter, quid sit subiectũ huius libri prædicabilium: vniuersale, vel prædicabile? Et videt quòd nec hoc, neque illud. Non vniuersale: quia cuiuslibet propriæ scientiæ proprium est subiectum: sed Dialectica est scientia peculiaris (vt suprà dictum est) ab alijs distincta: ergo eius subiectum oportet sit particulare, & distinctum: sed vniuersale est quid commune in omnibus scientijs realibus: quia scientia realis est de singularibus, sed de vniuersalibus: idem dicendum de prædicabili. *Argumẽtum.*

¶In contrarium est, quia vna scientia solum circa vnum obiectum, vel vnum proprium subiectum: sed hæc, quæ de istis quinq; vniuersalibus, vna est: ergo circa vnum obiectum: & non videtur aliud nisi vniuersale, cùm ipsa quinque prædicabilia quinque sint vniuersalia, & de ipsis dicat Porphyrius se tractaturum. *In contrarium.*

¶Hæc quæstio mota videtur, vt fiat distinctio de vniuersali, prout in Dialectica: & de eo prout in alijs scientijs: nam sicut argumentum à principio positum probat, vniuersale est, quod in alijs realibus scientijs cõsideratur: cùm scientia nõ nisi de incorruptibilibus, vt sunt vniuersalia. Pro quo notandum, vniuersale sumi tripliciter: vno modo pro substracto: alio modo pro per se significato, id est pro vniuersalitate: & tertio modo sumitur pro aggregato ex vtroque. Licèt impropriè hoc sit: non enim album, dicit aggregatum ex Petro, & albedine, quod est ens per accidens: sic nec propriè vniuersale capitur pro aggregato ex natura, & vniuersalitate: imo nec secundo modo accipitur propriè vniuersale, scilicet pro vniuersalitate: quia albedo non est albus, sed albi forma. Ita secunda intentio obiectiua non est vniuersale, sed vniuersalitas. Ob id si propriè loquendum est, vniuersale dupliciter accipitur: vno modo pro natura absolutè, quod est pro substracto: alio modo pro ipsa natura, inquantum est conceptus obiectiuus, vel inquantum sic cognita. *Tertiũ vniuersale.*

¶Natura dicitur substractum, quia substernitur secundæ intentioni, & ab ea denominatur. Intentio dicitur per se significatum: quia qđ concretum per se significat, forma est.

¶Substractũ multis modis nominatur. Aliqñ per formã, Humanitas. Animalitas, Aliqñ quidditas: Essentia: Natura. Aliquãdo ratio hoïs. Ratio aïalis. Quod est id, qđ importat definitio.

¶Ad quæstionẽ sit prima cõclusio. Dialectica tractat de vniuersalibus, pro quãto substat secũdis intentionibus: hoc est, sic tractat de vniuersalibus, non secundum absolutam considerationem *Prima conclusio.*

Ratio. nem, sed secundum quòd conueniunt esse vniuersalia per operationem intellectus, abstrahẽdo à singularibus. Probatur sic. Nam Dialecticus considerat de homine, sicut & Physicus: sed tamen non considerat de eo, quia cõstat ex materia & forma: neq; quia propria eius passio sit esse risibilem, vel disciplinæ capacẽ: sed solum per hoc, qp natura eius est species quædam, quæ communicatur indiuiduis æqualiter. Nec tractat de homine, quatenus aptus ad virtutem: sicut moralis Philosophus. Similiter considerat Dialecticus de animali, non inquantum hanc, vel illam habet animam, quæ educibilis est de potẽtia materiæ: vel non educibilis: quia hoc ad naturalẽ sed pro tanto habet naturam communem, quam plures participant species. Et quo sequitur, quòd ad Dialecticum spectat de istis vniuersalibus considerare, non absolutè, sed pro quanto substant secundis intentionibus.

¶Et aduerte qp ratio entis rationis non vt ad dialecticum expectat: non est eo, qp ens de quo considerat subiectiuè sit in intellectu: vt conceptus & species intelligibiles, & habitus scientifici. Neq; est vt obiectiuè, sic in intellectu: quia sic lapis est in intellectu sed est de eo qp est in intellectu, sicut modus consequens naturam rei: vt obijcitur intellectui. v.g. si natura hominis debet intelligi sed vt obijciatur sine cõditionibus indiuiduantibus: non vt habet esse in sorte vel Platone. s. vt quodam commune & indistinctum, communitas ergo consequitur naturam intelligibilem, & tale propriè dicitur ens rationis, vt distinguitur contra ens reale qp dicitur secunda intentio obiectiuè: super quam intellectus fundat cõceptum generis, vel speciei: quia sic intellectus apprehendit naturam, vt prædicabilem de pluribus. quòd sit ens rationis, patet: quia illa communitas non conuenit rei, vt habet esse in singularibus: neque causatur ab intellectu posibili, imo præcedit actum intelligendi: prius enim natura rei in cõmuni, & non vt hæc, obijcit intellectui. Per receptionẽ speciei intelligibilis quã intelligatur: & sic nõ sunt subiectiuè, in intellectu huius modi entia: & si nõ sunt subiectiuè erũt obiectiuè: & nullo mõ habẽt esse in singularib⁹: & sic sunt entia rõnis.

Cõclusio. 2. ¶Secunda conclusio. Subiectum huius libri prædicabilium est vniuersale, habens rationem communem genericam ad quinq; prædicabilia. Probatur. Nam illud est subiectum alicuius libri, quod principaliter tractatur in eo, & ad quod omnia, quæ ibi considerãtur, reducũtur, & sub ratione illius considerantur: sed quinq; prædicabilia habent ordinem ad ly vniuersale, tanquam ad genus, & omnia considerata in eis sub ratione vniuersalis considerantur. Nec obstat, quòd aliqui negent vniuersale esse genus, & vocent analogum respectu quinq; prædicabilium: quia per prius dicitur de genere, quàm de differentia: sed tamen potest dici genus.

¶Sequitur ex dictis, qp subiectũ huius libri est inferius ad subiectũ Dialecticæ absolutè: nam subiectum in Dialectica, est ens rationis: modo vniuersale, inferius ad ens rationis est: nã sequitur. Est vniuersale: ergo ens rationis. Non tñ valet econtra. Est ens rõnis: ergo vniuersale: cùm multa sint entia rõnis, quæ nõ sunt vniuersalia. *Corollariũ.*

Cõclusio. 3. ¶Tertia conclusio. Licet vniuersale & prædicabile conuertuntur, sicut subiectũ & propria passio (prædicabile enim est propria passio vniuersalis) nõ tamẽ propriè subiectũ huius libri dicetur prædicabile. Nã illud propriè est subiectũ, de quo demõstratur propria passio: sicut scientię de homine subiectũ est homo, & nõ risibile, de quo risibile probatur: sed de vniuersali probat propria passio. s. esse prædicabile, & non econtra de prædicabili vniuersale: ergo vniuersale est subiectum, & non prædicabile: licèt nominales persistentes in suis nominibus, differentiã non ponant inter vniuersale, & prædicabile: & dicunt esse subiectum hoc nomen vniuersale, & prædicabile. Verùm satiùs est loqui, & sentire, vt loquuti sumus de vniuersalibus ad mentem realium, in quibus fuit sapientia, & maximè fuerunt in Aristotele versati. *Ratio.*

Ad argu. ¶Ad argumentũ in contrariũ. Quando dicitis, Aliæ scientiæ sunt de vniuersalibus: ergo hæc nõ peculiariter habet pro subiecto vniuersale: solutio est: concedẽdo verũ esse scientiã realẽ de vniuersalibus, sed tamẽ de vniuersalibus absolutè, & nõ prout substãt secũdis intẽtionibus. Nam si physicus de homine tractat, & de suis proprietatibus: nõ prout nomine speciei, vel generis significat, sed nomine primæ intẽtionis. Et simili modo in omni scientia dicẽdũ. Sed Dialecticus tractat de homine in vniuersali: prout nomine secũdæ intẽtionis significatur: prout operatiõe intellectus est cognitus, esse quãdã specificam naturam, communem omnibus hominibus.

CAPIT. I.

De genere.

Textus.1. *Videtur itaq; neq; genus, neq; species dici simpliciter. Dicitur enim genus & aliquorum hominum aggregatio, qui quidem ad vnum quippiam, & inter se habent respectum. Quæ significatione, Heraclidarum dicitur ge-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus:quod quidem ex respectu, qui est ab vno (id est ab Hercule) & multitudine eorum qui inter se eam habent coniunctionem, quæ ab illo profluxit, sic est nuncupatum, vt ab aliis generibus sit seiunctum.

¶Dicitur & alio modo genus: vniuscuiusq; principium ortus: tam ab eo qui genuit, quam à loco in quo est quispiam ortus. Sic enim Orestem, à Tantalo, Hylum autem ab Hercule, dicimus genus habere: & rursus Pindarum quidem Thebanum genere, Platonem autem Atheniensem dicimus esse. Patria nāq; principium est generationis cuiusque perinde ac pater. Hoc autem significatum, vsurpatius esse videtur. Heraclidæ nanq; dicuntur, qui genere descendunt ab Hercule. Et Cecropidæ à Cecrope, & horum quoq; propinqui. Atque prius sane genus generis cuiusq; principium dicitur. Postea vero multitudo eorum, qui ab vno principio, ceu Hercule profluxerunt. Quod quidem cæteris seiungentes, ac separantes, totum aggregatum Heraclidarum dicimus genus.

Cecrops rex Ath.

¶Alio modo dicitur genus id, sub quo species collocantur: accepta fortassis similitudine à prioribus vocabuli eius significatis. Nam & principium quoddam eorū, quæ sub se habet, genus tale est. Et præterea videtur multitudinem omnem amplecti, quam scilicet infra se continet.

Text°.2. ¶His igitur tribus modis dicitur genus. De tertio vero genere, philosophorum est sermo: quod & describentes sic assignarunt. Genus id esse dicentes, quod de pluribus differentibus specie, hoc ipso quid est, prædicatur. Vt animal. Eorum enim quæ de pluribus prædicantur, alia de vno solo dicuntur: vt individua, veluti Socrates, & ista, & illud: alia de pluribus prædicantur: vt genera, species, differentiæ, propria, & accidentia communiter. Sed non cuiquam proprie. Atq; genus est (exempli causa) animal: species, homo: differentia, rationale, proprium, risibile: accidens, albū, nigrum, sedere.

¶Genus igitur ab hisce quidem, quæ de vno solo dicuntur, hoc sanè differt, quod ipsum de pluribus prædicatur. Ab his autem quæ de pluribus prædicantur, in hoc differre videtur. Ab specie quidem, quod species: & si de pluribus prædicatur, nō tamen de pluribus specie, sed de pluribus differentibus numero prædicatur: homo nanq; est species, de Socrate, & Platone dicitur qui non specie, sed numero differunt. At animal quod est genus, de boue, equo, atq; homine prædicatur, quæ specie, non autem numero sibi differunt. A proprio vero, quod proprium quidem vnius speciei, cuius est proprium, & de individuis hisce, quæ sunt sub illa specie prædicatur, vt risibile, de homine solo, & de singulis hominibus dicitur. Genus autem non de vna specie, sed de pluribus differentibus prædicatur. A differentia quoque, communibusq; accidentibus genus differt. Etenim differentiæ, communiaq; accidentia, quanquam de pluribus, ac differentibus specie dicuntur, non tamen ita, vt quid sit quidq; sed vt quale quidq; sit innuat dicuntur. Rogantibus enim, quidnam illud sit, de quo hæc dicuntur, genus respondemus: differentias, & accidentia non respondemus: non enim de subiectis illa in quid, sed magis in quale quid dicuntur. Interroganti nanque quale quid est homo, rationale dicimus. Et quale quid est coruus, nigrum dicimus. Quorum quidem rationale est differentia, nigrū autem accidens: sed cum quid est homo interrogamur, animal, respondemus: quod ideo hominis genus est.

¶Genus igitur, quod de pluribus quidem prædicatur, ab individuis, quæ de vno solo dicuntur, differt: quod verò de pluribus differentibus specie prædicatur, ab his, quæ licet vt species propria de vno dicuntur, differt. Denique quod quid quidque sit, dicit à differentibus vel ab accidentibus differt: quorum vnumquodque, non quid sit, sed quale sit, quomodo de eo quo dicitur habeat, dicunt. Nihil igitur vero generis intellectu, plus minus ve, memorata generis descriptio habet.

¶Declaratio textus: hic genus capitur logicè, pro illo cui supponitur species: vt color est genus, quia albedo ei supponitur: & nigredo, & alij colores medij: sed genus logicum, nō est totum integrale, quod ex partibus componitur, sed vniuersale, & potestatiuum: ideo potest de speciebus sub eo contentis prædicari, vt homo est animal: ideo est animal: & tamen non sic, manus est homo: neque caput est homo. Et ratio huius est: quia totum integrale differt realiter à partibus: ideo non prædicatur de eis: sed totum vniuersale, non differt realiter, à contentis sub eo: sed solū ratione: vnde serius erit notū.

¶Secundum hanc autem considerationem dicendum quòd genus neq; æquiuocus, neq; analogus terminus, imo neq; ens, neq; entia, sunt genus: nā ratio vniuoca necessaria est.

¶Tertiò nota, quòd apud reales, genus est natura cōmunis, pro vt stat sub conceptu qui est secunda intentio: vel vt alij dicunt sumitur pro re subiecta secundæ intentionis atq; ex hoc non sequitur q̄ logicus consideret res quòd est Physicus: quia & si logicus consideret res, non absolutè id facit: sed vt stant sub prædicatis intentionalibus sibi attributis ab intellectu: vt negociatur circa eas: nam Physicus de re considerat, quoad prædicata realia, quæ sibi remoto opere intellectus conueniunt: putà de animali, in quātum mouet se ipsum: & est sensitiuum, &c. sed logicus pro quanto dicitur de speciebus, eo q̄ sit natura cōis, omnibus speciebus cōtētis.

¶Quartùm id de pluribus, declaratur: quia si illa plura differunt oportet scire quę sint idem, & ex eo intelligemus quæ differunt tādem numero dicantur idem specie & idem genere eadem numero sunt quæ supposito non distinguntur & hæc sunt quædam nomine, alia diffinitione: quædam proprio, & quædam accidenter: vt sunt Marcus, & Cicero, qui sunt nomina synonyma: diffinitione, homo & animal ratione risibile & homo, Sortes & albus: quia semper in istis idem suppositum, eadem numero dicuntur. Idem specie, quia sub eadem specie continentur, vt Sortes & Plato: & intellige sub vna specie specialissima: idem genere, quæ sub vno genere continētur: sed intellige proximè, & non absolutè: aliàs homo & pomum essent idem genere, quia sub corpore animato continentur. Item requiritur contineantur sub eodem genere proximo logico, & non Physico: nam corpus corruptibile, vt terra: & incorruptibile, vt cælum: sub eodem genere logico continentur: nempe sub corpore: & non tamen sunt sub eodem genere Physico, vt in libris de cœlo dicetur. Quia non eadem natura terræ, & cæli. Ex illis manifestum est, quæ differunt: vt sic maneat declarata definitio generis.

QVESTIO VNIca. De genere.

P. argumē. RELICTA TEXtus declaratione quæritur, vtrùm generis definitio sit bona? Et videtur q̄ non: quia definitio generis est, quòd prædicatur de suis speciebus, in eo q̄ quid, quidditatiue: sed genus non prædicatur quidditatiuè de suis speciebus. Patet: quia genus est pars speciei, cui species cōstat ex genere & differētia: sed nunquā pars prædicatur de suo toto: ergo genus non prædicatur de speciebus.

Argum. ¶De aliquo verificatur definitiū, de quo nō definitio: ergo illa non est bona generis definitio. Probat: quia definitū de secūda intētione verificatur: quia liber iste est de secūdis intētionibus, cùm secūda intētio definiatur, seu eius rationis, & tamē definitio nō conuenit secundis intētionibus, sed naturæ substractæ tali intētioni: nam animal prædicatur de speciebus, Homo est animal, Equus est animal: & nō genereitas: vt dicamus, Homo est genereitas, vel animalitas: ergo,

Intrariū. ¶In contrarium est authoritas Porphyrij, & omnium Dialecticorum.

Diuerse opiniones. ¶Circa solutionē quæstionis sunt varię opiniones. Nominales enim facilè se expediūt, dicētes ibi definitū propinquū esse illud nomē genus, quod est cōmune ad hæc nomina, animal, color &c. quæ sunt genera: & sic ipsa significata sunt definita remota. Sed licèt primū sit verū, nō tamē cōcedendū illa esse genera, animal, color, &c. sed nomina generica. Quæritur ergo quid sit definitū principale in illa definitione, vtrū definitū sit natura pro substracto? an secūda intētio, quæ est principale significatū? an aggregatū ex vtroq;? Quidā putāt esse opiniones varias Scoti, & S. Thom. sicut refert magister Ayala in suis prædicabilibus q.3 principali. Et

Ayala. dicit de mēte Scoti, hic definiri secundas intentiones: & secundū doctorē. S. definiri cōceptū obiectiuum pro substracto. Et nimis prolixè à fundamentis recitat opiniones, & dicit vnū, nescio an verū: sequitur quendā Thomistā à vero tramite. S. Thom. deuiasse, qui in secūdis intentionibus, & in his vniuersalibus parē facit Thomā cum Scoto. Hæc ille. Profectò licèt nō sint omnino in omnibus æquales Scotus & S. Thom. in sententia vniuersaliū, in hac quæstione, quid definiatur, an natura ipsa, vel cōceptus obiectiuus, vel secūda intentio, non videntur variesse esse doctor. S. & subtilis: pro quo sit. 1. cōclusio.

P. cōclusio. ¶Prima cōclusio. Definitū formale, & principale illius

Universidad de Deusto
Biblioteca

le illius definitionis est secũda intentiõ: neq; de hoc inter reales est aliqua differẽtia. Probatur. *P. ratio.* Definitio sicut & sciẽtia nõ est de aliquo singulari, vel particulari: ergo nõ definitur hic hoc, aut illud genus, puta animal, aut color, sed genus in cõmuni: sed nihil est cõmune omnibus generibus, diuersorum prædicamentorũ, nisi secũda generis intentio: ergo illa est quæ definit. *Ratio.2.* ¶Secundò. Quãdo nomen accidentis in cõcreto definitur, significatũ formale ibi definitur, ratione cuius definitio cõuenit significato materiali: vt dicẽdo, Album est disgregatiuũ visus: definitur hic albedo, ratione cuius niui conuenit: sed genus est nomen connotatiuum: ergo ibi definitur secunda intentio, quæ est significatum formale, ratione cuius conuenit naturis de pluribus prædicari, inquantum per intellectũ abstrahitur à naturis specierum, quæ est generis intentio.

Cõclusio.2. ¶Secunda conclusio. Neq; genus, neq; eius definitio vllo modo accipiuntur, aut supponunt pro secunda intentione. Probatur. *Ratio.* Nam quando album definitur esse disgregatiuum visus, licèt illic definiatur albedo, non tamen definitur tanquam id quod disgregat, sed tanquam ratio disgregandi: sic, dato in generis definitione secunda intentio definiatur, non tamen tãquam id quod prædicatur, sed tanquam ratio, qua genera prædicantur, in quantum per intellectum sunt abstracta, velut communia speciebus, de quibus dicuntur talia genera: ob id non supponit definitio pro illa secunda intentione, sed denominatiuè supponit pro re ipsa, pro qua supponit genus: vt pro animali, & pro colore. Sicut definitio albi, denominatiuè pro niue supponit, quæ ratione albedinis visum disgregat. Et non intelligere hoc, facit opinionem realiũ *Doct. subti. male intellectus.* inintelligibilem: & Scotus non dicit q̃ secũda intentio prædicetur de pluribus differentibus specie, vt patet in suis vniuersalibus. q. 14. sed quia illic dicit, definitione generis definiri secũdam intentionem, intulerunt, q̃ genus, & eius definitio supponit pro secũda intentione. Itaq; intelligendum est secundam intentionem definiri: id est definitur res inquantum substat secũdæ intentioni: & hoc est dicere: licèt secunda intentio definiatur, non tamen prædicatur secunda intentio principaliter, sed res ipsa. Et hæc est doctrina Scoti, & S. Tho. in de ente, & essentia. 4. Quanuis magister Ayala (vt diximus) putet inter Scotum & S. Thom. esse differẽtiam. Et si quis vellet clariùs ad quæstionem respondere, posset dicere, ibi rem definiri. s. animal, & colorem, & cætera quæ genera sunt, non tamen absolutè, quia res sunt, sed prout sunt cõceptus obiectiui, vel prout sunt sic intellectæ tales naturæ, vt prædicabiles de pluribus specie differentibus. Et quia sub hac ratione definiuntur, dicunt secundas intentiones definiri.

Pro solutione primi argumenti. ¶Pro solutione primi argumenti, vbi dicitur, genus esse speciei partem, est notandum, dupliter. cem esse abstractionem. Quædam est, qua vniuersale abstrahitur à suis inferioribus, vt hominis natura abstrahitur à singularibus. Alia est abstractio: quia forma ab illo cuius est, vt humanitas ab homine. & albedo ab albo. Prima dicitur abstractio vniuersalis, & secunda formalis. Et natura generis potest accipi in concreto, vel in abstracto: secundo modo, neq; genus est, neque species: quia de supposito non prædicatur: nam hæc est falsa. Homo est humanitas. Humanitas enim species non est, sed est principium, seu forma, qua homo species est.

1. Nota. ¶Etiam notandum, quòd animal in cõcreto capitur, cum præcisione omnium aliorum, id est, vt naturam sensitiuam significat abstractã à rationalitate: & isto modo intelligitur, quòd nec genus est de essentia differentiæ, neq; differẽtia est de essentia generis. Et sic Arist. 4. Topi. c. 2. *Aristo.* ait. Differentia non participat genus. Et sic nõ prædicatur de homine: quia se habet sicut pars illius, cùm in homine sit aliud vltra sensitiuum.

¶Alio modo capitur animal in concreto, vt significat naturam sensitiuã, nihil præscindẽdo, sed in confuso: vt tandem omnem naturam sensitiuã importet, quæ in homine est humanitas & in equo equinitas, & in asino asininitas. Et isto modo est genus: & prædicatur de sibi subiectis speciebus. Istis præsuppositis, satisfiat argumẽtis. Et respondẽdo ad primũ, negamus q̃ genus sit pars speciei, sicut materia est pars cõpositi: sed ideo dicitur pars, quia natura quã significat. s. sensibilitas, cõtrahitur per rationalitatẽ: & in confuso genus significat totum quod est in specie, & inindiuiduo. Et sic formaliter dicatur & de speciebus, & de indiuiduis cõtentis sub speciebus. Et non concludit argumentum: nam animal non dicitur pars, sed totum quodammodo: sed quia sensibile importatum in ly animal, contrahitur, dicitur se habere vt materia: sed tamen ibi in confuso est totum quod est in specie. Et sic intellixit Aristote. quando dixit. In genere latent æquiuocationes: quia species stant in confuso in genere, & quia ipsæ variæ sunt, latent tales æquiuocationes.

Ad 2. ¶Solutio ad secundum constat ex conclusionibus ad quæstionem: nam licèt ibi secunda intẽtio definiatur, nõ tamẽ definitio supponit pro secundis intentionibus, sed supponit pro naturis ipsis quæ prædicantur, & illæ sunt quæ definiuntur: sed quia definiuntur non absolutè, sed prout substant secũdis intentionibus, vel prout sunt conceptus obiectiui, dicitur quòd secũdæ intentiones sint quæ definiuntur.

Vniuersale est ad quin. 5. prædicabilia genus. ¶De vniuersali an genus dicatur ad quinq; vniuersalia, seu ad quinq; prædicabilia, licèt alij aliter sentiant, potest dici genus esse. Nã sicut animal communem rationem dicit ad omnia animalia, & genus cõmunem rationem ad omnia genera: sic vniuersale dicit vnam rationem communem ad vniuersalia omnia, id est ad quinq; ista prædicabilia. Quorum ratio est in pluribus esse, & de pluribus prædicari, abstrahendo ab hoc quod est essentialiter prædicari, vel accidentaliter in quid, vel in quale. Et sic huius generis genus est species, differentia, & proprium.

QVAESTIO. II.

An genus comparatum speciei differat genere vel specie.

Primum argumentum. QVæstio secunda, an genus cõparatũ speciei differat genere vel specie &c. Et probo quòd sint idem specie. Quæ eandem dicunt essentiam, & eandem formam, sunt idem specie: sed genus, puta animal, eandem formam dicit: cum homine, quæ est species: nam dicunt animam rationalem, in qua sensitiuum & vegetatiuum: sequitur ergo genus & species esse idem specie. Nam si Sortem & Platonem esse idem specie probamus: ex sola vna natura communi: quare & animal & hominem non dicemus similiter?

Secundũ argumentum. ¶Secundum. Omne ens cõparatum alteri, aut est idem, aut diuersum, vt docet Aristote. 10. metaphysi. text. 11. & 12. ergo genus animal comparatum speciei vel erit idem, aut diuersum: sed non est diuersum, cum dicatur species de Sorte, & de eodem dicatur genus, quia est homo, & est animal, & species etiam subijcitur animali, & dicitur homo est animal: cùm ergo non sit animal diuersum ab homine, erit idem, & sic habetur intentum.

Tertium argumentum. ¶Tertiò. Quæ sunt eadem vni tertio, & eadem erunt inter se: sed genus & species sunt eadem vni tertio, scilicet, indiuiduo, contento sub specie: quia Petrus est homo: & Petrus est animal: ergo animal & homo idem erunt inter se.

In contrarium. In contrarium est textus Philosophi: nã quæ specie conueniunt vel genere, oportet differentia specifica conuenire: sed animal & homo non conueniunt: nam rationale quod est differentia hominis, non est animalis, neque animatum est specifica hominis. &c.

1. Nota. ¶Pro solutione quæstionis notandum, q̃ aliud est quærere, an genus sit idẽ vel diuersum à sua specie, & an genus & species sint idem specie: nam stat primum, scilicet, aliqua differre, quia est alia & alia entitas, & tamen quòd nõ sit specifica distinctio: sicut Petrus non est idem, sed diuersum à Paulo: sed tamẽ non differunt Paulus & Petrus specie, cũ sub homine cõtineãtur.

1. Cõclusio. ¶Prima cõclusio. Genus comparatum suæ speciei, non est idem specie, neq; diuersum specie, vt animal non differt specie ab homine: neque est idem. Probatur primum quòd non sint idẽ specie. Nam illa quæ sunt vnum specie, conueniunt in vna differentia specifica constitutiua vtriusq;: vt Sortes & Plato putà in rationalitate: sed animal & homo non conueniunt in tali vna differentia constitutiua: quia rationale constituit speciem hominis, & sensitiuum genus animalis: ergo non conueniunt specie. Secũda pars probatur quòd non different specie. Quæ specie differunt, habent diuersas differẽtias quibus differant oppositas, sed tamen in animali & homine non sunt tales, quia sensitiuum & rationale non sunt differentia oppositæ: nam rationale identicè sensitiuum est, vt infra in libris de anima suo loco probabitur: quia sensitiuum in rationali continetur sicut trigonum in pentagono. Item, quia si esset diuersitas in specie, vnum de alia non prædicaretur, sicut neq; leo de capra, neque econtra: sed tamen genus de specie prædicatur, quia animal de homine dicetur.

Secũda conclusio. ¶Secunda conclusio. Locus cum specie comparatum neque est idem genere, neq; diuersum. Patet. Non est idem, quia illa sunt idem genere, quæ sunt species contentæ sub vno genere, vt leo & capra sub animali. Sed non sic animal & homo, quia non sunt duæ species: cùm vnum sit genus, & aliud sit species. Item, quia non est vnum commune, sub quo in mente contineantur, & de quo ex æquo prædicentur, sicut contingit in illis quæ sunt idem specie specialissima. Secunda pars quòd non differant genere patet: quia illa quæ inter se differunt genere, vtrumque est genus, sicut quantitas & qualitas, animatum & in animatum: sed tamen hîc non vtrumque est genus, sed alterum solum.

Ad argumenta. ¶Ad primum argumentum, qui tenent diuersas animas in homine esse, scilicet, sensitiuam & rationalem, soluunt, hac rationæ putantes argumentum concludere, si vna solum fit anima in homine, rationalis, scilicet. Sed se expedit Ioann. de Iandiuno in. 10. Metaphy. quæst. 20. Sed tamen contra tenentes solùm esse vnam, argumentum vrget. Et tamen solutio stat in hoc, quia damus vnitatem formæ in composito, iuxta doctri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta doctrinam Doctoris Sanct. de quo suo loco. sed tamen identitas formæ & essentiæ in aliquibus duobus non sufficit ad vnitatem specifica, si non ab illa forma vna emanet vna sola differentia specifica vtriusque, sicut in exemplo posito in homine: est sensitiuum & rationale in vna forma, scilicet, in anima rationali: sed ab illa vna sumitur differentia generica, putà sensitiuum inquantum sensitiua est, & ab illa eadem sumitur differentia alia specifica rationale inquantum rationalis est, qua ratione non sunt idem specie animal & homo: quia vltra hoc quòd est vnam esse formam in vtroque, ad vnitatem specificam requisitum est vnam solùm differentiam specificam emanare: & quia distinctæ sunt differentiæ sub alia & alia consideratione, non constituuntur sub eadem specie.

Nota solutionem.

Ad secundum. ¶ Ad secundum concedimus, vt docet Aristot. quòd omne ens comparatum alteri sit idem aut diuersum: & sic genus comparatum speciei, est diuersum: sed tamen non sequitur quòd sit specie diuersum vel genere diuersum: quia neque specie neque genere differunt. Et licèt Aristotel. dictum teneat de entitate quòd vnũ alteri comparatum idem sit aut diuersum, quo ad intentiones tamen non valet. Et ob id diuersa est consideratio intentionum quo ad conuenientiam in genere vel specie ab illa, quæ est quo ad entitatem: nam Petrus & Paulus entitate differunt, & intentione vna specifica & generica conueniunt.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertium solutio est, quòd eo modo, quo sunt genus & species idem vni tertio, sunt & inter se, nam prædicatione sunt idem, quia genus & species de indiuiduo: & similiter idem prædicatione, quia genus de specie: & sicut non prædicatur indiuiduum de genere vel specie, non prædicatur species de genere: non tamen sequitur, quòd si sunt idem prædicatione, sint idem specie: imò etiam si sint idem quo ad formam vnam, sequitur identitas in specie vt dictum est, quia alia est ratio differentiæ.

CAPIT. II.
De specie.

1. Textus. *Species autem dicitur quidem & de vniuscuiusque forma: qua significatione dici solet, præstantissimam formam dignam esse imperio. Dicitur autem & de eo, quod sub assignato genere collocatur: qua significatione, hominem quidem speciem animalis dicere consueuimus, quod quidem est genus, album autem speciem coloris: & triangulum figuram speciem simili modo significat.*

2. Textus. ¶ *Quod si genus assignantes, mentionem fecimus speciei, genus id esse dicentes, quod de pluribus differentibus specie, hoc ipso quod est prædicatur, & nunc ipsum dicimus speciem, quod sub assignato genere collocatur: sciẽdum est cùm genus alicuius sit genus, & species licuius sit species, alterum alterius, vtrunq; in vtriusque definitionibus adhibere necesse est.*

3. Textus. ¶ *Assignant igitur speciem & hoc modo. Species est id quod subijcitur generi, & de quo genus hoc ipsum quid est prædicatur. Insuper hoc etiam pacto. Species est id quod de pluribus differẽtibus numero, hoc ipso quid est prædicatur. Verùm hæc quidem assignatio ipsius erit infimæ speciei, & quæ tantummodo species est. Cæteræ verò & hisce competent, quæ non infimæ sunt.*

4. Textus. ¶ *Atq; id quod dicimus, hoc pacto fuerit manifestum: in vnoquoque prædicamento, sunt quædam summa genera, & quædam infimæ species: & inter hæc media quædam sunt, quæ genera, eademque species dicuntur. Est autem id summum genus, supra quod nullum omnino genus transcendit. Infima verò species ea, sub qua nulla alia species collocatur. Et inter hæc summum inquàm genus speciemque infimam, sunt alia quæ genera sunt, speciesq;, non eiusdem tamen, sed diuersorum respectu. Explicetur nanq; id quod diximus, vno in prædicamẽto, dilucidumq; fiat hoc pacto. Substantia est quædam, & ipsa genus, vt patet: atq; sub ipsa quidem est corpus, sub corpore verò, est animatum corpus, sub quo animal cadit. Sub quo rursus animal particeps rationis est, sub quo homo cadit: sub hoc, Socrates, Plato, singuliq; homines collocantur. Horum quidem substantia genus summum, maximeq; patens est, solumq; genus. Homo verò species ima, & species solum. Atq; corpus,*

pus, species quidem est substantiæ, genus autem corporis animati: animatum verò corpus: species quidem est corporis, genus autem animalis. Rursus: animal, species quidem est animati, genus autem animalis participis rationis. Homo verò species animalis participis rationis, genus autem hominum singulorum non est, sed species solùm. Atque omnino id omne quod est ante indiuidua, & de ipsis sine vllo medio prædicatur, species erit duntaxat, & nullo modo generis rationem subibit. Vt igitur substantia quia supremum est, propterea quod nihil est ante ipsam, genus est summum (vt diximus) sic & homo, quia species est, sub qua nulla species prorsus. Neque quicquam eorum quæ diuidi in species possunt, sed indiuiduorum. Indiuiduum enim Socrates, & Plato atq; hoc album est, species erit profectò solùm: ac vltima species, specialissimaque species vt diximus. Media verò species eorum quidem erunt, quæ sunt ante ipsa, genera autem eorum, quæ sub ipsa sunt collocata.

Arbor



Universidad de Deusto
Biblioteca



Quare

Textus.5. ¶Quare hæc quidem duos habent respectus, vnum ad ea quæ antecedunt, quo species: alterũ ad sequentia, quo genera illorum esse dicũtur. Extrema verò vnum habent duntaxat: summum enim genus, ad ea quidem quæ sunt sub se collocata, respectum habet: est enim genus vt patet: ad superiora verò nullum profectò habet: cùm supremũ sit genus, & vt principium primum, atque (vt diximus) id, supra quod nullũ genus inueniri potest. Ima quoq; species vnum habet respectum, habet enim ad supera, quorum species dicitur. Adhæra verò non diuersum habet, sed indiuiduorum species dicitur. Atque indiuiduorum quidem species dicitur, vt cõtinens ipsa, superiorum autẽ species appellatur, vt constetur ab illis.

Textus.6. ¶Definiunt igitur genus summum sic, quòd genus cùm sit, non sit species. Et rursus: supra quod nullum aliud omnino genus transcendit. Speciẽ verò imam hoc pacto, quæ species cùm sit, non est genus. Et rursus: quæ species cùm sit, in alias species diuidi nequit: & insuper, quæ de pluribus differentibus numero ipso quid est prædicatur. Media verò quæ his interiacent, alia aliorum alternis genera speciesq; vocant: atque vnumquodq; ipsorũ speciem esse, genusq; statuunt, non respectu tamen eiusdem, sed diuersorum. Ea enim quæ ante speciem imam vsque ad summum genus ascendunt, & species, & genera alterius dicuntur. Vt Agamemnon Atrides, & Pelopides, & Tantalides, atque tandem Iouis filius. Verum in familijs quidem ad vnum velut Iouem, plerumq; principium ipsum reducitur. In generibus autem non ita res se habet. Non enim ipsum ens omniũ vnum genus commune est. Nec vniuersa generis eiusdem supremo, scilicet in genere (vt Aristot. inquit) euadunt: sed vt in prædicamentis prima genera decem quasi principia prima decem ponuntur. Et si enim omnia quis entia vocauerit: æquiuocè enim, & non vniuocè vocabit. Nã si ipsum ens commune omnium genus esset: vniuocè vniuersa profectò entia dicerentur. Cùm autem sint decem prima communicatio nomine tantùm, aut vero ratione: ad id nomen accommodata est.

Textus. 7. ¶Genera igitur sunt summa quidem decem, species autem imæ numero quidem sunt aliquot: at non infinito. Indiuidua verò, quæ sub imis collocantur, sunt infinita.

¶Quapropter descendere à summis vsque ad ima Plato iubebat, ibiq; stare. Descendere verò per media differentijs specificis diuidentes: infinita autem omittere: neque enim cadere sub scientia posse. Cùm igitur ad imas descendimus species, transire per multitudinem diuidendo necesse est: at cùm ad summa ascendimus genera, in vnum multitudinem ipsam colligamus oportet. Species enim in vnam naturam multa congregat: magis id etiam genus. Particularia verò ac singularia vnum econtra in multa semper diuidere videntur. Speciei communicatione, homines complures vulgare homo vnus sunt: at vnus atque communis: Porphyrij ipsis particularibus plures. Singulare nanq; dictum. diuisiuum semper est: ipsum verò commune collectiuum, vnius suapte natura efficax. Assignato verò genere specieq;, quid nam vtrunque ipsorum sit, cùm genus sit vnum, species verò plures (diuisio nanque generis in species plures semper est) genus quidẽ semper de specie prædicatur: omniaq; omnino supera de inferis semper dicuntur. Species verò neque de propinquo sibi genere, neque de vllo supero prædicatur: non enim conuertitur. Nam aut paria de paribus: vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus: vt animal de hoĩe prædicetur oportet. Nũ enim animal hominem esse dixeris: qualiter hominem animal esse dicas. Atque de quibus species prædicatur: de his & speciei genus, & genus etiam generis vsque ad summum genus necessariò prædicatur. Nam si verum est dicere, Platonem hominem: & hominem animal: & animal substantiam esse: verum & Platonem animal dicere: & substantiam. Cùm enim supera semper de inferis prædicentur: species quidem de indiuiduo: genus autem de specie & indiuiduo: summum verò genus & de ge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nere, vel de generibus: si plura media, subalternaq; sunt, & de specie atq; indiuiduo prædicabitur. Summum enim de generibus, atq; speciebus, ac indiuiduis omnibus prædicabitur: illud autem quod est ante imam speciem genus, de vniuersis imis atque indiuiduis dicitur. Ea verò quæ est solùm species, de omnibus indiuiduis prædicatur: indiuiduũ autem de vno solo particulari.

8. Text. ¶ *Indiuiduũ autem dicitur Socrates, & hoc album, atque hic accedens Sophronici filius: si solus Socrates illi solus filius est. Indiuidua igitur ex eo talia dicuntur: quia ex proprietatibus quidque constat, quarum idem aggregatum nunquàm in alio fiet. Socratis nanq; proprietates nullo in alio particulari eædem fient. Hominis autem, communes dico, proprietates eædem in pluribus: imò verò in omnibus particularibus hominibus, quatenus homines sunt, fiunt, atque inueniuntur. Indiuiduum igitur à specie, & species à genere continetur. Genus enim est quoddam totum, indiuiduum autem pars. At species & totum, atque etiam pars est: sed vt pars quidem ad aliud: vt totum autem non ad aliud dicitur, sed de alijs. Totum enim in ipsis partibus est. De genere igitur, atque specie, & quid nam sit summum genus, & quid ima species, & quæ sint eadem genera, species vè: quæ præterea sint indiuidua, & quot modis genus, speciesque dicantur, satis iam explicauimus.*

PRIMO aduertendum quòd species, multipliciter sumitur: nam apud grammaticos, si dictio ab alia non originatur, dicitur primitiuæ speciei, & si deriuatur dicitur deriuatiuæ speciei: vt cæleste, à cælo: apud Rhetores pro aspectu, & dispositione: vt est tristis, aut lætus: apud Physicum, pro similitudine: apud Metaphysicum, pro forma exemplari: quæ apud Græcos idea dicitur: in quo sensu Plato naturas specificas, vocauit ideas: & sumitur pro particularitate, vt apud Iuristas: & sumitur pro aromate, & sumitur pro pulchritudine, vt dicit Porphyrius: sed à Logico, solùm sumitur pro natura communicabili pluribus indiuiduis.

¶ Etiam est notandum, quòd ad hoc quòd aliqua natura communis, sit species, vltra conditiones positas in textu, est requisitum: quòd sit natura integra, & perfecta: & non pars, ob id anima hominis, non est species: & si de pluribus indiuiduis animabus prædicetur: quia non est homo, sed pars essentialis hominis: & similiter manus & caput: licèt de manibus prædicetur & caput, de hoc & illo capite.

¶ Tertiò nota quod species specialissima, licet sub se contineat singulare vagum, & determinatum, non dicitur subalterna: quamuis singulare vagum, de pluribus dicatur: vt quidam homo currit: hic homo currit: & hic homo currit &c. Ratio est: quia species specialissima, non dividitur in sua indiuidua siue vaga siue determinata, per differentias formales constitutiuas indiuiduorum, quod est requisitũ, quia homo non multiplicatur in suis indiuiduis, per differentias formales.

QVAESTIO. I.

Quæritur quæ sit oppositio inter differentias generis.

QVAERITVR CIRCA delineationem arboris prædicamentalis, quæ sit oppositio inter differentias generis, quandoquidem diuisio per opposita datur membra: & inter ipsas species.

¶ Videtur quòd nulla sit oppositio: patet, quia si aliquá esset, maximè contrarietatis: sicut animatum, & inanimatum: corporeum, & incorporeum: sed hoc non, quia Aristote. ait in prædicamento substantiæ nihil ei esse contrarium: eum ergo species & differentiæ essentiales positæ sint substantiæ, sequitur nullam esse oppositionem.

¶ Secundò ex dicto Aristot. in. 5. Physic. text. 10. vbi ait. secundum substantiã nullus est motus propter nullum entium substantiæ esse cõtrarium. Si ergo nullum entiũ, sequitur quòd inter differentias & species nulla est oppositio.

¶ In contrarium est: quia oportet diuisionem per opposita dari membra.

¶ Pro solutione conclusionis notandum, quòd contrarietas duplex est, quædam imperfecta: & est illa, inter quæ reperitur radix contrarietatis, scilicet, excellentia & defectus: nam contraria ita se habent, vt vnum alio sit perfectius, & quod perfectius, excellit: aliud deficit. Alia est contrarietas perfecta: & hæc vltra requirit: & quòd formæ sint maximè distantes sub eodẽ genere: secundò quòd sint acquisibiles per motum aptæ inesse succesiuè eidem subiecto existenti in actu. Exemplum in contrarietate imperfecta: vt animatum inanimatum: ecce vnũ per excessum aliud per defectum. Exemplum secundi: in frigiditate & calore &c. Hæc habentur ex doctrina S. Tho. in. 5. Physic. in tex. 10.

Primum. *S. Thomas. Prima conclusio.*

¶ Prima conclusio. Species & differentiæ generis substantiæ opponuntur solùm contrariè. Quòd opponantur, patet: cum sint diuisiuæ generis, & diuisio per opposita detur, oppositio necessariò erit. Sed quòd solùm contrariè probatur: non opponuntur contradictoriè, quia in tali oppositione alterum contradictorium verificatur tàm de ente quàm de non ente: sed non ens nullius est differentia, neque species, neque genus: ergo nõ est ibi oppositio cõtradictionis. Neque priuatiuè opponuntur: quia primo cùm sit negatio, est formaliter nõ ens: sed differentiæ non sunt non ens. Neque relatiuè, quia sunt absoluta multa genera tam animata, quam inanimata cõposita & simplicia, quæ non dicuntur relatiuè: sequitur ergo à sufficienti diuisione, quòd supposito necessario oppositio contrarietatis erit.

Secunda conclusio. *Aristot. 5. Phys. tex. 10* *S. Thomas. Anto. Andreas.*

¶ Secunda conclusio. Inter species & differentias in arbore prædicamentali quamuis sit contrarietas, hæc tamen perfecta non est, sed imperfecta. Ibi est contrarietas imperfecta, vbi cõmunis radix seruatur contrarietatis per excessum & defectum: sed in differentijs diuisiuis generis: huiusmodi radix reperitur: vt esse corporeum, vel incorporeum: animatum vel inanimatum, &c. Sed quòd non sit perfecta contrarietas, patet: quia tales formæ licet maximè distent si in prædicamento substantiæ signarentur, vt puta incorporeum in suprema intelligẽtia producta: & corporeum in terra: inter quæ tia mediant plurimæ formæ: tamen per motum, tales formæ acquisibiles non sunt: neque intensibiles neque remissibiles, quia formæ substantiales non sunt intensibiles aut remissibiles, de quo inferius in Physicis est agendum: sequitur ergo non esse hic contrarietatem perfectam: quia hoc requisitum est. Item, quia differentiæ & formæ substantiales non habent pro subiecto ens actu, quale habent contraria in qualitatibus, sed habent solùm ens in potentia, nempe materiam. Hæc conclu, est doctoris. S. in loco citato. & eandem tenet Anto. Andre. 10. Metaphysi. quæst. penulti. Hæc dicta sint ad intelligentiam oppositionis, quæ in differentijs in arbore prædicamentali inuenitur, qualiter sumenda & intelligenda.

Ad argumenta.

¶ In primum argumẽto tangitur difficultas, quid Aristo. senserit de hoc, an substantiæ aliquid sit contrarium: quia ipse sibi videtur contrarius: nam in prædicamentis manifestè id asserit, & in. 5. Physicorum text. 10. Sed in primo Physicorum text. 56. dicit. In genere substantiæ datur vna prima contrarietas, ad quam omnes aliæ reducuntur. Et secundo de gene. text. 49. dicit, quod aër & ignis, contraria sunt aquæ & terræ: & 10. Metaphysi. tex. 14. probat differentiã secundùm speciem esse differentiam contrarietatis. Ex istis manet dubium, quid senserit Aristotel.

Contrarietas in dictis Aristo. soluenda.

¶ Primo ad argumentum respondentes, damus contrarietatem in differentijs substantiæ, & Aristote. quando negat dari in substantia, de perfecta contrarietate loquitur, quæ in qualitatibus, quæ per motum acquiruntur, inuenitur: quam cõtrarietatem nos non damus. Et quod hic sit sensus Philoso. patet, eò quòd quando in secundo de generatione dixit ignem aquæ contrariari, subdit, vt contingit substantiam substantiæ contrariam esse: quasi diceret: licet substantia substantiæ non sit contraria vt substantia est, potest esse contrarietas ratione qualitatum contrariarum, & hoc modo elementa sunt contraria. Hæc est sententia. S. Tho. in soluendo dubio, quanuis Gommeu. in primo Physi. comment. 52. aliter intendat soluere contrarietatem: quæ in dictis Aristo. apparet.

Solutio.

¶ Ad secundum ex dictis solutio patet in quo sensu loquatur Aristote.

Ad secundum.

QVAESTIO SECVNda circa textũ. Vtrùm ens vniuocè dicatur de Deo, & creatura, de substantia, & accidente.

AD PROPOSITVM erit quæstio, cuius communiter alij faciunt mentionem. Vtrùm ens vniuocè dicatur de Deo, & creatura, de substantia, & accidente? Scio istam quæstionem moueri à Theologis in primo sententiarum, & etiam ipsam esse Metaphysicalẽ in parte. Verùm vt Dialecticus habeat iuxta verba

Theo. in. 1. senten.

Universidad de Deusto
Biblioteca

textus, vbi dicit Porphyrius. *Non enim ipsum ens omnium vnum genus commune est*, aliqualem notitiam: & sit ad ea quæ in Theologia ab scholasticis tractantur dispositus, libet in præsenti hanc mouere quæstionem. Et secundam huic addere, de principio indiuiduationis, quandoquidem Porphyrius de indiuiduo hic mentionem facit ex proposito.

Arguitur. ¶Quantum ad primam quæstionem. Probatur ly ens vniuocè dici de Deo, & creaturis, sub

Aristote. stantia, & accidente. Patet ex Aristot. 2. Metaphysi. text. 4. Vbi probat Deum esse maximè ens, & maximè verum: quia est causa vniuoca omnium entium. Sicut ignis est maximè, & per se calidus, quia causa est vniuoca calidorũ, &c. Iste Aristotelicus discursus nil probaret, nisi ens vniuocè diceret de Deo, & creaturis, substantia, & accidenti, sicut ignis calidus vniuocè de omnibus calidis.

Secundũ argumẽtum. ¶Secundò. Si ens non esset vniuocum substantiæ, & accidẽti, sequeretur quòd non possemus per accidentia venire in cognitionem substantiæ. Patet: nam si æquiuocè ens dicitur, non sub eadem ratione dicetur: sed vbi distincta ratio, definitio, & essentia: non potest esse vnum causa cognitionis alterius: sicut per canem domesticum nõ veniet quis in cognitionem sideris: sed

Aristote. tamen Aristo. 1. de anima. text. 11. fatetur per accidentia cognoscere nos substãtiam. Ait enim. Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. Siquidem ab accidentibus, quæ sensu patent, abstrahimus conceptum entis: qui conceptus quia communis etiam substantiæ, inuestigamus ex illo ens per se subsistens, cui accidentia insunt. Et per creaturas etiam cognoscimus Deum, teste Paulo.

Roma. 1.

In contrariũ Aristote. ¶In contrarium tamen est Arist. 4. Metaphy. text. 2. vbi dicit, ens significare accidentia per attributionem ad substantiam: sicut sanum significat vrinam, & medicinã in ordine ad animal, in quo subiectiuè est sanitas.

Opiniões diuersæ circa quæstionem. ¶Circa istam quæstionem sunt variæ opiniones grauissimorum doctorum. Est opinio doctoris subtilis in. 4. Metaphy. & in. 1. senten. distin. 3. quæst. 1. & 3. & distin. 8. quæst. 3. ponentis hanc conclusionem.

Cõclu. scot. ¶Ens dicitur vniuocè de Deo, & creaturis de substantia, & accidente. Et probat argumentis positis ad partem affirmatiuam. Et probatur adhuc. Omnis intellectus certus de vno conceptu, & dubius de diuersis, habet conceptum, de quo est certus, distinctum ab aliis, de quibus est dubius: sed intellectus potest esse certus de aliquo quòd sit ens, & dubius vtrùm sit substantia, vel accidẽs: ergo conceptus entis distinctus est à conceptus substantiæ, & accidẽtis. In aperto est: nam à longè quis videns aliquid, formatis conceptum non formato de substãtia, vel accidenti. Et minor declaratur: nam si quis videat hostiam consecratam, certus est quòd videt esse ens, & tamen Christiano dicente ibi nõ esse substantiam, tunc incipiet dubitare de ente viso, nunquid sit substantia, vel accidens: ergo ille erat conceptus distinctus.

Opinio S. Thom. ¶Alia est opinio S. Tho. tenentis ens non esse vniuocum ad Deum, & creaturas, ad substantiam, & accidens. Et de mente ejus sit cõclusio.

¶Licèt ens significet Deum, & creaturas, substãtiam, & accidens, tamen de eis omnibus vniuocè dicitur, sed analogicè. Hæc est sententia S. Thom. in. 11. multis locis suæ doctrinæ. Eandẽ tenet Henricus de Gandauo. Probatur conclusio quo ad primam partem argumentis factis pro opiniõe Scoti. Item sic. Qui imposuit hoc nomen ens, ad significandum: non specialiter considerauit Deum, vel creaturam, substantiam, vel accidens: sed solùm considerauit significare id, quod haberet esse, abstrahẽdo ab hoc, & ab illo: cùm ergo Deus, creatura, substantia, & accidens, habeant esse, sequitur quòd ly ens illa significet.

Ratio. ¶Secundò. Ens in communi est obiectum intellectus, vt abstrahit ab hoc, & ab illo: ergo tantùm est vnus conceptus entis.

Tertiò. ¶Tertiò. Probatur ex communi modo concipiendi, quia hæ negantur. Omne ens est substãtia. Omne ens est accidẽs. Omne ens est Deus. Omne ens est creatura, &c. & non ob aliud, nisi quia vnus est conceptus entis: nam si plures essent, sic concederentur illæ sicut istæ. Omnis homo est pictus. Omnis homo est viuus: quæ faciunt istum sensum. Omnis homo pictus est homo pictus: & Omnis homo viuus est homo viuus: per illam regulam. Talia sunt subiecta, qualia permittuntur ab eorum prædicati.

Ratio Scoti. Thom. p. cõclu. sui. ¶Secunda pars conclusiõis, quòd analogicè dicatur de Deo & creaturis, probatur à S. Tho. 1. p. quæst. 13. art. 5. sic. Quando effectus non adæquat virtutem causæ, tunc nomen commune vtrique analogicè dicetur de causa, & de effectu: sed creatura, cùm sit Dei effectus, in ratione entis non adæquat causæ virtutem: ergo ens analogicè dicitur de causa, & effectu. Quod probatur exemplo. Calidum enim productum ab igne, potest igni virtutem adæquare: quia potest fieri ignis: ob id ignis vniuocè dicetur de eo, & de igne: sed calidum à sole productum non potest adæquare solis virtutem, ob id non vniuocè, sed analogicè dicitur de eo, & sole: quia sol habet superiorem virtutem, quia potest alios effectus producere, quàm tale calidũ: nam licèt sol non sit formaliter calidus, habet excellentiorem virtutem. Sic ergo cùm ens dicatur ab esse, & ratio essendi in creaturis nõ possit æquare rationem essendi in Deo, sequitur quòd ens non potest vniuocè de ipso, & creaturis dici. Quòd si non vniuocè, ergo analogicè, quia primò, & principaliter de ipso Deo. Ex hac ratione probatur, quòd non dicitur de substantia, & accidente vniuocè, sed analogicè. Patet. Nam ratio essendi à qua ens, non est eadem in substantia: cuius ratio est per se subsistere, & in accidenti, cuius natura est inesse. Et hæc expressè ponitur ab Aristote. 4. Metaphy. text. 2. vbi dicit. Ens significare accidentia per attributionem ad substantiam, velut sanum vrinam significat, & medicinam, in ordine ad animal. Et primo Ethicorum, capit. 6. idem, & 11. Metaph. cap. 3. dicens, quòd ly ens de substantia, & accidente neque dicitur æquiuocè, neque vniuocè, sed medio modo: quod est analogicè dici.

Aristote.

Ratio. Com. li. 4. metaphysi. comm. 2. ¶Ratione sic probatur, ex definitione analogorum: quæ sunt illa, quorum nomen commune est: ratio verò neque omnino eadem, sicut in vniuocis, neque diuersa, vt in æquiuocis, sed proportionalis: sed tale est ens, respectu substãtiæ, & accidentis: nam substantia est ens, quia per se stat: accidens verò est ens, quia est aliquid substantiæ, scilicet, quãtitas substantiæ, vel qualitas eius. Et sic ratio entis absolutè conuenit substantiæ, & simpliciter: accidentibus tamen, secundùm quid, vt tradit Aristote. 7. Metaph. text. 2. dicens, Quantitas, & qualitas non sunt ens, sed entis ens. Et text. 15. repetit, quòd ens dicitur simpliciter de substantia: de alijs prædicamentis secundùm quid: quemadmodum sanũ dicitur de animali simpliciter, de vrina tamen, & medicina secundùm quid. Ens enim dicitur ab esse (vt diximus) secundùm accidentis esse, nil aliud est, quàm inesse substantiæ: sic nil aliud est sanum vrinæ, nisi in respectu ad animal, quia signum est sanitatis. Et sic in definitione sani in vrina ponitur animal, sic in definitione esse accidentis, ponitur substantia.

Aristote. Accidentia non sunt entia.

Aduertendum est differen.

¶Est tamen differentia consideranda inter ens analogum, ad substantiam, & accidens: & sanũ, ad animal, vrinam, & medicinam: quia sanum fuit priùs impositum ad significandum animal sanum: ob id vno conceptu illud significat, & alio vrinam. Ens tamen non sic, sed fuit impositum ad significandum vno conceptu omne id quod est: & sic omnia significat, vt diximus, & Deum, & creaturas, substantiam, & accidens.

Licet æquiuocatio non reperiatur in mente: analogia tamen sic.

¶Et sic ad mentem Doctoris. S. dicitur ens esse analogum, analogia, quæ est vnius ad alterum: & nõ analogia, quæ est plurium ad vnum: quæ est in nomine sanum. & de analogia vide doct. S. in primo sent. dist. 18. quæst. 5. arti. 2. sed latius infra in ante prædicamentis. Ob id in mente vltimata põ esse analogia: quæ est species æquiuocationis. Et licèt absolutè sit dictum quando agebamus de terminis æquiuocis, nõ dari æquiuocationem in mente: intelleximus enim, quãdo æquiuocus erat terminus, qui mediantibus diuersis conceptibus non synonymis plura significat: sed quando mediante vno conceptu, non inconuenit, licèt vera æquiuocatio illi nõ sit possibilis: quia vnus conceptus formalis entis significat vnam rationem obiectiuam, quæ non est eadem simpliciter, sed proportionabiliter in suis significatis, principaliter in vno, & p attributionem in alijs: & hoc modo potest esse analogia in mente vltimata. Et quia nominales non admittunt conceptum obiectiuum, si concedant (quia hanc reijciunt analogiam) ens mediante vno conceptu significare omnia prædicamenta: nullatenus est negandum ab eis esse simpliciter vniuocum. Et hac de causa Marsilius, & Buridanus dixerunt, ly ens, in significando omnia prædicamenta, subordinari diuersis conceptibus. Et quia hæc opinio S. Thom. videtur satis rationabilis, & iuxta modum concipiendi, & conformis doctrinæ Peripateticorũ, oportet respondere ad argumẽta adducta pro Scoti opinione.

Marsilius. Buridanus. Rationabilis oppos. S. Thom. Capre. in. 1. sen. d. 2. q. 1. Paul. So. 4. Meta. q. 4. Caie. de ente & essentia.

¶Ad primum respondetur, argumentum concludere quod nos concedimus. s. vnum esse cõceptũ entis, qui significat Deum, & creaturas, substantiam, & accidens: & sic omnia decẽ prædicamenta conueniunt in vna entis ratione: sed non probatur ex eo ly ens esse vniuocum ad omnia illa. Et ad argumenta apposita in principio quæstionis: ad primum dicimus, Deũ esse maximè ens, & maximè verum, & ideo ly ens, analogicè dicitur de Deo, & creaturis. Et quando arguis, Ignis est maximè per se calidus: quia causa calidorũ, & Deus maximè talis: quia causa entium: sed ignis vniuocè dicitur: cõcedimus: Ergo ens de Deo, & creaturis: negatur cõsequẽtia. Et ratio est: quia calida euacuant virtutem causæ, ob id põt de eis vniuocè dici: sed creaturæ nõ euacuant virtutẽ Dei: ob id nõ potest de eis, & de Deo, vniuocè ens dici, sed analogicè.

Ad argu. Ad argumenta posita in principio.

¶Ad secundum dicẽdum, verum esse quòd per accidentia venimus in cognitionem substãtiæ. vt infrà in speculationibus physicis. Et quando infertur: ergo vniuocè ens dicitur de substãtia, & accidente: nego consequentiam: nam sufficit analogicè dicatur, & non æquiuocè propriè: qa eo ꝙ ens, seu ratio essendi principaliter de substantia, & minùs principaliter de accidenti: & accidentia sunt nobis magis nota, possunt nos manuducere in cognitionem substantiæ.

Ad secundum.

¶Notandum tamẽ, quòd si Scotus intelligeret

Cõsideratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

entis vniuocationem secundùm cõceptum formalem, vt in loco citato.qõ.1. dix , non esset differentia in hoc inter eum,& S.Tho.sed quia q.3.videtur loqui de obiectiuali, ob id differt à S. Thom. Licèt aliqui Scotistæ dicant ens esse vniuocum, & analogũ: fortè intelligentes quo ad formalem conceptum esse vniuocationem, & analogum quo ad obiectiualem. Quidquid sit de sensu,tamen verba non sunt ad mentem *Aristote.* Aristo.qui expresè dicit ens esse analogum,& negat esse vniuocum.11.Meta.c.3.& libr.2.tex. 28.Obiectiualem voco,qui ad rem terminatur: sicut formalis ille est: qui actu de re formatur. Potest quis vno conceptu formali sub ratione entis,& creaturas,substantiam,& accidens, intelligere, sed non idem conceptus terminatur ad esse Dei, & creaturæ,substantiæ,& accidentis. De illis vide lãdunum.4. Metaphy.& Anto.Andreã.& Capreo.in.p.sent.distin.2.q.1.in probatione nonæ conclu. & Socinatem lib.4. Metaphy.quæst.4.

QVAESTIO. III.

Quid sit indiuiduationis principium? quantitas,an materia? an aliquid aliud?

HOC QVAERITVR sumpta occasione ex textu Porphyrij, qui determinat de indiuiduo. Et licèt ad Metaphysicam spectet, etiam à Dialectica consideratione aliena nõ est, & est satis principalis: & elucidatio eius multùm confert ad propositũ: & à Theologis solet moueri. In commentarijs ad tertiam partem Caie. *Theol.in.1. Caieta.3.p.* facit satis longum processum,quando loquitur de persona, vbi adducit varias doctorum opiniones:sed tamen in præsentiarũ breuiter quantum fieri potest dilucidabimus.

Scotus.d. 3.q.6. ¶Prima de quæstione opinio est doctoris subtilis,& suorum sequacium, qui ponit cõclusionem sequentem:

Cõclu.doct. subti. & sequaciũ. per quid fiat indiuduatio. Auicenna. ¶Id,per quod singulare determinatum indiuiduatur tanquam principium intrinsecũ in cõmunicabile, ut positiuum quoddam: quod vocatur hecceitas:quæ est quædam realitas indiuidualis,qua contrahitur specifica natura ad esse huius,& non alterius. Hæc videtur fuisse etiam Auicennæ.5.suæ Metaphysicæ,qui dixit,Indiuidua eiusdem speciei differre differentijs indiuidualibus: quas vocat hypostases indiuiduorum. Et addit, quòd sicut duæ species sub eodẽ genere differunt suis differentijs specificis: duo indiuidua his proprietatibus. Idem sensit Plo- *Plotinus.* tinus,qui ait,Animas numerari terminis internis. Et Proculus has proprietates intimas appellauit. Et tandem in ista opinione tria dicuntur. *P.diffinitio.* Primum,quòd illud,per quod indiuiduum est singulare,est aliquid positiuum. Secundùm, q *Secundum.* non sit materia,neque forma partis,neque ipsa forma totius. Tertium, quòd sit hecceitas. Primum probatur ab Scoto contra Henricũ Gandensem,in.1.dist. q.2. Nulla imperfectio repugnat alicui propter aliquam perfectionem positiuam, quæ est in ipso: sed diuidi est imperfectio,& indiuiduo repugnat:ergo competit ei per aliquam positiuam perfectionem. Patet: quia negatio nullam perfectionem includit. *Tertium. Rõprimũ.*

¶Secundum probat. s. quòd non sit materia: *Ratio.* quia materia est cõmunis omnibus indiuiduis: ergo esse hoc,non cõuenit ratione materiæ.Neque ratione formæ:quia ipsa forma est principium vnitatis specificæ: ergo non est principiũ differentiæ numericæ.Ex quo infertur, q principium indiuiduationis quandoquidem est positiuum,& non materia,neque forma, quòd sit illa realitas,quæ vocatur hecceitas. *Corollar.*

¶Est alia opinio Doctoris Sancti, quæ consistit in conclusionibus sequentibus.

¶Prima conclusio.Materia est principium indiuiduationis, quoad esse in cõmunicabile ipsius indiuidui.Quæ probatur authoritate philosophi, qui vbicunq; loquitur de singularium distinctione, materiam signat pro causa. Patet 5.Metaph.tex.26.dicit,ea esse numero diuersa, quorum materia est diu . Et.7.Metap.dicit. Generans ger aliud : est, distinctum à se ppter materiã. Ratione sic. Quidquid est tione primæ substantiæ, est de ratione i dui,cùm indiuiduum sit prima substantia: sed materia est de ratiõe primæ substantiæ,quia est de ratione illius materia, cuius est neque in subiecto esse,nec de subiecto dicit,vt Aristot.ait in prædicamentis:sed de ratiõe indiuidui est, nec in subiecto esse,neque de subiecto dici. *Conclu. primo. 5.Tho. Aristo. Aristo. Ratio.*

Secunda cõclusio.S.Tho. Quantitas est principium indiuiduatiõis, quoad esse distinctum, & ab alio diuisum, & ad sensum demonstrabile. Patet ex Arist.3.Meta.tex.2. qui ait. Omnis diuisio aut est per formam, aut est per quantitatẽ:sed per formã solùm cõuenit generi, p diuersas species:diuisio autem per quantitatẽ conuenit speciebus in indiuiduis. Rõne sic probatur: quia esse distinctum,cùm indiuiduo cõueniat, vel conuenit per materiam,vel per formã, aut per quan- *Conclu. 5. Tho. quantitas est principium. Argum. sufficiens.*

per quantitatem: sed non conuenit ei per formam,neque per materiam, vt diximus in opinione Scoti: ergo conuenit ei per quantitatẽ. Et sic in mente sancti Thomæ tria sunt notanda circa indiuiduũ, scilicet, quòd indiuiduum est incommunicabile. Et hoc habet à materia: & respectu huius quantitas est per accidens: & *Veritas quæ sumis.* habet esse diuisum ab alio,& hoc habet à quantitate in communi,siue determinata,siue indeterminata: habet etiam esse distinctum, & demonstrabile,& sub sensu cadere, & hoc habet à quantitate determinata. Et sic concluditur, q principium indiuiduationis sit materia signata quantitate determinata: quia materia est pars intr secta, a ipsa habet indiuiduum esse indiuiduum:& extrinsecè à quantitate.

Contra opinionẽ sancti Tho. fit argumentum ¶Contra istam opinionem solent argumenta moueri:solũ vnum ponamus principale satis in materia. Animæ rationales sunt eiusdem speciei,& tamen numero differunt, & non per materiam,quia nullam habent, cùm sint spirituales:ergo indiuidua non indiuiduantur ratione mat iæ. Et licèt quãdo sunt in corporibus humanis, fiat numerica distinctio penes materiã: *Cõfirmatur* tamen post separationẽ non potest dici. Quod & confirmari posset de animabus à Deo productis,destructis omnibus corporibus,& omni *Soluitio.q li cet anime sint immateriales indiuidantur tamẽ per re spectũ quæ habent ad materiam.* materia, quæ numericè differunt. Tenẽdo opinionem S. Tho. potest argumentum solui, dicendo eas distingui per materiam, nõ quam habent,sed ad quam habent respectum: qui de ratione,& conditione animæ rationalis est,quòd sit forma in materia: ob id per talem respectum quem habent ad materiam indiuiduantur. Et ideo illæ quæ infunduntur in materia, habent statim suam distinctionem per materiam: illæ quæ crearentur, corrupta omni materia haberent distinctionem per respectum ad diuersam partem materiæ, quam informare possunt: & adi habent aptitudinem: quod sufficit.

Per quid in diuiduatur accidentia. ¶Et accidentia ad mentem S. Tho. indiuiduã tur per subiectum proprium,quod est ens in actu:sicut forma per materiam. Et sic forma indiuiduatur per ens in potentia: accidens per ens in actu. Et cum opinione S. Thom. conci- *Albertus, & AEgidius tenent eam 3.Tho.* liari potest opinio sui magistri Alberti magni: quando dicit lib.primo de intellectu, materiã esse tantum principium indiuiduationis:intelexit enim de principali principio, p quod habet indiuiduum, quòd sit incommunicabile. Etiam potest AEgidij Romani discipuli eiusdem doctoris.S.cõcordari opi.qui dicit, quòd principium indiuiduationis est quantitas: intelligit quoad esse diuisum ab alio. Et S. Tho. opinio amplectitur & quod dicit Albertus: & quod AEgidius.

¶Cum Doctore subtili videtur Boëtius sentire,qui ait in secunda editione Periher. Plato- *Boetius tenet cũ Scot.* neitas incommunicabilis qualitas est. Et Aui- *Auicemb.* cembron ait id quod Scotus. Nam in libro fontis vitæ vult, quod vnitatis numeralis principium,sit forma:quia ponit in omni composito duplicem formam:vnam speciei: & aliam indiuidui:vt in Socrate alia est forma hominis, alia Socratis. A forma speciei sumit vniuersale specificũ:& à forma indiuidui vnitas numeralis.

¶Ioannes de Gandauo,& quidam alius Tusciæ *Opinio dicẽ* monachus super Galenum tenuerunt formam *tiũ formam* substantialem cuiuscunque indiuidui esse prin- *esse princi-* cipium vnitatis numeralis eius.Et Auenraez se *cipium vni-* cundo de anima ait: Melius est existimare q *tatis.* causa diuersitatis materiæ sit diuersitas formarum,quàm econtrario. Quod suaderi posset ex Aristot.cùm infinitas,& indeterminatio à materia:sed determinatio, & finitas à forma.

¶Alij dixerunt, principium indiuiduationis *Alia opinio.* esse respectum quem habet res ad agens, quod ipsam inesse produxit: quia secluso quocunq; alio, agens generat illud à se distinctum realiter: ergo ab agente habet. In tanta opinionum varietate,quæ ob id adductæ sunt,vt si quando quis in authoribus de quæstione varia legat, nõ miretur:videtur opinio S. Thom.satis clara, & *Inter opiniones recitatas S.Tho. rationabilior.* lucida,vt indiuiduatio & sumatur à materia, & sumatur à quantitate, in quantum est diuisum indiuiduum ab alio.Et sic non sit opus ponere aliquam aliam realitatem,vel aliquod positiuũ quo sit hoc. Nam videtur illa hecceitas non necessariò poni: cum indiuiduatio sufficiẽter per materiam fiat,& quantitatem. Et qui vltrà de quæstione aliquid desiderauerit, legat eos,qui scripserunt in Metaphysica, maximè Paulum *Socinas. Caieta.q.4.ar ticu.2. Ayala.* Socinam:& Caiet.in commentarijs ad tertiam p.S.Tho.& Ayalam in suis predicabilibus:qui adducit ex proposito quæstionem. Sed si ad sobrietatem oportet hæc tractare,sat est, cùm sit quæstio saris infructuosa.

¶Antequàm de differentia, tertio prædicabili, *Dubium.* sit sermo,oportet respondere ad dubiũ, vtrùm de essentia speciei sit materia? an solùm forma substantialis ipsa sine materia cõstituat speciẽ. Ad hoc dubium Commẽtator, quem sequutus *Commenta.* est Doctor sub.dicit, quòd sola essentia speciei est forma substantialis: & tota hominis essentia est anima. Et dicit,idem esse secundùm rem formam partis, animam, scilicet, & formam totius,quæ humanitas dicitur, & solùm differunt secundùm rationem, & quòd nulla pars materiæ debet poni in definitione rei specificæ,sed solùm ipsa principia.

¶Sed aliter sentit Auicenna: quem sequitur doctor.S.& est de mente Arist. qui dicit in 6.Me- *Auicenna.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

taphysi. res naturales habere in sua definitione materiam sensibilem, in quo differunt à Mathematicis. Et. 7. Meta. multis exemplis id probat. Et sic Auicenna, & S. Tho. ponunt differentiã inter formam partis, & formam totius. Formã totius vocat humanitatem, compositam ex materia & forma, ex carnibus, & ossibus. Et hæc
S. Thomas. vocatur essentia à S. Thom. Vnde non est idẽ dictu apud S. Thom. humanitas in homine, & homo, vt ipse de ente, & essentia. c. 3. probat: esto vtrunq; essentiam importet: quia hoc nomen homo, significat essentiam, vt totum, non præscindendo designationem materiæ, sed implicitè continet eam: & conceptus obiectiuus cum illa indifferentia, vt est vnum in multis, est species, & essentia rei: sed hoc nomen humanitas, significat essentiam, vt partem: quia præscindit totaliter à materia: & sic de individuis hominis non prædicatur, nec de homine: & essentia hominis est ipse homo, secũdum esse abstractũ his carnibus, & his ossibus.

CAP. III.
De differentia.

Textus. 1. *Differentia verò, & communiter, & propriè, & propriſsimè dicitur. Differre nanque quippiam communiter dicitur, cùm diuersitate aliqua quouis modo: aut à seipso: aut ab alio differt. A Platone nanque Socrates diuersitate aliqua: atque à seipso puero vir factus, & ab agente non agens differt. Et semper hæc differentia in ijs est sanè diuersitatibus, quæ consistunt in hisce, quæ cùm interrogamus quomodo res sese habet, assignari, reddiq; solent. Propriè verò aliqua differre dicuntur, cùm inseparabili differunt accidenti. Et inseparabile quidem accidens est, vt ceruleus oculorum color: vt simitas. Vt cicatrix callo ex vulnere inducto. At propriſsimè quippiam à quopiã differre dicitur, cùm specifica differentia differt: qualiter ab equis homines specifica rationalis differentia differunt.*

Textus. 2. *¶Omnis igitur in vniuersum differentia diuersum aliquid adiuncta facit: sed communiter quidem, & propriè differentiæ diuersum per accidens faciunt, propriſsimè verò diuersum per se, quod quidem & aliud dicitur. Differentiæ igitur, quæ diuersum per accidẽs faciunt, tantum differentiæ: quæ verò aliud, ac diuersum, per se differentiæ specificæ nuncupantur. Animali nanque differentia rationalis adiuncta, aliud sanè ac animalis speciem facit: motus autem additus, diuersum à quiescente tantùmodo facit, hæc igitur aliud illa diuersum tantùm facit. Differentijs igitur hisce quæ faciunt aliud, diuisiones generum in species sunt, & definitiones etiam assignantur, quæ quidem ex genere talibus ve differentijs constant. Cæterùm verò diuersitates per accidens tantùm emergunt, eius, quo de qualiter sese habet interrogat?*

¶Rursus igitur à principio differentiam diuidentes: differentiarum alias separabiles, alias inseparabiles dicimus esse. Moueri nanque atque quiescere: & valere, atque ægrotare: & quæ sunt similis generis, separabilia sunt. Aquilinum autem esse, vel simum: & rationale, & irrationale inseparabilia sunt.

¶Inseparabiliũ rursus, alias per se, alias per accidens esse. Rationale nanque & mortale, & susceptiuum esse scientiæ, per se homini cõpetunt: at aquilinum esse, vel simum, per accidens, & non per se competit. Quæ igitur per se competunt, in substantiæ ratione sumuntur, & aliud faciunt. Quæ verò per accidens competunt, neque in substantiæ ratione sumuntur, neque aliud faciunt, sed per accidens diuersum. Et quidem quæ per sẽ competũt, neque intendi, neque remitti volunt. Quæ verò per accidens, & si inseparabiles sunt, intensionem, remissionem ve suscipiunt. Neque enim genus magis, minùs ve de eo, cuius est genus dicitur, neque generis differentiæ quibus in species genera diuiduntur. Hæ nanq; sunt, quæ cuiuscunque rationem conficiunt. At vniuscuiusque ratio vna est, eademque, nec intensionem nec remissionem vllam suscipiens. Simum enim esse, aut coloratum, intenditur, atque remittitur.

¶Cùm igitur species differentiarum tres ita appareant, & earum aliæ sint inseparabiles, aliæ separabiles. Et inseparabilium quidem, aliæ

aliæ per se, aliæ per accidens sint. Differentiarum per se rursus aliæ sunt, per quas in species diuidimus genera: aliæ per quas ea quæ sunt diuisa, constituuntur. Veluti differentiæ per se animalis hæ sunt omnes, animatũ, sensitiuum, rationale, ac irrationale, & mortale, immortale: atq; animati quidem, & sensitiui differentiæ constitutiuæ sunt, substantiæ animalis. Est enim animal, substantia animata sensitiua: mortale verò, ac immortale, rationale, ac irrationale, animalis sunt differentiæ diuisiuæ. Per enim species genera diuiduntur. Verum hæ quæ sunt generum diuisiuæ, constitutiuæ sunt specierum: nam animal per rationale, & irrationale, & per mortale rursus, atq; immortale diuiditur: sed mortalis quidem rationalis ve, differentiæ constitutiuæ sunt hominis: rationalis verò, ac immortalis, Deorum: irrationalis autem, atque mortalis, animalium expertium rationis. Sic & substantiæ supremæ animatũ, atq; inanimatum, sensitiuum, atq; insensitiuum differentiæ cùm sint, animatum, & sensitiuum, vna cum substantia sumptæ animal conficere: animatum, atq; insensitiuum, plantam. Cùm igitur eædem differentiæ partim constitutiuæ sint, partim diuisiuæ, vniuersæ specificæ nuncupantur. Atque his opus est maximè ad generum diuisiones, & ad definitiones conficiendas. Sed non illis alijs, quas separabiles esse, aut inseparabiles diximus.

6. Textus. *¶Itaque definientes, differentiam, inquiunt, eam esse, qua species genus excedit. Homo nanque supra animal, rationale, mortaleq; habet. Animal enim neque nihil istorum est (vnde enim differentias species haberent) neq; omnes oppositas habet. Idem enim nimirum oppositа haberet. Sed vt censent, potentia quidem omnes eas differentias habet, quæ sub se sunt, actu autem nullam. Atq; hoc pacto neq; ex non entibus fit, neq; circa idem opposita simul erunt.*

7. Textus. *¶Definiunt autem ipsas & hoc pacto. Differentia est, id quod de pluribus, & differentibus specie, hocipso quale quid est prædicatur. Rationale enim, & mortale de homine, hocipso quale quid est homo: sed non hoc ipso quid est prædicatur. Nam si interrogabimur, quid est homo? acõmodatè dicemus, animal. At si quale animal est interrogabimur? rationale, mortaleq; acommodatissimè respondebimus. Nam cum res è materia, formaque constent, aut ex talibus, quæ instar illarum sunt, vt statua ex ære quidem, vt ex materia constat: ex figura autem, vt ex forma: sic quidem & homo communis, qui quidem est species, ex genere, & differentia constat: similitudinem rationis subeuntibus cum materia, atq; forma: totum autem hoc animal rationale, mortale, est homo, vt istis est statua.*

8. Textus. *¶Describunt tales differentias & hoc modo. Differentia est id, quod suapte natura ea, quæ sunt sub eodem genere, separat. Rationale enim, atque irrationale: equum, & hominem, quæ sub eodem, vt patet, genere, quod est animal, collocantur separat. Insuper & hoc modo assignant.*

¶Differentia est id, quo singula differunt. Homo enim, & equus genere non differunt: & nos enim animalia sumus, & ea quæ sunt expertia rationis: sed additum rationale, nos ab illis seiunxit. Dij quoque & nos rationis participes sumus: sed mortale adiunctum, nos ab illis distinxit. Exactiùs autem ea, quæ ad differentiam pertinẽt, pertractantes, differentiam inquiunt, non quoduis eorum esse, quæ separant ea, quæ sub eodem genere collocantur: sed id, quod ad substantiam, rationemque confert, & quod pars eius est rei, cuius differentia dicitur esse. Non enim aptum ad nauigandum esse, hominis est differentia, & si eius proprium est. Dicere nanque possumus animalium alia esse apta, alia non esse apta ad nauigandum, hominem à cæteris seiungentes. Et aptum esse ad nauigandum, ad substantiam sanè non confert, neq; pars est ipsius, sed aptitudo solum. Propterea quod non esse tale, quale sunt hæ differẽtiæ, quas specificas appellamus. Erũt igitur hæ specificæ differẽtiæ, quæ diuersam faciunt speciẽ, & quæ in rõne sumuntur. Atq; de differentia quidẽ hæc satis sint dicta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CIrca secundum tex.in isto capitul. vbi Porphyrius docet, q genus & species per se inuicē diffiniuntur: est quæstio vtrum possit esse diffinitio circularis in absolutis: nam Cōm.primo Physicorū, &.S.Thom. ibidem tenent nō dari: alias idem esset notius vt diffiniens, & in notius vt diffinitum: omnis autem diffinitio ex notioribus, & prioribus, oportet fit. vt docet Aristo.6.topicorum. Sed de hoc infra in prædicamentis quando relationis sermo erit.

QVAESTIO PRIMA. A quo sumatur differentia.

S. Thom.

CIRCA ISTVD tertiūvniuersale quæri potest, primò, à quo sumatur differētia in ipsa specie? Et breuiter de hoc S. Tho. in secundo de anima sentit, q ab anima.rationali in homine, prout ipsa est principiū intelligēdi, sumitur cōceptus obiectiuus differētiæ, & ab ipsa eadem prout est principium sentiendi (nam secūdùm ipsum sola vna anima est) sumitur generis conceptus. Et ob id dicit Porphyrius, quòd genus sumitur à materia, id est, ab aliquo, quod potest determinari, & coarctari, vt est sensitiua anima. Et differentia sumitur à forma tāquam à determinante, & coarctante: sicut anima rationalis determinat, & coarctat sensitiuum ad esse hominis. Et sic secundùm sanctum Tho. à forma sumitur & conceptus generis, & differētiæ: sed tamen vnus à forma, tāquam si materia existeret, quę habet actuari, & determinari ab alio, & alius ab ipsa forma vt determinans, & actuās. Exempli gratia. Quia video hominem moueri, & sentire, formo cōceptum obiectiuum animalis. Et quia video eum ratiocinari, formo conceptum differentiæ, determinatiuum, quòd sit rationale. Hæc S. Doctoris sententia videtur esse desumpta ex Aristot. dictis in.7.Meta.tex. 43. qui ait in sententia, definitionem hanc, animal rationale, vnā esse: esto ex diuersis videatur cōponi, vt putà ex genere, & differētia. Quod probat ex hoc: quia genus nihil importat præter species: quia non inuenitur animal, quòd non sit bos, vel equus, &c. Et differentia etiā quodāmodò importat eādem rem, licēt diuersimodè: quia genus importat rem vt materia, & hæc vt forma. Hæc ex Aristo. Ecce quomodo videtur sentire, q ab eadem re & genus, & differentia. Sed tamen quia genus tanquam quid indeterminatum importat, & velut in potentia, & differentia velut determinatum, & in actu, dicitur quòd genus à materia, & differentia à forma sumitur.

A forma sumitur cōceptus generis, & differentia.

Aristotel.

¶Conformiter ad hanc S. Tho. doctrinam est intelligendum illud, quòd genus, & differentia dant principium speciei. Non est intelligendū, quòd tale principiatum (si sic loqui licet) sit secundùm rem: nam quia in re fundamentaliter, (vt diximus) idem est differentia, species, & genus, non potest vnum sumi alterius principiū, nisi intelligatur in isto sensu. s. quantum ad modum cognoscēdi confusè, & distinctè: eo quòd qui habet generis conceptum, confusè rem cognoscit. s. speciem ipsam contētam sub genere: si tamen habeat alias differentiæ cōceptum, habet principium intelligendi speciem distinctè, & si genus, & differentia sunt principium cognoscēdi speciē, sed tamen aliter & aliter: quia licēt qui cognoscit genus, speciem cognoscat, tamen non distinctè, sed in confuso, vt communicat cum alijs: sed tamen differentia facit distinctè cognoscere speciē, & vt distinguitur species ab specie. Et quia isti duo modi cognoscendi rē sunt sufficientes ad quamlibet rem cognoscendam, dicitur quòd genus, & differentia principiant speciem: quia faciūt cognoscere perfectè speciem intellectam. Genus & differētia principiant speciem, quia sunt definitiua speciei, & in eius definitione ponuntur: nam homo definitur: Est animal rationale.

Genus & differentia dant principium speciei.

QVAESTIO SECVNda. Vtrùm differentia sit optimè definita.

QVAERITVR SECUNDÒ, vtrum differentia optimè sit definita in textu. Videtur q non: quia si bona est definitio, oportet essentiam declaret definiri: sed vnius rei vna est sola essentia: ergo vna erit etiā definitio. Differētiæ autē est multiplex signata in textu definitio: ergo nō videt sufficiēter definita differētia.

Argum.

¶Pro solutione notandum, differentiam posse multipliciter cōsiderari. Primo modo sumitur prout ipsa differentia se habet per additionem ad genus: & sic definitur. Differētia est, qua species genus superat. Quod intelligitur, quantum ad distinctum conceptū: nam rationalis conceptus explicitè intelligitur in homine, qui tamē non intelligitur in animali, sed in confuso erat: quia licēt sint eadē res genus, species, & differentia: tamen alitervnum declarat essentiam hominis, quàm aliud. Quod & S. Tho. p.p.q.85.ar.5. ad tertium declarat dicens. Animal significat id, quod habet animam sensitiuam: rationale, quod intellectiuam, & homo, quod vtrunque.

Notabile primum sidera differentiæ.

S. Thom.

Modus.2.

¶Secundo modo differentia cōsiderari potest sub ratione vniuersalis, & inquantum communicabilis est pluribus indiuiduis, vel pluribus speciebus: & sic datur definitio eius: Est, quę prædicatur de pluribus differentibus specie, in eo quod quale.

Modus.3.

¶Differentia etiam consideratur tāquàm coartās conceptū generis: vt non ad totse extēdat genus: & sic datur definitio. Differētia est, quę diuidit genus: & ea quæ sub eodem genere sunt.

Modus. 4.

¶Sumitur insuper prout est principium quod dam formale specierum, distinctiuum specierum: rationalitate enim, differt homo ab equo: & sic datur definitio. Differentia est, qua differunt inter se singula: nam homo ab equo non differt animalitate, sed rationalitate.

Modus.5.

¶Consideratur tandem quatenus est principiū formale essentiale, cōstitutiuum specierum in esse cognito: & datur definitio. Differentia est, quę cōducit genus ad esse, & eius quod est esse rei, pars est. Iuxta ergo aliam, & aliam cōsiderationem differētiæ, data est alia, & alia definitio: ex quibus cōstat differentiam optimè esse definitam: nam cùm res per definitionem explicetur, & quælibet positarum definitionū in textu declaret ipsam differentiæ naturā, seu cōditionem: sequitur optimè esse definitā. Neq; inconueniens est, vnius rei esse plures definitiones secundùm aliam, & aliam rei cōditionem, vel consideratione.

Solutio quæstionis.

Ad argu principale.

Argum.1.

¶Contra prædicta est argumentum: maximè contra illam differentiæ definitionem, quæ prima est: in qua dicitur: est qua species genus superat. Genus importat totā essentiam speciei: ergo species non superat genus i. differētia. Patet maximè de mente. S. Thom. qui non ponit nisi animam rationalem in homine, continens in se sensitiuum eminenter. Tunc sic. Animal dictum de homine, continet eius essentiā: quia cōtinet sensitiuum, in eo quòd & rationale est: & hoc est essentia speciei.

S. Thom.

Cōfirmatio.

¶Confirmatur ex suprà dictis: quia rationale in specie sumitur ab anima, inquantum intelligit: & esse animal ab eadem inquantum sentit: ergo ab eadem vtrunq;: & sic non superat species genus in differentia.

Subcōfirmatio.

¶Subcōfirmatur. Eadē est in homine res, aīal, homo, & rationale: si ergo eadē res, quomō rationale erit, in quo hō species, aīal genus superat?

Argum.2.

¶Secundò sic principaliter. Omne vniuersale continet sub se contenta: sed genus vniuersale est, & sub ipso collocantur species: ergo sequitur q species non superat genus rationalitate.

Ad argu.

¶Ad hæc omnia vnica solutione dicēdū (sicut dicit Porphyrius) q genus nō cōtinet differētiā actu, sed solū potestate: & ob id cū in specie differētia actu cōtineatur, & nō in genere, dicitur q species superat genus differentia. Tunc dicitur actu cōtineri, quādo in definitione eius includitur illud, & quia in definitiōe speciei differentia ponitur: vt cùm dicimus, Homo est animal rationale, sed ly rationale non includitur in definitione generis: nam si quis definiat animal, solùm dicet, est substantia animata sensibilis, non facta mentione de rationalitate.

Ad secundū Albertus magnus.

¶Ad secundum, concedendum est genus contínere in se species, de quib⁹ prædicatur quidditiuè in quid: sed tamen dato ita sit, quia species cōtētæ cōstituuntur per suas specificas differentias, quæ non sunt in genere actu, sed solùm potentia: & in ipsa specie ponitur differētia actu: sequitur quòd genus etiam si sit totum vniuersale, respectu specierū, superetur à sua specie cōtenta in differentia, eo quòd ipsa species explicitè, & actu contineat differentiam.

Dubium.

¶Sed posset hic esse dubiū, posito gen⁹ cōtineat differētias potestate, an in aliquo genere causæ.

Solutio.1.

¶Ad hoc Albertus magnus dicit, quòd continet in genere causæ formalis: sicut cōfusum dicitur formaliter cōtinere determinatū: & quia rationale est confusè in animali, & determinatum in homine, in genere causæ formalis dicitur continere. Et hæc est opinio Commentatoris.5. Metaphysicæ, commēto.15. Non enim videtur quo modo contineat genus differētiam, nisi in genere causæ formalis.

Cōmētator.

Solutio.2.

¶Sed tamen dicendum, quòd genus potest cōparari vel ad speciem, vel ad differentiam cōstituentem speciem. Si respiciat differentiam, continet ipsam in genere causæ materialis, eo modo quo in re artificiali: scamnū enim non fit ex quacūq; materia, sed ex ligno. Lignū ergo cōtinet differentiam rei artificialis in genere causæ materialis: sic rationale, non quodcunq; genus informat indifferenter, sed solùm animal: ergo animal tanquam materia continet ipsam rationalitatem. Et hoc est quod dicebāt antiqui, differentiam educi de potentia generis, sicut forma compositi educitur de potentia materiæ.

Differentia educitur de potentia generis.

¶Si verò comparetur genus ad speciem, tūc cōtinet differentiam in genere causæ formalis, vt dicebat Cōmētator, & Albertus, eo modo, quo in cælis sphæra maior dicitur cōtinere minorē. Sicut si ponamus exemplū in continuo, in quo plura sunt entia in potentia, quæ per diuisionē fiunt in actu: sic in animali sunt plures species, quæ per diuisionem differentiarum fiūt actu, & sic velut formaliter continent: ob id antiqui non solùm dicebant genus continere differentias in

Universidad de Deusto
Biblioteca

tias in potentia,quæ signat meram passionem materiæ,sed potestate:ac si dicerer , quòd genus de se proferat ipsas differentias, & velut in genere causæ formalis contineat.

QVAESTIO TERtia. Vtrùm superior differentia dicatur genus respectu inferioris differentiæ.

Pri. arguitur. QVAERITVR tertiò, vtrùm superior differentia dicatur genus respectu inferioris:vt sensibile, respectu rationalis:sicut animal respectu hominis. Et videtur quod sic: quia hæc est prædicatio directa,Rationale est sensibile:ergo alicuius prædicabilis: & non speciei,neq; proprij,neq; accidẽtis,neq; differẽtię:ergo generis.

2.Arguit. ¶Secundò. Hæc differentia in singulari demõstrata,est individuum: ergo alicuius speciei oportet sit:ergo de ly rationale:ergo ly rationale est species,& non videtur cuius generis, nisi de ly sensibile.

In contrarium. ¶In contrarium est: quia incorporeum est superior differentia ad irrationale, tamen nõ potest dici de eo:quia non dicitur irrationale est incorporeum.

Ad quæstionem. ¶De hac quæstione non fit expressè mentio à S.Tho. Est tamen diuersa opinio inter doctores,& maximè inter Thomistas:nam Capreolus tenet,quòd differentia superior non est de conceptu quidditatiuo differẽtiæ inferioris: & sic non includitur formaliter in inferiori. Et respondet negatiuè ad quæstionem. Quem sequitur Paulus Socinas in sua Meta.libr.7.q.37. Dominicus.7.Metaphy.q.24.arti.5. (vt allegatur à Petro Bruxellensi.q.5. libri prædicabiliũ) distinguit sic. Differentia vltima potest dupliciter considerari:vno modo materialiter,& quãtũ ad illud quod est:& sic rationale, est animal habens rationem:& sic vltima differentia iam dicit præcedentes. Alio modo potest considerari formaliter,secundùm quòd est constituens speciem,& contrahens genus. Et sic vltima differẽtia non includit præcedentes. Et Petrus Bruxelleñ. addit: fortè ista quæstio est verbalis: & ponit suam opinionem hoc modo. Probabile est quòd inferior differentia includat superiorem.

Capreolus.

Socinas.

Bruxellen.

D.Thom. Dicit enim S.Thom.7.Meta.super Commen. 43.quòd posterior differentia includit in se omnes præcedentes. Vnde dicit cum Philosopho, quòd vltima differentia est tota substantia rei. Quod eò dicit, quia aliàs definiendo hominẽ, oportebit dicere,animal habẽs pedes:nisi bipes includat hoc, quod est habere pedes. Sic dicit ibi S.Thom.quòd habens pedes, diuiditur in alias differentias:& quòd bipes manifestè includit,habens pedes. Et de ente & essentia dicit, q genus se habet ad differentiam sicut subiectum ad passionẽ. Vbi dicit expositor, quòd genus est de intellectu differentiæ: sed superior differentia est de intellectu generis:ergo est de intellectu differentiæ inferioris.

Caiet.

¶Ad argumentum in contrarium, tenendo opinionem,q òd inferior diff..entia si. species respe..u superioris,oportet respondere, dicendo quòd intelligi debet inferiorem esse speciem superioris, in qua includitur formaliter ipsa superior:& quia in irrationale,nõ includitur incorporeum,nor est species respectu eius,tamen respectu inanimati,& sensibilis, potest esse. Hæc potiùs pro modo loquendi sint dicta, quia in re omnes conueniunt.

Ad arg.

Dubium. ¶Est hic dubium,ad intelligẽtiam huius prædicabilis tertij:an differentia sit substãtia,vel accidens? Dicendum est,quòd ipsa non potest dici accidẽs,propriè loquendo: quia neq; accidens proprium,neq; cõmune: sed potest dici substãtia,ad modũ quo forma substãtialis dicitur substantia,quia substantia cõuertitur cum ipsa specie:ob id rationale idẽ est quod homo:& secundùm rem idem significat:quia cùm nõ reperiatur rationale sine eo quod determinat .s. animali,& animal cum rationali hominem cõstituat, sequitur quòd rationale est idem quod homo.

Solutio.

CAPIT. IIII. De proprio.

Modus. *Proprium autẽ quatuor diuiditur modis. Nam proprium est id,quod soli cuipiam accidit speciei,& si non omni: vt homini accidit mederi, aut*

Modus. *metiri,& id item quod, vniuersæ accidit speciei,& si non soli, vt hominẽ bipedẽ esse, etiã*

Modus. *id quod soli accidit,& omni,& quandoq;, vt omni homini in senectute canescere. Quartũ*

Modus. *autẽ est id,in quod omnia conuenerũt, vt soli, & omni, semperq; accidat: quale est risibile respectu hois. Nã hõ,& si nõ semper ridet, risibilis tamẽ dicitur:nõ ex eo, quia semper rideat,sed quia aptus est ad ridendũ. Hoc autẽ ipsi*

ipsi semper est insitum: quemadmodum & equo ipsum hinnibile. Hæc verè propria inquiunt esse, quia in ipsis fit & conuersio. Si est enim homo, est risibile: & si est risibile,est etiam homo.

QVAESTIO PRIMA. An hic textus sit verus.

P. argum. ERO DECLARAtione textus quæritur primò, vtrùm ea quæ hìc circa quartũ prædicabile tradit. sunt sint conuenienter dicta? Et arguitur quòd non.

¶Primo. Contra illam primam acceptionem proprij. Nam vel esse medicum, aut geometrã capitur pro aptitudine ad scientiã,vel pro habitu ipso:si pro habitu,non est proprium, sed accidens commune, eo modo quo albedo est accidens:non enim fluit ab intrinseco talis habitus,sed ex mera voluntate id pendet. Si verò capiatur primo modo,tunc est proprium quarto modo,cùm talis aptitudo pernaturam conueniat homini,sicut esse disciplinæ susceptiuũ.

Aristotel. Sic ait Aristo.1.Metaphy.Inclinatio,& aptitudo ad scientiam,est homini naturalis,ex principijs essentialibus eius.

Argum.2. ¶Simili argumento probatur non rectè positũ proprium tertio modo: nam si canescere pro habitu sumatur, est merum accidens cõmune, proueniens ex cerebri humiditate corrupta à complexione,vel aliquo alio extrinseco, sicut & contingit hominẽ esse album. Si tamen aptitudinem dicat, est à r tura ipsius hominis, & sic proprium quarto modo.

Solutio. 1. ¶A. hæc communis est solutio, ibi esse geometram,vel medicum, accipi, non prout dicit aptitudinem, sed prout dicit habitum: & licèt habitus ipse aptitudo quædam, & potentia sit ad actum sciendi, est tamen differentia inter is..am aptitudinem, & potentiam,& illã, quæ est ad ridendum: quia potentia ad ridendum est potentia in se completa per naturam, sine aliqua hominis voluntate, vel aliquo superaddito: sed aptitudo ad scientiam non est per naturam completa: quia i..diget habitu: & ipse habitus indiget voluntate ipsius homi..is ad adquirendum eum:ob id distinguitur à proprio quarto modo,siue capiatur pro aptitudine,siue pro habitu ipso. Et quando infers: si capiatur pro habitu ipso,est accidens commune:negandum erit:quia inclinatio, & aptitudo est per naturam ad talem habitum,quę non est

Duplex aptitudo.

sic ad alia communia accidentia. Et licèt hæc sit communis solutio, & sufficiens, supposito quòd esse medicum, & esse geometram, sint positæ,gratia exempli propter inclinationem quam habet homo ad scientiam: sed posset dici,Porphyrium intellexisse in speciali, esse proprium primo modo penes hoc, quòd hominibus quibusdam, & omnibus est quædam peculiaris inclinatio ad hanc scientiam, & non ad illam,quæ proprietas non est in alijs: & sic sunt aliqui ob id apti ad vnam scientiam,& alij ad eandem sunt inepti: siue proueniat à complexione,siue à cœlesti constellatione.

Solutio. 2.

Ad 2. ¶Ad aliud adductum circa proprium tertio modo,dicendum: ibi canescere sumi non pro habitu,nec solùm pro aptitudine,sed pro aptitudine simul cum cerebri qualitate,ex quo pẽdet ipsa canities. Nam calor cerebri deficiens, non potest humidum naturale digerere, & ea ratione non semper est actus canescendi, nec tota causa:nam licèt sit aptitudo in iuuene, deficit aliud.s.humidi corruptio. Ob id qui grossiores habent capillos,faciliùs canescunt,quàm qui subtiliores, propter humidi abundantiam, quam habent illi. Quapropter semper est verum,esse proprium hominis canescere, tertio modo capiendo. Et licèt mulo,& equo conueniat habere pilos albos,non tamen canities est, sed alia passio,quæ non est illis propria, neque omnibus conuenit,vt constat.

Arg.2. ¶Secundò principaliter arguitur cõtra literam Porphyrij,quòd proprium quarto modo non sit bene positũ. Nam vel conuenit omni speciei ratione essentiæ,hoc est propter formam specificam,aut aliunde ab extrinseco. Si primo modo, oportet essentialiter prædicetur eo modo, quo differentia:quia essentiæ conuenit, & est de quidditate, & essentialiter prædicatur. Vel secundo modo.s.aliunde,& tunc non erit prædicabile distinctum ab accidenti communi, quod est quintum prædicabile.

Cõfirmatur ¶Et posset argumentum confirmari ex hoc, quia proprium, vel ponitur in prædicamento substantiæ in linea recta,vel vt differentia ad latus:sed non in linea recta:quia nec genus, neq; species: nec ad latus, quia differentia non est: ergo ponitur extra coordinationem prædicamentalem: sed quod sic ponitur,accidens commune est.

Ad arg. ¶Ad argumentum dicẽdum, quòd proprium conuenit omni speciei ratione essentiæ. Et quã do infertur, ergo debet essentialiter prædicari: negatur cõsequentia:nam ad hoc quòd aliquid de aliquo essentialiter prædicetur, non sufficit fluat ab essentia eius: sed requiritur sit de eius essentia, tanquàm pars intrinseca, sicut genus, & differ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& differentia: & quia proprium.s.risibile, non dicit partem intrinsecam, hinc est ...on prædicari essentialiter, sed accidentaliter: ad differentiam differētiæ, quæ partem dic... intrinsecam.

Vide sāct. Thom. prī. par. q. 77. artic.1.

¶Ad confirmationem dicendum, quòd si accidēs sumatur vt esse sit, non esse per se, sed in subiecto, proprium (quia substantia non est) accidens dicitur: si tamen capiatur accidēs pro hoc, quod est nō esse de essentia, nec fluere ab essentia, propriū non dicitur accidens: quia licèt nō sit de essentia, fluit tamen: & ob hoc constituit quartum prædicabile distinctum. Vnde sequitur quòd proprium ponitur in prædicamento accidentis, & diuersa propria in diuersis prædicamētis: vt intellectus, & voluntas, & sensus, sunt propriæ passiones, tanquàm naturales potētiæ, & ponuntur in secūda specie qualitatis. Et triāgulus, quadrangulus, ponuntur in quarta, quæ sunt passiões lineæ. Et habere tres angulos æquales duobus rectis, ponitur in prædicamēto quātitatis, & est propria passio trianguli: impertinens est enim quòd subiectum, & passio in eodem ponantur prædicamento, vt dicemus.

QVAESTIO SECVNda. Vtrùm propriū sit idem cum subiecto, cuius proprium est.

Pri. arguitur.

SECVNDO queritur principaliter, vtrùm propriū, & id cuius est, realiter distinguātur.

¶Et arguit ꝙ non. Aliqua propria passio à suo subiecto nō distinguitur, & non est potior ratio de vna, quàm de omnibus: ergo nulla distinguitur. Patet maior de passionibus entis. s. vnū, verum, bonum, &c. quæ non distinguuntur ab

Aristotel. S. Thom. ente, nisi ratione tātum. vt Arist. 10. Meta. text. co. 5. probat, & S. Tho. ibidē, & q. 1. de veritate ar. 1. & cōmunis schola philosophorū sic tenet.

¶Secundò. Si propriū esset accidēs à suo subiecto distinctū, vel esset indiuisibile, vel extēsum per partē, vel per totū: sed nullum istorum est dicendū. Non primū: quia cùm actus ridē... materialis sit, & exerceatur organo corporali, non est indiuisibile. Nec extēsum per partē solùm: quia non apparet in qua parte: neq; per totū, quia tunc ... pede diceretur ꝙ esset risibilis.

In contrarium.

¶In contrariū est: quia potētiæ animæ sunt propriæ passiones animæ, & ab ea distinguuntur realiter: sed non est potior ratio de vna propria passione, quàm de alijs: ergo omnis distinguitur à suo subiecto.

¶Ista quæstio licèt non pertineat ad Dialecticum, sed potiùs ad Physicum, vel Metaphysicū quia tamē ferè oēs mouent eā in isto loco, oportet adducere. De qua sunt variæ sententiæ. Do

Varia opinio Scotus. Aureol. Ocham. Gregor. Rimin. Durand. Vania.

ctor sub supposita sua opinione, de qua nos fecimus in principio huius libri mentionē, de distinctione formali ab eo inuenta, quæ media est inter realē, & rationis, dicit, propriā passionē à suo distingui subiecto, nō ratione solùm, vt dicere habent nominales, nec realiter, vt res, & res, vt videtur dicere S. Tho. sed formaliter. Idem fatetur de potentijs animæ. Quod ponit in 2. sen. d. 16. q. ... ca. Et id probat. Quia secūsa operati... intellectus, h... o & r... le habēt de... tiones distinctas: quia homo est animal rationale, & risibilis est aptitudo ad ridendum: ergo vnum non est aliud: & sic distinguitur.

1. Reas. Scot.

¶Item, Secluſa omni operatione intellectus, subiectū est ipse homo, & risibilitas est passio, quæ ponitu... subiecto: sed subiectum & accidēs distingui necesse est. Et quòd realiter non distinguātur, eò probatur: quia realiter ... stingui est sicut res, & res: sed risibilitas nō sic, cùm risibilitas fluat ab essentia hominis, & quodam modo contineatur in homine. Hæc ex Scoto.

Genesi.

Opinio 2.

¶Secunda opīnio est nominalium, dicentium quòd si propria passio sumatur pro accidente quod fluit ab essentia rei, nō distinguitur à subiecto ex natura rei: sed sicut homo per animam intelligit, sic & per animam ridet, & per anim... viuit: & sic dicunt de intellectu, & voluntate: & probant argumentis positis in principio quæstionis, & alijs sic. Pluralitas in rebus sine necessitate ponēda nō est: sed si propria passio, & suū subiectū distinguerētur, pluralitas poneretur, & sine necessitate: quia homo eo ipso quo animam habet, ... corpora... rganū, habet potētiā ridēdi: ergo non est opus ponere aliquā rem distinctā ab ipso homine, vel ab ipsa esser... ius.

Argu. contra Nalian.

Opinio S. Thom.

¶Tertia est opinio doctoris. S. qui ex professo non tractat quæstionē in proprijs terminis: sed tamen quia ipse in p. p. q. 77. arti. 1. cōcedit, quòd potentiæ animæ distinguūtur ab anima, & alibi dicit quòd potentiæ animæ se habent sicut propria accidentia subiecti, voluerunt quidam absolutè ei tribuere hanc opinionem, ꝙ ...mnis passio distinguatur realiter à suo subiecto. Et quidam modernus in suis prædicabilibus, in præse... loco dicit eum tenere conformiter ad Boētium, propriam passionem distin... gui realiter à subiecto. Verùm magister Soto quæst. 2. de proprio, exactiùs considerans Doctoris sancti sententiam, ponit in sententia expresse doctoris. S. non omnem passionem distingui realiter à suo subiecto, sed tamen aliquam distingui. Pro quo sit prima conclusio.

Aliqua propria distinguuntur realiter à suo subiecto. S. Thom.

¶Omnis

1. Cōclusio.

¶Omnis propria passio, quæ est potētia respectu realis operationis, vel accidētalis, distinguitur à suo subiecto realiter, siue sit potentia actiua, siue passiua, vt intellectus. Quia potētia passiua ad realiter recipiendum species distinguitur à suo subiecto, & sensus, & voluntas. Proba

Primū arg. 3. opinio.

tur. Tales potentiæ ab Arist. in secunda specie qualitatis ponuntur: & secūdo de anima vocat eas partes animæ. & b. p. Augustinus. 15. de trini. ca. 7. dicit. Intellectus, & voluntas, non sunt idem quod homo: si ergo ita est, sequitur tales passiones distingui à suis subiectis.

D. Augu.

Argu. 2.

¶Secundò. In rebus omnibu... corporalibus, & insensibil... tus, experientia constat, res per suas virtutes operari super additas: vt ig... per... lorem calefacit, & aqua per frigiditatē frigefacit, & sol per lucem illuminat, & terra producit diuersas herbas, & germina diuersa, iuxta diuersam virtutem à Deo receptam, iuxta illud Geneseos. Producat terra herbam v... ntem, & lignum pomiferum faciens fructum, cuius semen ... &c. Et sic plantæ habent virtutes productiuas, quæ sunt earum accidentia, & distincta ab essentia.

Genesi.

¶Et patet particulariter de risibilitate: nam cū sit potentia corporalis ad ridendum, oportet sicut aliæ potētiæ distinguuntur à suis subiectis, & etiam ipsa distinguatur: & constat quidem quòd sit corporalis: nam propter gaudium dilatatur sanguis à corde, qui extendens partes faciei calore, causat risum in ore: sicut econuerso, ex mœrore repentino, sanguine currente ad cor, oculi cōstricti lachrymas exprimunt: sed hoc non posset fieri nisi ipsa potentia ridendi esset corporalis: ergo ipsa corporalis est: & si corporalis, sequitur distingui ab ipsa essentia realiter: quia cùm si... distinctio non rationis, quia etiam secluſa operatione intellectus reperitu... ergo est realis: cùm formalis distinctio nō sit ponenda secundùm S. Thom. nec aliquis antiquorum posuit eam.

Cōclusio. 2. Ratio.

¶Secunda conclusio. Proprium, quod potētia non est, non est necesse distinguatur à suo subiecto. Patet: quia rationes positæ quare propria passio debeat distingui à suo subiecto, procedunt ratione potētiæ ad suam operationē: quia non potest stare talis potentia sine hoc, quo... sit virtus dictincta ab ipsa, cuius est: ergo si sit aliqua propria passio, quæ non ... operationem ...nitur, non est opus eam distingui à suo subiecto. Et in hoc sensu multi impugnāt doctorem S. putantes eum concedere, in vniuersum, omnē passionem distingui: quia posuit exemplū de Potentijs animæ: & in animæ potentijs verum est, sed non est necessarium quando potentiæ non sunt, vt ex Aristo. in loco citato probatum est, passiones entis non distingui ab ente, vt vnum, verum, bonum, quia nullo modo potest aliqua ratio abstrahi ab vno, vel vero &c. quin in tali re abstracta ens includatur: & sic quomodocunq; vnitas ab ente, ibi est ens. Secus tamē est in potētia nutritiua, & intellectiua. Et ob id dicit S. Tho. in loco citato, quòd potētia materiæ licèt sit propria passio, non distinguitur à materia: quia non est potentia ad operationem realem, vel accidentalem, vel ad recipiendū in se accidentalem operationem, sed ad substantiam actū. Stando ergo in ista opinione, ad argumenta solutio patet ex dictis in secunda cōclusione. Concedimus enim aliquas passiones nō distingui, non tamen sequitur quòd nullæ distinguantur: sed solùm illæ non distinguuntur, quæ non dicunt potentiam actiuam, vel passiuam.

Ad argu.

Ad. 2.

¶Ad secundum, cōcedo risibilitatem esse accidens corporale, & diuisibile, sicut est potentia nutritiua, licèt non videatur concedendum per totum hominem extendi, sicut sensus tactus extenditur: quia solùm in facie suam exercet operationem: & fortè in corde est: quia potentia est in organo suæ operationis: & cùm sit cor organum risus, videtur ꝙ ibi sit ponendū tale proprium. Nec sequitur ex hoc quòd sit intensibilis, & remisibilis: quia non omni accidenti id conuenit, sed solùm qualitatibus, quæ sunt in prima, & tertia specie. Nam neque conuenit quantitati, quæ accidens, neq; conuenit secundæ speciei, neq; quartæ, qualitatis.

Resolutio quæstionis.

¶Habes ergo solutam quæstionem, risibilitatē esse propriam passionem, & fluere ab essentia, non tamen quòd dicatur propriè effectus essentiæ, vel subiecti. Non enim propria passio alia actione distincta producitur, quā suum subiectū: quinimo eò ꝙ producitur subiectū, cōproducitur & propria passio: sed dicit fluere: quia priùs natura subiectū habet essentiā, & posteriùs proprias passiones: ob id S. Tho. 1. p. q. 77. art. 6. dicit, ꝙ passio fluit ab essentia in genere causæ finalis: quia passio propter essentiam, & quodāmodo in genere causæ effectiuæ. (Quod exactè probat Aegidius in quolib. 6. q. 12. ita vt materia actuata per formā causa dicatur acci... dentiū, quæ necessariò concomitantur, vel consequuntur rei naturam:) quia comproducitur, & consequitur ad productionem speciei, & in genere causę materialis: quia priùs natura essentia est in supposito, quàm passio. ... quia est potentia ad actum, & realiter distincta à subiecto: & quia realiter distincta, potest per Dei potentiam à subiecto separari per miraculum, & vnū sine alio conseruari: quia non repugnat, quādo quidem est distinctio realis: & neutra est de intrinseca

S. Thom.

Aegidius Roma.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trinseca quidditate alterius. Et posito intellectus, & risibilitas ab homine separaretur per Dei potentiã, diceretur nihilominus homo intellectiuus, & risibilis: quia semper haberet illã aptitudinem in potẽtia propinqua, ut ei daretur intellectiua potentia, & risibilitas. Nec esset in casu dicendum (vt putãt aliqui Thomistæ) quòd ablata illa risibilitate, statim alia flueret: nã hoc esset, si essentia hominis produceret ipsam, sed non est sic, vt diximus: ob id à solo Deo authore ipsius essentiæ posset rursus dari.

Notãdum.

Notan. ¶Hic notandum, has prædicationes: Rationale est risibile, & Animal est risibile, & substantia est risibilis, &c. esse prædicationes doctrinales nam in prima connotatio subiecti prę supponitur ad connotationem prædicati. In alijs duabus, propria passio prædicatur de superiori: sicut in simili Aristot. in tertia figura probat triãgulum habere tres angulos æquales, de figura sic. Triangulus habet tres angulos: & triãgulus est figura: ergo figura habet.

Aristotel.

CAP. QVINTVM. De quinto prædicabili, scilicet, accidenti.

Accidens autem est, quod adest, atque abest sine subiecti corruptione. Diuiditur autẽ in duo. Aliud est enim separabile, aliud inseparabile. Atq; dormire quidem accidens separabile est: nigrum autem esse Coruo, AEthiopiue inseparabiliter accidit. Mente tamen, cogitatione ue Coruus albus, & AEthiops nõ niger, sine subiecti corruptione concipi potest. Definiũt etiam & hoc pacto. Accidẽs est, quod inesse, ac non inesse eidẽ potest. Et quod neq; genus, neq; species, neque differentia, neque propriũ est, semper autem est in subiecto.

SIRCA prædicabile aduertendum: quòd illa diffinitio accidentis, q ad est & ab est sine subiecti corruptione: alio modo intelligitur à dialectico, quam à Physico: nam hic, sic accipit: accidens est q aduenit subiecto iam constituto in esse quo ad substantiam, & inest illi & remouetur ab eo, tamen subiectum non desinit: & intelligitur hoc de accidẽti communi, q non consequitur subiectũ, ex natura subiecti. Logicus tamen capit, secundum modũ prædicandi, accidens est q ad est & abest &c. i. q prædicatur affirmatiuè, & negatiuè, de suo subiecto: præter subiecti corruptionem, vt esse album, sedere, currere, verificantur de homine, affirmatiuè & negatiuè successiuè, &c. Etiam est considerandum q omne accidens commune, in quantum facit prædicationem & propositionem per accidens, continẽtur in hoc quinto prædicabili: imò omne prædicatum prædicationis indirectè, scilicet, quando inferius, prædicatur de suo superiori: vt animal est homo: quia tunc ly homo, habetur vt accidens. Quia accidit animali, q sit homo &c. Oportet etiam notare: quæ sit prædicatio directa, & quæ indirecta: directa dicitur in qua superius, prædicatur de suo inferiori: vel equale, de equali: vt homo est animal: animal est sensitiuum: homo est risibilis: in directa dicitur, quando inferius, prædicatur de superiori: vt corpus est animal: animal est homo: prædicatio essentialis, est illa in qua termini sunt eiusdem prædicamenti: dummodo sit directa: vt homo est animal: homo est rationalis: albedo est qualitas. Prædicatio accidẽtalis dicitur, quando termini sunt distinctorũ prædicamentorum: vt homo est risibilis homo est albus: & hæc est duplex quædam accidentalis per se, est quando proprium accidens prædicatur de proprio subiecto: vt homo est risibilis: numerus est par, vel impar: alia est accidentalis per accidens, quando prædicatur accidens cõmune, de subiecto: vt homo est albus: coruus est niger: & hic collocatur quando inferius de suo superiori prædicatur animal est homo, sed de istis alibi dictum est.

QVAESTIO PRIma. De accidente.

VTRVM ISTVD prædicabile quintũ differat à quarto. Et videtur q non: Quia nullum est accidens cõmune: sed quodcunque sit, illud est proprium. Patet. Si aliquod esset commune, maxime esset albedo: sed albedo est accidens proprium. Patet: quia sibi determinat subiectum proprium: nam non potest esse nisi in subiecto.

1. arg.

¶Secundò. Omne accidens commune est propriũ indiuidui, & fluit à principijs indiuidui: sed hoc est esse proprium: ergo omne accidens commune est accidens proprium.

2. arg.

¶In con-

Incõtrariũ. ¶In contrarium est authoritas Porphyrij, & veritas.

Notan. 1. ¶Pro solutione quæstionis notandum, dupliciter posse intelligi subiectum accidentis: vno modo vt sit subiectum inhæsionis: alio modo tanquàm causa quodammodo efficiens, à quo fluit tale accidens: nam (verbi gratia) potest albedo in ordine ad subiectum considerari in quantum inhæret alicui: alio modo tanquàm quod fluit, & emanat à subiecto.

Notan. 2. ¶Secundò est notandum, accidens cõmune cõuenire quidem individuo, & speciei: nam & Ioannes est dialecticus, & homo est dialecticus, & accidens proprium & conuenit individuo, & speciei: quia homo est risibilis, & Ioannes est risibilis. Verum est differentia: quia accidẽs commune, primò, & principaliter cõuenit individuo, & quia conuenit individuo, etiam conuenit media te speciei: sed risibili cõuenit primo speciei & deinde mediate conuenit individuo. Ratio est: quia cum accidens propriũ fluat ab essentia: & essentia primo consideretur in ipsa specie, & deinde in individuo participãte naturã speciei: si reperit in individuo est, quia primò in specie repertum est. Sed accidens commune cum de ratione sua sit esse in alio, & quod maximè subiectum est accidentium, est prima substantia, seu individuum, hinc est q primo in individuo cõsideratur, & deinde cum species contineat individua, accidens repertum in individuo considerãtur in specie. Ea enim ratione homo est Dialecticus, quia Ioannes est Dialecticus. Non enim albedo est de essentia hominis, sed prouenit ratione materiæ individuãtis, scilicet quia homo in hac, vel illa re ne natus est: ob id quidam homines albi, alij nigri. Ad quæstionem respondetur per conclusiones.

Differentia inter accidẽs propriũ, & cõmune.

Concluſ. 1. ¶Prima conclusio. Licèt quodlibet accidens habeat proprium subiectum inhæsionis, solum tamen proprium accidens, quod est quartum prædicabile, sibi determinat subiectum, à cuius essentia fluit: Hæc conclusio patet ex notatis. Nam cùm de natura accidentis sit inhærere, & sine subiecto naturaliter reperiri non valeat: omne tale subiectum inhæsionis determinat. Secũda pars conclusionis cõstat: quod scilicet solũ accidens propriũ sibi determinat subiectũ, à cuius essentia fluit. Patet. Nã albedo, & cętera accidẽtia similia, nullũ tale determinãt quia à nullius fluunt essentia: risibile tñ, & disciplinæ capax sibi determinant: quia ab essentia manant.

Ratio. 1. p.

Ratio.

¶Secund conclusio. Proprium accidens quartũ prædicabile, differt ab accidente cõmuni, quod constituit istud quintũ prædicabile: quia illud primò cõuenit speciei, & hoc solum individuo primo. Hæc etiam cõclusio est manifesta ex supradictis. Nam si quis quærat ab aliquo, quare homo Theologus est? non potest aliud respondere, nisi quia Ioannes, vel Petrus Theologus est: & hoc non ob aliud, nisi quia esse Theologũ, cùm sit accidens commune, non respicit nisi solum individuum. Si tamen quis petat, quare homo est risibilis? nõ dicet, quia Ioãnes est: sed quia homo animal rationale est à cuius essentia fluit ipsa risibilitas: quia essentia per prius in specie, quàm in individuo: sequitur ergo differentiam esse inter ista duo prædicabilia penes hoc, quòd vnũ fluit ab intrinseco, & principijs speciei: & aliud, scilicet, cõmune, solum individuum immediate respicit.

2. Cõclusio

Ratio.

¶Sed contra hoc est argumentum, & tãgitur à Porphyrio in litera. Sicut accidẽs proprium consequitur totam speciem, sic etiã aliquod accidẽs cõmune, saltim illud quod inseparabile est: vt est nigredo in Coruo: albedo in Cygno, & calor in igne: frigiditas in aqua, &c. ergo saltim ista dicẽda sunt accidentia propria: quia & determinant subiectum inhæsionis, & etiam à quo fluunt: aliàs daretur aliquis Coruus nõ niger: sicut datur homo non Theologus, vel qui nõ sit Dialecticus.

Obijcitur.

¶Ad hoc respondet Porphyrius idem in litera, quòd non obstante hoc, adhuc nigredo in Coruo est cõmune accidens, quia per intellectũ abstrahitur talis nigredo ab ipsa Corui substantiã: & non ob aliud, nisi quia emanat solum ex materiæ dispositione, ita, vt quod in hominibus facit clima, vt quidam nigri, alij albi, facit in Coruo calidissima cõplexio. Ob id dicit Albertus Magnus, q si Coruorum nidus esset in montibus frigidis, & ouа eorum circunlinirentur argento viuo, & viscoso humore Anseris, nati, nascerentur Corui albi.

Solutio.

Albertus Magnus.

¶Sed posset esse replica ex supradictis: quia eodẽ modo quo solum per intellectũ potest nigredo ab essentia Corui separari, potest & risibilitas proprium ab ipso homine, quando quidem realiter distinguuntur: ergo sequitur quòd vel nigredo in Coruo est accidens proprium, sicut risibilitas, vel risibilitas est commune, sicut nigredo in Coruo. Respondetur negando conse-

Replicatus

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quentiam.Et ratio est:quia alia, & alia est abstractio:nam in Coruo sic fit bstractio, quòd planè consideratur nigredo sine Corui essentia,nec consideratur solum separata, sed etiam velut disparata, & ab essentia non fluens:sed tamen risibilis quantuncunque ab essentia hominis abstrahatur,consideratur etiam sic abstracta, velut fluens ab essentia ipsius hominis, & tanquam aliquid,quod naturaliter consequitur naturam eius.

* ¶*Et differentia stat in hoc,q̃ propriũ q̃d est accidẽs in separabile:q̃ ab essentia emanat,vt risibile in homine diffiniri nõ potest sine ꝓprio subiecto: vt risibilitas sine homine neque potest reperiri sine illo,licet possit intelligi: sed quãdo accidẽs est fluens ab indiuiduo,& nõ ab essentia specifica,vt nigredo in coruo,vel Æthyope, quãuis in se parabile sit respectu indiuidui, non tamẽ respectu speciei: & indiffinitione nõ est necesse ponere naturam eius, tanquàm subiectum proprium: quia respectu speciei, est accidens separabile.

QVÆSTIO. II. VTRVM accidentia verè conferant ad cognoscendum substantiam.

Quæstio.2. * DE accidente secundò quæritur, vtrùm accidentia verè conferant ad cognoscendum substantiã. Et videtur

1. Argumẽ. quod non:quia nõ possunt cognosci accidẽtia sine substantia:ergo non conferunt ad substantiã, sed potius ecõtra:patet antecedens: ex Aristo.7.Metaphy.tex.4. in hæc verba, necesse est in diffinitione accidentis esse definitionem substantiæ: cum ergo diffinitio sit quæ explicet (tanquàm quid notius) diffinitum: & substantia, intrat accidentis diffinitionem: notius est ipsa substantia, & consequenter vim confert ad cognitionem accidentis.&c.

Secundo. ¶Secundò.Commen. in expositione textus præcitati ait. In diffinitione substantiæ non accipitur illud quod est extra naturam. Tunc est argumentum, si accidentia conferrent ad cognitionem substantiæ:maximè esset, quia in diffinitione substãtiæ poneretur:quia res diffinitione cognoscitur:sed diffinitionem substantiæ accidentia non intrant: quia accidentia extra naturam sunt substantię:ergo sequitur q̃ nõ conferunt, sed potius ècontra, quia in diffinitione accidentis substantia intrat.

Tertio. ¶Tertio. Sic res se habet ad cognosci,sicut ad esse: sed accidentia non habent per se esse,sed potius in esse: ergo non habent per se cognosci,sed potius per aliud: sed nõ videtur quod aliud:nisi quòd per se habet esse quale substantia est: ergo potius substantia confert ad cognitionem accidentis,quàm ècontra.

¶In contrarium est quod Aristoteles docet.

1. Notand. ¶Pro solutione quæstionis oportet primo notare, quòd cognitio substantiæ duplex est.Prima qua apprehenditur quid est substantia: & qua formatur conceptus quid sit substantia Secunda cognitio de substantia est discursiua: qua aliquid de ea probatur, vt quòd sit contrariorum susceptiua:vel quòd non recipiat magis vel minus:vel nonnulla alia:quæ sunt substantiæ proprietates. Duplex cognitio subst.

2. Notand. ¶Secundò notandum,quòd illa prima cognitio,qua conceptus substantiæ formatur: adhuc est duplex. s. cognitio confusa, qua prædicata quædam vniuersalia de substantia probantur: vt si de homine apprehendamus quòd est ens,q̃ est vnum: q̃ est substantia: quòd est corpus. &c. Et cognitio distincta est: quãdo apprehẽdimus quædam prędicata proxima propria:vt q̃ homo sit rationalis,quòd risibilis, quòd disciplinabilis,quòd discursiuus.&c.

3. Not. ¶Tertiò etiam notandum, quòd ista prioritas cognitionis accidentis in ordine ad substantiam vel ècontra,est duplex vel secundùm ordinem perfectionis,vel secundùm ordinẽ generationis. Nam primo modo illa prior,cognitio quę magis intellectũ perficit.Secundo modo illa prior, quæ est obiecti,prius ab intellectu apprehensi.Talis suppositis ad quęstionem.

Conclu. ¶Quoad cognitionem substantiæ distinctam, qua apprehendimus proprium genus & differentiam. &c. prior est accidentium cognitio. Patet: nam in naturalibus præcipuè non innotescunt genera rerum & differentiæ & propria nisi ex effectibus proprijs,& qualitatibus: hic enim est ordo intelligendi pro isto statu: sed isti effectus actiones,& qualitates accidẽtia sunt: sequitur ergo quod accidentia ipsa conducunt, & priora sunt quo ad cognitionẽ quàm sit ipsa

ipsa substantia . Nam primo per sensus exteriores species receptæ accidentiũ, quæ in re sunt, deueniunt ad sensum omnem,& in Phantasia sunt:quibus apprehensis in confuso:venit ad cognitionem substantiæ: & tandem intellectus agens:circa Phantasmata operatur,vt veniat ad cognitionem distinctam substantiæ: & quicquid sit de accidẽtibus communibus: de proprijs apertissima est ratio,eo quòd differentiæ essentiales,pro maiori parte sunt nobis incognitæ,& vtimur in diffinitionibus, accidentibus proprijs,loco differentiarum essentialium,vt docet Aristot.7.cap.8. Metaph.vnde per calorem. in summo nos facimus ignẽ,& per par & impar species numerorũ. Et cũ accidens proprium fluat ab essentia vt supra diximus,tãquàm proprius & proximus effectus substantię à qua emanat,cõsideratur:cuius est in ipsam causam manu ducere vt ex motu circulari, natura cœli fit manifesta,vt tradit Arist. 1.cœli. Aristo. 1.Concluſ.

¶Secunda conclusio. Accidẽtia, maximè propria:multum conferunt ad cognitionẽ discursiuam substãtiæ:& absolutè,& in specie:absolutè quidem, quia ex inexistentia accidentiũ: ipsius substantiæ existentiam concludimus per se:videndo calorem,grauitatem,& cætera huiusmodi, necessarium intelligimus subiectum cui insunt :quia cũ accidẽtia sint: eorũ esse est in esse:& hic substantia,discursu probatur. Et in specie:nã per motum & trãsmutationem materiam: concludimus ex.1.Phys. &.8.Metaph. & per motũ specificum propriũ,cœlo:ipsum incorruptibile concludimus:non compositum ex elementi vt cætera elemẽtata omnia,ex.1.cæli.& per conbinationes possibi l.ẽ quatuor qualitatũ, quatuor esse elemẽta probatur:ex operatione intellectus non organica,concluditur de anima quòd est separabilis,& ideo immortalis.&c.

3.de anima Heruæus. Iandunus. 3.concluſi. ¶De istis duabus conclu.vide Heruеũ quo lib.3.q.12.& Anto. Andreã.7. Metaphi. q.4.&. Ioannem de Iãduno eodẽ. lib. q.3.

Conclu. ¶Tertia cõclusio . Quoad notitiam cõmunem substãtiæ,accidentia non conferunt :quia noticia eorum posterior est.Probatur.Cõcretus substantiæ necessario præsupponitur conceptui accidentium:ergo.Probatur ex Arist.in.7.Metaph.tex.4.vt in principio. q. adduximus. Nam in diffinitione accidentis ponitur necessario substantia:& nõ ecntra:& ibidem Comm. Et quidem secundum hanc veram intelligentiam maximè in via doctoris.S. substantia cognoscitur quo ad cõfusum cõceptum ius accidente: & per propriã speciem quã intellectus agens abstrahit à Phãtasmate, ante quam accidentium speciem: & hoc in virtute substantiæ,à qua Phantasma est causatum:ita vt per illuminationem Phantasmatis,separetur species substãtiæ, ab specie accidentis,vbi latebat vtraque.

Ad argum. ¶ Ad argumẽtum primum patet ex dictis solutio. Nam cognitio quidem confusa habetur substantiæ prius:sed tamen distincta non,imò prius est accidentis. Et in hoc sensu si Herueus in.3.quolib. quæst.12.ad.8. accidentis notitiam substantiam præcedere,intellexit: rectè quidem ad mentem philosophi & doctoris.S.

Ad secũdũ. ¶ Secundum argumentum probat cognitionem imperfectam in distinctam substãtiæ,haberi posse prius sine cognitione accidentiũ,& probat similiter diffinitionẽ quid ditatiuã substãtię,accidentia nõ intrare necessario, quia extranea considerantur: sed tamen non probat, quòd per præuiam cognitionem accidentium discurrendo non veniamus ad cognitionem substantię,neq; probat, quòd per cognitionẽ accidẽtis proprij non sit exacta & distincta cognitio substantiæ: maximè, quia interdum ipsa accidentia propria loco differẽtiæ intrant diffinitionem substantiæ: & per ipsa peruenimus in perfectam cognitionem,vt declaratum est.

¶Ad tertium est solutio ex dictis,substantia inconfuso præintelligitur tanquàm subiectum accidentium: sed hoc non obstat, quo minus accidentia ipsa cõferant ad sensum supra dictum.

QVÆSTIO. III. AN inhærẽtia sit de essentia. accidentis.

Quæstio.3 * RAtione huius tertij argumenti quæritur tertio, An in hærentia sit de essentia accidentis, sicut substãtiæ est proprium perse stare.

1. Argumẽ. Primo probatur quòd in hærentia non sit de ratione accidentis. Patet.In hærẽtia est quidam respectus,fundamẽtũ habẽs in natura accidẽtis:cõmunis quantitati,& qualitati. Tunc est argumentum,si in hærẽtia est de natura accidẽtis,ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

go conuenit ex æquo quantitati, & qualitati: & tanquàm essentia, ergo p dicabitur de vtroque tanquàm genus: sicut esse sensitiuum est de essentia hominis & leonis: & ideo prędicatur de eis sicut genus de suis speciebus: ꝙ si prædicatur, ergo uantitas & qualitas non erunt genera neralissima contra philosophum, vt infra erit notum: sequitur ergo quòd in hęrentia nō est de essentia accidentis.

2 ¶Secundo. Si in hærentia est de essentia accidentis, putà quantitatis, & qualitatis quę sunt absoluta: cum inhęrētia sit respectus, sequitur ꝙ respectus, absolutū perficeret: & sic nullū accidens esset formaliter in se perfectum.

3 ¶Tertiò. Nunquàm respectus, est de ratione formali sui fundamenti: vt infra in prædicamento ad aliquid erit manifestum: sed inhærentia est respectus, & fundamentum est ipsum accidēs cuius est respectus, ergo non est de ratione formali eius, & sic in hærentia non est de essentia eius. nam quòd si militudo vt respectus est, sit de ratione formali albedinis in qua fundatur, intelligi nō potest.

¶In contrarium tamen est quod Porphyrius in litera: vbi accidens diffinitur per inhærentiam.

1. Nota. ¶Pro solutione quæstionis notandum: ꝙ in hærentia, quæ est respectus, duplex consideratur: actualis. s. & habitualis. Actualis tunc est, quando actu in subiecto accidens est: sed habitualis est, etiam si actu non sit: vt si albedo esset separata per diuinam potentiam, adhuc manet natura accidentis, & consequenter esset habitualis seu aptitudinalis inhærentia ad subiectū: semper aptitudinalis concomitatur accidens: ita vt in sacramento eucharistiæ cum maneant accidentia sine actuali inhærentia, saltim ipsa quātitas est sine ea: negari nō potest, quin sit ibi aptitudinalis in hæsio, licet per diuinam potentiam sit suspensa actualis.

2. Nota. ¶Secundo notādum, quòd aliquid potest esse de essentia alicuius dupliciter: vno modo quod est idem essentialiter cū eo, n a men est de suo cōceptu quidditatiuo: sicut verum & bonum, & alia trāscędenta sunt idem essentialiter cum ente, & tamen non sunt dera me formali ipsius, imò se habēt vt propriæ passiones eius: secundo aliquid est essentialiter idem cum aliquo de conceptu quidditatiuo eius, & non secundum additum, sicut animal est de essentia hominis.

¶Tertiò notandum quòd fide catholica tenemus inhærentiam actu non esse de quidditate accidentis, vt dicebamus: si tamē ex sensibilibus est iudicandum ad mentē philosophi secluso miraculo: actualis inhæren tia semper in accidente reperitur, & cū hęc necessaria nō sit quoad eius quidditatem: de aptitudinali quæstio procedat est operæpretium. De quo sunt opiniones. 3. Nota. S. Th. 3. p. q. 77. art. 1.

¶Ioannes Bachō ad mentem Arist. & Cō- Opt. Bache mentatoris in primo sent. d. 28. q. 1. art. 3. nit. tenet quòd vtraq; inhærentia, actualis, & aptitudinalis: & est idem cum accidente, & est de ratione for ali eius, it vt sit formalis differen , qua distingu ur accidens à substantia: sicut rationale distinguit homi nem à bruto. Et probat: quia Arist. in prædicamentis substantiam ab accidēte distinguit: per esse in subiecto, & nō esse in subiecto: ergo sicut st de ratione formali substātiæ non esse in subiecto, erit & accidentis, in esse. Et probat quòd talis in hærentia sit idem cum accidēte: quia si aliud, vel est substantia, vel accidens: si substantia, iam accidens inhæret substantiæ per substantiam: si accidens, cum accidentis sit inhærere, illa in hærentia inhæreret subiecto, & tūc quærendum esset in quo. &c.

¶Secunda opinio est Anto. Andr. in. 7. q. 1. & Socinas eodem lib. & quæstione, qui in sententia tenēt, ꝙ de essentia accidentis, neq; actualis inhærentia, neq; aptitudinalis est: & pro hac opinione sunt argumēta, quæ in principio quæstionis sunt adducta: quia aliàs respectus, perficeret absolutū & esset de essentia eius, quod non videtur. Opt. Anto. A

¶Ad quæstionem sit p conclusio. In hærentia actualis, non est idem cum accidēte: neq; est de essentia eius, neq; de rati formali. Hæc conclusio probata manet ex prædictis. Nam veritas habet catholica: cui nō potest sub esse falsum: in admirando sacratissimo sacramento Eucharistiæ, accidentia vere realiter esse absq; inhærenti a men actuali: est verè & realiter quantitas: quæ ante consecrationem, & omnia alia ac entia panis. 1. Conclu. 4. Conclu. gen. c. 60 quodlibet. ar. 5.

¶Secunda conclusio. Inhærentia aptitudinalis, est idem cum accidente: & de ratione eius. Hæc conclusio probatur. Quia de ratione accidentis est inhærentia, vt patet ex perientia, & patet ex diffinitione eius, & constat ex differentia accidētis, & substantiæ: & non est actualis de ratione eius, vt probatū est: ergo est aptitudinalis, in quo saluatur vera & formalis ratio eius. Hanc con- 2. Conclu.

Capreo. Hereus. conclu. Do. S. in. 4. d. 12. q. 1. ar. 1. quæstiū. 1. ad. 2. & idem de mente eiusdē Capreo. in 4. d. 42. quæst. 1. ad primum factum contra. 5. & 6. concl. Idem Hereus. quolib. 4. quæst. 9.

3. Concluſ. ¶Tertia conclusio. In hęrentia aptitudinalis, sic est idem essentialiter cū accidente, vt nō sit de eius quidditate. Probat ex dictis. Est essentialiter idē, quia intelligitur in accidente talis aptitudinalis in hærentia: etiam si actu non in hæreat. Sicut de ente intelligimus quòd sit verum & bonum tanquàm eius passiones. Sed quòd non sit de quidditate: patet: quia si esset de eius quidditate vel esset genus, vel differentia essentialis: sed in hęrentia non est genus, neque differentia essentialis: quia aliàs nullo modo accidēs posset intelligi sine ea: restat ergo, quòd sit idem & de ratione eius: vt propria passio intelligitur in homine risibilitas, quæ tamen non intrat diffinitionem quidditatiuam: quæ non datur per addi. um.

Ad primū. ¶Ad primum argumentum concedimus inhærentiam aptitudinalem, esse de ratione accidentis, & conuenire quantitati, & qualitati, & omnibus accidentibus: sed tamen non est de quidditate eius, vt dicat genus vel differentiam, & ob id non sequitur quòd prędicetur quidditatiuè essentialiter de quantitate & qualitate.

Adſecundū ¶Ad secundum, in quo tangitur, an respectus alicuius absoluti posit esse perfectio, per distinctionem solui potest. Nam absoDuplex est absolutū. lutum est duplex, quodam omnino absolutum, ita ꝙ non dicit respectum, neq; ad terminum, neq; ad biectum. Aliud est absolutum nō omnino, quod & n terminum nō r spiciat, respicit subiectum in quo est, vel ad quod aptitudinem habet. Ad argumentum conceditur, quod respectus potest perficere absolutum nō omnino, quia tale, sed est accidens, eò quòd dicit respectum ad subiectum saltim aptitudine, & hoc non inconuenit: & cum hoc stat, quòd accidēs dicat perfectionē formaliter absolutè, quia & si non dicat eam primo modo absoli..è, dicit tamen secundo modo.

Ad tertium ¶Ad tertium ex dictis n..ximè ad secundum patet solutio.

QVÆSTIO. IIII. AN ACcidens sit compositum ex materia & forma, vel sit omnino simplex.

Væritur quarto nā de accidente sic sumus loquuti, ac si esset simplex forma, ob id non erit super vacaneum ad debitam intelligētiam scire, an sit cōpositum ex materia & forma, vel sit omnino simplex. * Quæstio. 4

¶Et videtur quòd sit accidens quid compositum: ait Arist. lib. 12. Metaph. tex. 21. omnium generum sunt eadem principia in trinseca: vt species, priuatio, & materia: per speciem intelligit formam: ergo sicut in genere substantiæ principia intrinseca sunt materia & forma: in genere accidentium si militer erit. Primum argumentum

¶Secundò. Si accidens non est compositū ex materia & forma: sequitur quòd est forma simplex: sed hoc non potest esse. Patet: quia sic esset perfectius substantia composita: nam simplicitas est perfectio, simpliciter, quia eam ponimus in primo ente: sed hoc consequens est falsum. argum. 2

¶In omni accidente absoluto, compositio ex genere & differentia inuenitur: ergo cōpositio ex materia & forma. Consequentia patet ex Aristot. qui genus dicit se habere loco materię, & differentiam, loco formæ. Et antecedens patet: quia omne quod est diffinibile quidditatiuè, & genus & differentiam habet: sed accidēs diffinibile est, vt constat, ergo. 3

¶In contrarium est veritas.

¶Pro solutione oportet notare, quòd com Nota. positio potest esse realis, quæ est rei & rei, sicut est compositio materiæ & formæ, & est compositio domus. &c. Alia est compo Duplex cōpositio. sitio secundum diuersas rationes, quibus respondet natura rei: in quantum diuersimodè concipitur, & rationis vocatur compositio. Nam quamvis illa ex quibus res componitur idem sint realiter, formaliter distinguantur, quia vna non est alia, vt contingit in compositionem ex genere & differentia.

¶Accidens est forma simplex, in quo non 1. Concluſ. est compositio rei & rei materię & formæ. Probatur. Quia si talis esset compositio vt esset vnum per se: forma accidentis reciperetur in eo quod in potentia est: quòd materia dicitur: sed hoc est falsum, quia accidens non recipitur in materia quæ est ens in potētia, sed in ente in actu, in quo, vt docet Commentator. 2. de anima. com. 4. forma substantialis differt ab accidentali quia illa recipitur in ente in potentia: & hæc in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ente in actu. Secundò. Quia si in accidente esset materia sicu ex ¦materia q⁹ fit ignis, quia susceptibilis est vtriusq; formæ, sic ex illa materia in accidẽte fieret aliud, & sic in accidẽte esset materia, ex qua ut in substãtia, qđ est contra Arist. 1. Physi. Tertiò qđ est in mediatũ principiũ actio quo, primo agens agit: non habet materiam partẽ sui: sed accidens est huiusmodi, vt calor in igne quo primo calefacit: consequẽtia bona est, & probai maior. Quia si materiã haberet, nõ esset quo primo agens ageret, sed solum ageret per partem illam quæ calore, esset actu.

2. conclusi. ¶Secunda conclusio. Accidens sic est forma simplex, vt compositionem admittat rationum, s. generis & differentiæ. Patet. Omne diffinibile talẽ admittit in se cõpositionẽ: sed accidẽs est diffinibile quidditatiuẽ, vt cõstat: ergo admittit hãc compositionẽ: quæ licẽt realiter non distinguantur, distingũtur tñ ratione: cũ fundamento correspondẽte ex parte rei. Et sic sequitur, quod accidens, licet sit forma simplex: quia sine materia & forma, non tamen simpliciter: quia ibi compositio generis & differentiæ est: & genus se habet admodum materiæ: licẽt non sit vere materia: quia de re in recto prædicatur: & differentia se habeat ad modum formæ, nõ tamen vere est forma: quia in recto prædicatur de re. Nam vere dicitur, homo est animal, & homo est rationalis, & nõ dicitur vere homo est materia, nec homo est anima.

Ad primũ. ¶Ad primum argumentum ad dictum Philosophi. Nõ est intentio eius, quòd omniũ generum, vniuoce, dentur principia intrinseca, sed per quandam proportionem & similitudinem, & sic est in accidente: genus enim admodum materiæ se habet, & differentia admodum formæ. Et quòd hæc fuerit intentio Philosophi: ex exemplo ab eo posito constat: ait enim in genere accidentium, calidum vt formam, frigidum vt priuationem: subiectum vt materiam: constat tamen calidum non esse vere formã, neque frigidum priuationem, neque subiectũ materiam ex qua. &c.

Ad secũdũ. ¶Ad secundum dicendum, quòd neque compositio, neq; simplicitas, sola: sunt perfectio simpliciter, aliàs forma nobilior esse composito cui dat actu esse: sed requiretur vltra simplicitatem, quòd sit in re perse existente, & in natura, cuius tota perfectio sit apta stare indiuisa. i. non resultante ex partibus integralibus neque essentialibus. Propter primum excluduntur formæ materiales, & materia & accidtia: ꝓpter secundũ excludũtur omnes naturæ corporeę à cœlo vsque ad elementum.

Ad tertium. ¶Ad tertium ex dictis patet solutio.

¶Nonnulla quæ hic adducta sunt ad Physicum, & plura ad Metaphysicam spectãt: sed tamen nõ frustra posita, & erunt velut præambulum ad altiora in proprijs locis: ait enim Arist. 5. Metaph. Circa idem versatur dialecticus & Metaphysicus. vnde sicut Metaph. est cõsiderare de omnibus, ita & dialectici, licẽt alia ratione.

CAPIT. VI.

Quæ communia, quæ sua vni cuique vocum quinque, sint.

Textus. DEfinitis autẽ vniuersis, quæ erant posita, genere, inquã, specie, differẽtia, ꝓprio, & accidente, dicendum est, quænam communia, & quæ propria vnicuique sint. Commune hoc itaque omnibus inest, de pluribus prædicari: sed genus quidem de omnibus species sua, & de indiuiduis, quæ sunt sub vnaquaque specie, prædicatur. Et differentia simili modo. Species autem de indiuiduis, quæ collocantur sub ipsa. Proprium verò de specie, & indiuiduis speciei: & accidens de speciebus, & indiuiduis prædicatur. Animal enim de equis, hominibus, & bobus, quę quidem sunt species, prædicatur: & item de hoc equo, & de hoc boue, atque de hoc homine, quæ indiuidua constat esse. Irrationale autem de boue,

boue, de equo, & de singulis similiter prædicatur. Homo verò, qui quidem est species, de singulis solùm hominibus dicitur. Et propriũ de specie, cuius est propriũ, & de indiuiduis, quæ collocãtur sub ipsa: risibile enim de homine, & de singulis hominibus prædicatur. Nigrum autem de Coruorum specie. & de singulis dicitur Coruis atque de Æthiopibus similimodo: quod quidem inseparabile accidens est, vt patet. Moueri quoque, quod accidens est separabile, de equo, atque hominẽ, & de eorum indiuiduis dici solet: verùm primò quidem de indiuiduis, ratione verò secunda de speciebus etiá quę indiuidua continent prædicantur.

Textus. 2. Communia generis cũ differentia. ¶Commune est generi, ac differentiæ, species continere. Continet & differentia species, etsi non omnes eas quas genus continet. Rationale nãque & si non expertia rationis, v animal. Deum tamen ac hominem, quæ sunt species, cõtinet. Præterea vt quæ de genere, vt genus est prædicãtur: & de speciebus, quæ sub ipso sunt prædicantur: sicque etiam de differentia, vt differentia est dicuntur, eadem de specie, quæ ex ipsa constat, similiter prædicãtur. De animali nanq;, quod quidem genus est, & substãtia, & animatum, & sensitiuum: vt de genere cùm dicantur, eadem & de uniuersis, quæ sub animali vsque ad indiuidua sunt, prædicantur. De rationali quoque, quod quidem est differentia: hoc ratione, inquam vti, identidem cùm prædicetur, idem non solùm de rationali, sed etiam de speciebus rationalis, atque indiuiduis prædicabitur. Cõmune etiam insuper illud etiam esse patet: vt si genus tollatur, vel differentia: vniuersa continuò, quæ posita sunt subipsis tollãtur. Etenim vt si nõ sit animal, homo non est, neque etiam equus: sic si non sit rationale, nullum animal prorsus erit, quod sit particeps rationis.

Propria generis, ac differentiæ. ¶Propriũ verò, genus est, de pluribus quàm differentia, species, proprium, atque accidens, prædicari. Nam animal quidem de homine dicitur, equo, aui, atque serpenti: quadrupes autem, de hisce tantummodo dicitur quæ quatuor pedes habẽt: homo verò de indiuiduis solùm humanis: & hinnibile de solo equo, ac singulis equis: & accidens de paucioribus simili modo. Atque sumẽdæ sunt hæ differentiæ, quibus diuiditur genus, non hæ exquibus, generis substantia constat. Præterea. Genus quidem, potentia, differẽtiã cõtinet. Animal enim partim particeps, partim expers est rationis. At differentiæ non continent genera. Præterea. Genus prius est hisce differentijs, quibus diuidi solet: idcirco secũ ipsam tollit: sed ab ipsis non tollitur. Nã si animal

Universidad de Deusto
Biblioteca

tollat, rationale simul irrationale ve, cõtinuò tollitur. Differẽtiæ verò genus nõ tollũt. Nam si vniuersæ quoq; tollantur, substantia animata, sensitiua, mente, cognitioneq; cõcipitur: quæ quidẽ animal est, vt patet. Præterea. Genus quidẽ hoc ipso quid est: differentia verò hoc ipso quale q̃d est (vt dictũ est) prædicat. Præterea. Genus quidẽ vnum est in vnaquaq; specie, vt est in homine animal. Differentiæ verò plures: vt rationale, mortale, mentis, atq; sciẽtię susceptiuũ: quibus ab expertibus rationis animalibus differt. Gen⁹ præterea simile materiæ est: differentia formæ. Sunt & alia cõmunia, propriaq; generis, & differentiæ: hæc autem quæ sunt enumerata, sufficiant.

Textus.3. Communia generis & speciei. ¶Genus & species hoc habẽt cõmune, de pluribus, inquã, vti diximus, prædicari. Species autẽ, vt species solùm non vt genus quoq; sumatur. Siquidem si sit idem species, atque genus: commune est etiã ipsis, & ijs esse priora, de quibus dicuntur: & insuper vtrũque totum quid esse.

Propria generis & speciei. ¶Differũt autem, q̃ genus quidẽ species continet: species autẽ cõtinentur, & non continent genera. Gen⁹ enim ad plura, q̃ species ptinet. Pręterea. Genera prostrata oport.., vt quæ quidem differentijs specificis informata, species nimirum efficiant. Quapropter & priora genera sũt natura: & secum species tollunt: & ab illis non tollũtur. Nã si species quidem sit, erit & genus omnino: sin verò sit genus, non protin⁹ & species est. Et genera quidẽ de quacunq; specie sua vniuocè prædicãtur: species autẽ de generibus non dicuntur. Præterea. Genera quidem ambitu specierum, quæ sunt sub ipsis, speciẽ quanq; Species autẽ genera differentijs suis exuperant. Præterea. Neque species summũ genus, neque genus infima species vnquã fieri pót.

Textus.4. Cõmunia generi cum proprio. ¶Generi cõmune cum proprio est, species sequi. Nam si homo est, animal est: & si homo est, risibile est. Commune etiam est prædicatio æqua: ęquè namq; genus de speciebus, & proprium de indiuiduis, quorũ est propriũ, prædicatur. Etenim æque bos, & homo est animal, & Socrates, & Plato risibile. Cõmune insuper est, & vniuoca prædicatio. Et genus enim de speciebus suis: & proprium de hisce, quorum est proprium, vniuocè prædicatur.

Differentia generi & proprij. ¶Differunt autẽ. Genus enim est prius: propriũ posterius. Esse enim animal, deinde diuidi differẽti, & proprijsq; oportet. Et genus quidẽ de pluribus speciebus, quarũ est genus. Proprium autẽ de vna specie tantùm, cuius est propriũ, prædicatur. Præterea. Proprij quidẽ fit mutua prædicatio: generis autẽ nõ fit. Neq; enim si animal est, homo est: neq; si animal est, risibile est: sin verò homo est, risibile est, & econtra. Præterea. Proprium quidẽ, omni speciei inest, cuius est propriũ, & soli, ac semper. Genus autem omni quidem speciei cuius est genus, & semper inest: non tamen soli. Præterea. Si propria tollantur, genera non tolluntur: sin verò genera tollantur, species continuo simul tollũtur: quibus peremptis, & propria simul pereunt.

Textus. 5. Communia generi cum accidente. ¶Generi aũt, & accidẽti cũmune est, de pluribus, vti dictũ est, prædicari: siue accidẽs sit separabile, siue inseparabile. Moueri nanq; de pluribus, & nigrũ de Coruis, Æthiopibus ve, & quibusdã etiã expertib⁹ anima prædicatur. Pluribus autem genus, atq; accidẽs, differre vidẽtur. Genus enim species, vt patet, præcedit: accidens autem posterius ipsis est, etiam si accidens inseparabile sumat. Prius enim natura id cui accidit, accidente est. Hisce quidem, quibus genus communicatur, æquè & generis communicatio competit: hisce verò, quibus accidens communicatur, non ęquè cõmunicatio competit. Intẽsionẽ enim remissionem ve, communicatio accidentium suscipit: generũ verò non suscipit. Et accidẽtia quidẽ primòin indiuiduis sunt: genera verò, atque species indiuiduis substantijs, priora natura sunt: & genera quidẽ de hisce, quæ sunt sub ipsis, hoc ipso quod est, prędicãtur: accidẽtia aũt hoc ipso, quale quid est, aut quomodo se se habet res, prædicantur. Qualis enim est Æthiops si interrogatus fuerit, niger dixeris: & quomodo se se habet Socrates? ambulat, rẽsponderes aut sedet.

Textus. 6. Hactenus quod genus à cęteris differat, nunc quod inter se reliqua. ¶Genus igitur quo nam pacto à cęteris differret, iam diximus. Fit aũt, vt vnum quodq; etiam cætera rerum à cęteris quatuor differat. Quare cũ hę quinq; quidẽ sint, vnũquodq; verò à cæteris quatuor differat, fit vt viginti oẽs ipsorũ differẽtiæ sint. Quater enim quinq; numerũ prędictum conficiũt. At non ita est, sed cùm si ordine numeres, quod secũdo quidẽ loco numeras, vna deficiat differẽtia, propterea quod est ea iã sumpta: qd tertio verò, duabus: & quod quarto, tribus: & quod quinq;, quatuor: decẽ istorũ vniuersæ, profectò differẽtiæ fiũt, quatuor. 3. 2. vna. Genus cẽm quo nã pacto à differẽtia, specie, proprio accidẽteque differt, iam dictum est. Sunt igitur quatuor differentiæ. Differentia, verò quo pacto quidem differat à genere iam dictũ est, cũ dicebatur quo nã modo genus ab ipsa differret. Restat autem vt quo nam modo differt ab specie, proprio, accidẽte q;, dicatur. Atq; tres hinc differẽtiæ emergũt, vt patet. Species rursus quo quidẽ modo à differẽtia differt, dictũ est. Cùm quo nã pacto differret ab specie differẽtia

dicebatur, quo verò modo à genere differunt, dictum est etiam: cùm quo nam pacto genus differret ab ipsa specie, dicebatur. Restat igitur, vt quo nam modo differt à proprio, atque accidēte, dicatur. Atque duæ iam & hæ differentiæ hinc oriuntur. Proprium igitur restabit, vt quo nam pacto differt ab accidēte, dicatur. Nam quo pacto ab specie, differentiæ, genereq; differt, dictum est antè, cùm illa differre ab hoc dicebantur. Cùm igitur generis, ad cętera quatuor differentiæ sumantur, vt diximus: differētię tres, speciei duæ, proprij vna, quę est accidentis decem omnes istorum profectò differentię erunt. Quarū quatuor, quæ sunt generis ad cętera, vt diximus, nunc deinceps cæteras afferamus oportet.

Textus. 7. Cōmunia differentiæ cū specie.

¶ Commune id itaque differentię, est cum specie, eąuè esse communicata. Singuli enim homines æquè sunt homines, atque rationis participes. Est etiam & hoc commune, semper ijs adesse, quibus communicatur. Semper enim Socrates rationalis est, semperq; homo. Propriū differentiæ, quidem est, semper hoc ipso quale quid est, prædicari: speciei autē hoc ipso quid est, prædicari: nam si homo, vt quale quid sumitur, non vt quidē est simpliciter quale, sed ea ratione, qua differentiæ generi coniunctæ ipsum constituerunt. Prętera. Differentia quidē in pluribus sæpè speciebus videtur esse, vt quadrupes pluribus animalibus specie diuersis inest. Species, autem indiuiduis solis inest, quæ sub ipsa sunt collocata. Præterea. Differētia prior est specie, quæ ex ipsa cōstat: tollit enim rationale hominē, si ipsum tollatur: at homo si tollatur, rationale nō tollit, est enim & angelus. Prętera. Differētia quidē cum alia cōponitur differētia: rationale namque atq; mortale, ad cōstituendū hominem componūtur: species autem cū specie nō componitur, vt alia quidē species oriatur: quidam enim equus cum quodā asino ad muli generationem cōcurrit: equus autē simpliciter cū asino cōpositus, nō effecerit mulū. Differentiæ, & propriū commune quidē habēt æquè, vt cōmunicent his, quibus communicātur. Æquè enim rationalia sunt rationalia, & æquè risibilia risibilia. Et semper ac omni speciei adesse: nā si diminutus etiā fuit bipes, ratione tamen aptitudinis semper dicitur bipes, quoniam & risibile per aptitudinem semper dicitur tale, nō quia semper ridet. Propria autem hæc: nā differentia quidē per se pe de speciebus pluribus dicit, rationale enim de angelo dicit, & de homine. Propriū autem de vna tātummodò specie, cuius est propriū, prędicatur. Et differētia, quidem sequitur ea, quorū est differentia: nō tamen cōuertitur. In pro-

prijs verò fit mutua prædicatio, propterea quòd conuertuntur.

Textus. 8. ¶ Differentię, cum accidēte, commune est, de pluribus prædicari, & item semper ac omni adesse, id modò inseparabile sit accidens. Nā bipes cū omni semper homini cōpetit, Coruis idem, & nigrū esse, omnibus simiter cōpetit. Differre, aūt hisce vidēt. Differentia, nanq; cōtinet species, & non cōtinetur: etenim rationale cōtinet hominē, & angelū. At accidētia tū cōtinēt, ex eo. s. quia in pluribus sunt: tū cōtinētur, propterea q subiecta non vnius accidentis sunt, sed susceptiua pluriū. Et differentia, quidē expers est intēsionis atq; remissionis: accidētia aūt gradus suscipiunt, ac magis alia minusve dicūtur. Præterea. Contrariæ quidē differentiæ misceri non possunt: accidētia verò cōtraria nonnūquàm miscētur. Et hęc quidē cōmunia, propriaq; differē cū cæteris sunt: species autē quo pacto à genere, differentiaq; differt, quidem dictū est tū, cùm quo pacto genus, & differentia à cæteris differrent, diceretur. Reliquum, vt à proprio, accidenteq; differat, consideremus.

Textus. 9. ¶ Speciei, itaque cum proprio, est cōmune mutua prædicatio, nā si homo est risibile est: & si resibile est, homo est, atque risibile, vt aptum est ad ridendum, sumere, vt sæpe numero diximus, oportet. Æquè præterea species, assūt hisce, quibus cōmunicantur: & propria hisce, quorū ppria esse dicūtur. Differre autē hisce videnť. Species enim, & aliorū genus esse potest. Proprium, verò aliorum propriū esse nō potest. Et species quidem propriū antecedit: proprium autem aduenit speciei. Sit enim homo oportet, vt & risibile sit. Præterea. Species quidem semper actu subiecto adest, propriū autem interdum & potētia inest. Socrates em actu quidē semper est homo: nō autē semper rider, quāquàm semper ad ridendū est aptus. Præterea. Quorū definitiones sunt diuersæ, ea etiā sūt diuersa. Deniq; speciei quidē definitio est: sub genere esse, & de pluribus differētib⁹ numero: hoc ipso q̄d est prædicari, & quæ sunt similia: proprij verò, soli & semper, atq; omni inesse.

¶ Speciei verò & accidenti commune est, de pluribus prædicari. Perpauca autē sunt reliqua, quibus conueniūt: propterea quod plurimū inter se se accidens, & id cui accidit, differāt. Propria autem vtriusq; sunt hęc. Speciei quidē, de hisce quorum est species, hoc ipso quid est, prędicari. Accidētis autē hoc ipso quale est, aut quomodo se se habet. Et queq; substātia, vnius quidē speciei plurimū autem accidētium, tam inseparabiliū, quàm separabiliū particeps est. Deinde. Species quidem ante acci-

Textus. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accidentia,mente cõcipitur, etiã ſi in ſeparabilia ſunt(ſit enim ſubiectum eſt,oportet vt illi quippiã accidat:) accidentia autem poſteriora ſunt: & aduentitia natura. Præterea.Speciei quidem cõmunicatio æqua eſt:accidentium autem & ſi in ſeparabilia ſunt,æqua nõ eſt:Æthiops enim magis, aut minꝰ niger Æthiope eſſe poteſt: At enim reſtat: aut de proprio & accidẽte dicamus,quo enim modo propriũ à genere & ſpecie, & differentia differt,antea diximus.

Textꝰ. 11. ¶Cõmune itaq; proprio cũ accidẽte inſeparabili eſt,ſine ipſis nõ eſſe ea,in quibus ſunt. Vt enim ſine riſibili non eſt homo,ſic & ſine nigro Æthiops eſſe nõ poteſt. Et quẽadmodũ omni, ſemperq;, proprium adeſt: ſic & ipſum inſeparabile accidẽs adeſt. Differũt autem hiſce.Proprium enim vni ſoli ſpeciei ineſt: vt riſibile homini:inſeparabile autẽ accidẽs, ceu nigrum,non Æthiopi ſolùm,ſed Coruo etiã,& pici,& hebeno,cæteriſq; cõpluribus ineſt. Quapropter propriũ quidem cõuertitur cũ eo,cuius eſt propriũ:& eſt ipſi æquale: inſeparabile autem accidens non cõuertitur. Ac proprio quidẽ cõmunicatio æqua eſt: accidentium autem ſuſcipit gradus. Sunt & alia communia hiſce quę dicta ſunt,atque propria: verum & hęc ad ipſorum diſtinctionem, communicationemq́ue demonſtrandam ſufficiunt.

IVxta prædicabiliũ numerũ textus.5.ſignatiſunt.Et in primo generaliter quo pacto.5.prædicabilia in vna conueniant ratione deſcribit.1.in prędicari de pluribus. Verũ hoc non æqualiter omnibus conuenire eſt manifeſtum. Genus enim de pluribus q̃ diſſetia prędicari notum eſt. Et etiã de pluribus genus,quàm ſpecies,prędicatur.

Obiectio. ¶Neq; obſtat ꝙ genus de ſpeciebus, quæ in numero finito ſunt,& ſpecies de indiuiduis,quæ ſunt in infinito numero. Nõ obſtat (inquam) quia ſemper ſuperius de inferiori prædicabitur: & ſic cùm infra genus non ſolùm ſpecies ſint, ſed ſpeciei cum omnia indiuidua,non ſolùm prædicabitur genus de ſpeciebus,ſed de omnibus etiam indiuiduis ſpecierũ. Tã enim prædicatio hæc directa eſt: Petrus eſt animal:ſicut iſta: Homo eſt animal: quia nunquam ſpecies ipſa reperitur niſi in aliquo indiuiduo participata,vt in ſuperioribus declaratũ eſt, quando de vniuerſalibus agebamus.

¶Hic etiã cõſiderandũ eſt in fine textus,ꝙ & nos aliàs diximus:ꝙ accidentia (ſi modo ſint cõmunia) prius conueniũt indiuiduo: deinde ratione indiuidui,ſpeciei cõueniũt. Si enim albedo ſpeciei humanæ conuenit, erit,quia per prius in Petro, vel Ioãne reperitur. Si tamẽ ſit accidẽs propriũ, ſecus eſt. Nam cùm id ab eſſentia fluat, per prius in ſpecie,in qua eſſentia eſt,q̃ in indiuiduo. Sicut riſibilitas,& diſciplinæ capacitas.

¶In ſecundo textu,qui incipit (*Cõmune eſt.* &c.) confert genus ad alia quatuor vniuerſalia. Et licèt prius de ſpecie,q̃ de differẽtia: hic tamẽ in comparatione præponit differentiẽ ſpeciei: quia ipſa fit magis vniuerſalis,quàm ſpecies.

Pri. conu. Prædicabi. ¶Primò ponit cõuenientiam:& deinde differentiam. Conuenientia fit inter genus,& differentiam in tribus. Quia ſicut genus cõtinet ſub ſe ſpeciem, ſic & differentia, licèt non tot: vt animal ſub ſe cõtinet plures ſpecies. Rationale continet ſub ſe Deum. Et no biſcum, loquitur more Platonicorum: vt ſupra tetigimus.

Secunda. ¶Secundò cõueniunt: quia ſicut quicquid prędicatur de genere, prædicatur & de ſpecie,ita quicquid prædicatur de differentia, prędicari & de ſpecie oportet. Sicut ſi de animali prędicabitur ſubſtantia, prędicatur & de homine ꝙ ſit ſubſtantia. Si de differentia rationale, prædicatur diſciplinabile: vt omne rationale ſit diſciplinabile, prædicabitur & de homine.

¶Ter-

Tertia. ¶Tertia conuenientia eſt,quod ſicut valet argumentum à negatione generis, ad negationem,ſpeciei. vt non eſt animal: ergo nõ eſt homo:ſic à negatione differentiæ, Non eſt rationale:ergo non eſt homo.

¶Ponit etiam in textu ſex differentias inter genus & differentiam,& primã quod de pluribus genus prædicetur,quàm differentia, & q̃ ſpecies, & omne aliud prędicabile.

¶Sed ne forte aliquis obijciat,quod differẽtia quæ eſt conſtitutiua,vt ſenſibile, animalis,de omnibus illis de quibus animal prædicabitur,declarat ſe intelligere de differentia,quæ diuiſiua eſt,quæ inferior, & nõ de conſtitutiua.

Dubium. ¶Dubiũ tamen hic eſſet, quomodo genus de pluribus q̃ accidens,cum in prædicatione directa,etiã accidens prædicetur de ipſo generaliſſimo:nam ſicut dicitur,Petrus eſt albus,& dicetur,ſubſtantia eſt alba:ergo accidens de pluribus prædicatur.

Dilutio. ¶Reſpondetur, quod hic non fit comparatio generis ad accidẽs in quantũ tale,ſed fit ſic, ꝙ in quolibet genere decem generũ ibi eſt genus,ſpecies, & differentia. Et genus prædicatur de pluribus. &c. & ſic eſt verũ.

Primum diſcrimen. Secundum. ¶Secunda differentia eſt:quia genus continet poteſtate differentias,ſed non econtra: quod patet in diuiſiuis differentijs: nam in animali,rationale,& irrationale,virtute latet. Sed tamen in rationale, vel irrationale nõ ſic animal,ſed immediatè homo vel brutum,inquo reperitur animal.

Tertium. ¶Tertia:quia genus prius eſt differẽtijs:& ſic à negatione generis valet argumentum ad differentiæ negationem, & nõ econtra. Valet ſi quidem.Quia vbi non eſt prius,neque poſterius erit:non tamẽ valet, Non eſt poſterius:ergo nõ erit prius:nam non ſtãte animali,non erit rationale,neque irrationale: ſed tamen non ſtante rationale, poterit eſſe animal:quia poteſt eſſe brutum.

Quartum. ¶Quarta differẽtia eſt clara: quia genus in quid:differentia in quale,prædicatur: licet vtrunque eſſentialiter.

Quintum. ¶Quintò differunt:quia in definitione ſpeciei,non eſt niſi vnicum genus,ſed differentiæ ſunt plures:nam leonem poteſt quis definire per plures differentias,ſi vltimã conuertibilem cum ſpecie non cognoſcat.

Sextum. ¶Sexto:quia differentia cum ſe habeat vt forma,quæ actuat,& informat genus, ſe habet velut recipiẽs,& materia: quia velut in potentia,eſt ad recipiendam hanc,& illam differentiam ſpecificam, ad cõſtitutionem ſpeciei.

¶In tertio textu,qui incipit. (*Genus & ſpecies.* &c.) fit comparatio generis ad ſpeciẽ. Et prima eſt conuenientia, quia vtrunque de pluribus: & cęteræ aliæ conuenientiæ ſunt in aperto. Quod intelligendum docet, de genere generaliſſimo,& ſpecie ſpecialiſſima:quando ponis huiuſmodi conuenientias. Nam ſi de ſpecie,quę eſt ſubalterna,cũ & ipſa genus ſit,nõ erat opus ponere tales conuenientias,aut differentias:cùm neque idem ad ſe ipſum dicatur habere differẽtiã: neque conuenientiam,cùm comparatio inter duo debeat eſſe. Cætera omnia ſunt aperta in litera,de quibus ſat ſit.

Finis libri prædicabilium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESOLVTIO LIBRI CATHEGORIARVM ARISTOTELIS REVERENdi patris Fratris Alphonsi à Vera Cruce Augustiniani, artium, ac sacræ Theologiæ Migistri, & Cathedratici primarij in vniuersitate Mexicana: in partibus Indiarum maris Oceani.

Quis Aut.

TITVLVS libri Græcè sic habet: Aristotelis cathegorię, quod latinè prædicamẽta. Aristo. fuit Philosophorum facilè princeps, & naturæ mõstrum (vt loquitur Hieronymus) ab Stagiria ciuitate Macedoniç originem ducens, ex patre Nichomacho medico ortus: natus ante Christi aduentũ anno. 380. Decimoseptimo ætatis suæ anno sub Platone Athenis cœpit militare, qui tunc celebratissimus habebatur. Qui postquã. 20. annis eius esset discipulus, cœpit in multis à suo præceptore dissentire, maximè in idearũ sententia. Obid Plato dicere solebat, in me Aristoteles recalcitrat, nõ secùs ac in matrẽ pulli geniti. Et Arist. dicebat, velut ex aduerso respondens: Amicus Plato, sed magis amica veritas: vt Ethicorum. 1. insinuat. Postq̃ Platonem magistrum dereliquit. 13. annis publicè in Lycio gymnasio docuit & Peripateticorum princeps est dictus, à peripatin Græcè, eo quòd ipse deambulando doceret: quemadmodum antè Plato magister eius obseruauerat: vel (vt alijs placet) quia locus vbi docebat, Peripatum, id est deambulatorium vocabatur. Tandem anno ætatis suæ. 63 dum in Euboa exularet, vitam finiuit: an ęternam illam inuenerit mortem, quia infidelis, vulgus non dubitat: etsi Abulen. in paradoxis, piè suspicetur de ipso, & magistro Platone, simul & Socrate, fuisse saluos. Nam & si Gentiles, potuerunt (vt verisimile est) habuisse cognitionem veri Dei, ad salutem necessariam: quia, quod notum est Dei, manifestum fuit illis, Deus enim eis reuelauit, ait Paulus. Et de salute Aristote extat liber editus in vniuersitate Colonięsi. Scripsit admodum multa, & quæ apud nos sunt, minima est eorum pars: ob id alia desiderantur. Ipsi soli tribuitur, quòd scięntias ante ipsum inuentas, & nõ dum

Abulen. in paradoxis c. 112.

A. Rom.

Aristo. scripsit multa.

Affectauit obscuritatẽ Aristot.

dum digestas, in ordinem ingenioscè congesserit. Et cùm aliàs ipse eloquentissimus esset ex proposito in suis operibus affectauit obscuritatem: vt agrestes homines, & rudes, deterreret à sui lectione: & ingenioso magis idoneos redderet & doctiores: eo quòd tenaciùs hærent, quæ non sine labore intelliguntur, & difficilem habent accessum: vt experientia docet. Et quidem huius rei extat testimonium Plutarchus. eiusdem (vt refert Plutarchus in Alexandri vita) quem ipse instituerat Aristot. Nam cùm subinde ipsum accusaret magistrum, quòd Metaphysicam in publicum scriptam tradiderit, in qua ipse Alexander cæteris præcelleoat: respondisse fertur, illos libros perinde esse editos, ac si editi non fuissent: insinuans raros fore, qui possent in- Aulus Gellius. telligere. Et clariùs hæc adducuntur ab Aulo Gellio, noctium Atticarum. lib. 20. cap. 4. Ait enim, Alexandrum scripsisse in hæc verba ad Aristot. non rectè fecisse, quòd disciplinas quibus ab eo ipse eruditus fuerit, libris foras editis, inuulgasset: nam qua (inquit) alia re præstare cæteris poterimus: si ea, quæ ex te accepimus, omnibus prorsus fiunt communia? quippe ego doctrina anteire malim, quàm copijs, atque opulentijs. Rescripsit ei Aristot. ad hanc sententiam. Libros quos editos quæris, & non perinde vt arcana absconditos, neque editos scito esse, neq; nõ editos: quoniam his solis qui nos audiunt, cognoscibiles erunt. Hæc ex Gellio. Et nos supra adduximus Themistij testimonium ad hanc rem probandam. Et hæc de titulo sat est dixisse.

Aqeo libro prædicamẽtorum.

¶ Hic liber prædicamentorum ad partem Dialecticam pertinens, editum ab Aristot. vt communis tenet schola, & breuitas, & subtilitas eius testimonium reddit: etiam si, vt Boëtius refert quidam putarint ab Architа Tarentino Pythagorico philosopho compositum.

QVÆ-

QVÆSTIO PRIMA
Anteprædicamentalis

IMprimis hîc est inquirendum, antequàm vltra progrediamur: vtrũ Arist. in isto libro cathegoriarum, intendat tractare de rebus, an solùm de verbis, seu de nominibus? Ratio dubitandi est: nam Alexander Aphrodiseus, & Simplicius cũ Boëtio, existimant Arist. hic ex principali intẽto, de vocibus disseruisse: sed Commentator, & Eustratius contrarium sentiunt, putantes de rebus hic Aristotelem loquutũ: & vtraque opinio habet ipsum Aristotelem pro se. Nam vt nos adnotauimus in principio prædicabilium, quando loquuti sumus in quo nominales à realibus distinguãtur, ali quando Aristotel. loquitur de nominibus ipsis principaliter, aliquãdo de ipsis rebus: nam in isto libro prædicamentorum, quando dicit de æquiuocis æquiuocatis, loquutus est de rebus: & quando postait: eorum quæ dicuntur, quædam cum cõplexione. &c. loquitur de vocibus: nam rebus ipsis id non conuenit: ob id resolutorie de quæstione dicamus quãtum ad propositum est necessarium per conclusiones.

1. Cõclusi. ¶Prima conclusio. Licet tam res, quàm voces ponantur in prædicamento, non solum voces, seu nomina prædicantur, sed etiam res ipsæ realiter, & obiectiuè, & nomina tãquàm rerum signa. Probatur prima pars.

Ratio primæ partis. Homo à parte rei sine aliqua operatione intellectus, est animal rationale: & animal est substantia sensibilis: & viuens est corpus animatum: & animatũ corpus, est corpus: & corpus substantia est: ergo in ipsis rebus est animal genus contractum per rationale, ad esse hominis, & per sensibile, viuẽs, ad esse animal.

Ratio. ¶Probatur quòd voces ponantur in prædicamento. A qualibet essentiali conuentia intellectus abstrahit formalem conceptum adæquatum: ergo qualis erit ordo in rebus, erit in nominibus, homo, animal, viuens &c. quàm in signis rerum.

Probatur 2ª cũda pars. Aristot. ¶Secunda pars probatur, quòd prædicatio cõueniat etiam rebus, & nominibus, seu vocibus, Aristot. 1. Elencho. ca. 1. Postquàm res non possumus in disputationem afferre, vocibus vtimur loco rerum. Ex quibus verbis constat, voces prædicari instrumentaliter, tanquàm signa, & res ipsas realiter, & obiectiue. Et patet ex istis res principalius prædicari: quia propter vnum quodq; tale, & illud magis: sed nomina prædicantur propter res: ergo ipsæ res magis prædicantur. Licet enim sit verũ, quòd nomina proprius prædicẽtur, eo quod significatio propria verbi prædicari, nominibus cõueniat, sed principalitas consistit in hoc, quòd res ipsæ velut finis sunt ipsarum vocum. Obid S. Thom. opuscu. 56. affirmat de mẽte Aristo. res principaliter prædicari: & postea. 1. Periher. lectio. dixit, voces, magis proprie prædicari: distinguendo inter principaliter prædicari, & proprie prædicari ad sensum iam dictum.

Arist. 1. Phisic. text. 5. Aliud est principaliter prædicari, aliud proprie prædicari.

¶Est tamen hic considerandum, quòd sicut suprà de vniuersalibus loquutisumus, quod habeãt fundamentum in re: sed tamẽ vniuersalia actu fiunt per operationem intellectus, sic res ipsæ ante omnem operationem intellectus fundamentaliter prædicantur, & vna alteri subijcitur, eo quod ratio inest Petro substantialiter, & albedo accidentaliter. Sed tamen fit actualis prædicatio, quando intellectus actu considerat animal sub ratione prædicati de ly homo: & ly homo, sub ratione subiecti. Et ideo duplex est sensus istius propositionis, & similium: Animal prædicatur de pluribus differentibus specie, Nam vel est sensus, quòd natura communis animalis est quæ prædicatur: & sic ly animal supponit simpliciter: & ly homo similiter in hac, Homo est animal. Et alius est sensus, si ly homo, & ly animal, materialiter suppo[nat], quia tunc velut nomina prædicantur: quia ex rebus nõ fit propositio, sed ex nominibus.

Conclusio. ¶Liber prædicamentorum est de rebus, in quantum per nomina significãtur, & de nominibus, inquantum ipsas res significant. Hæc est conclusio bea. pat. Augustini in principio libri Cathegoriarum, & Auicenæ in Logica sua, dicentis, quòd voces non cadunt sub consideratione Logica, nisi quatenus rerum signa sunt.

D. August. Auicenna.

Conclusio. ¶Licet hic res considerentur in ordine ad secundas intentiones, quę est prędicari, nõ tamen hic definiuntur secundæ intentiones, vt in prædicabilibus: sed explicantur naturæ rerum substantiæ, & quantitatis, & aliorum prædicamentorum.

Ratio. ¶Ista conclusio eo probatur, quia in prędicabilibus definitur quid genus, quid species, vbi primò, & principaliter ipsæ secundæ intentiones considerantur: sed in isto prædicamentorum libro naturæ rerum: & quid substantiæ conueniat: quomodo nõ recipiat magis, vel minùs: & quòd nihil sit ei contrarium. &c. Et sic de alijs prædicamentis. Hæ conclusiones omnes latius probabũtur in processu libri: sed apposita sint, velut præludium quoddam.

Vtilitas libri. ¶Est hîc etiam cõsiderandum, hũc librum prędicamentorum esse valde vtilem Dialecticò, eo q̃ vniuersalia cognoscere, genera. s. & species, est ei necessariũ. Et tũ id nõ posset rectè cognoscere nisi haberet notitiam prædicamẽtorum. Quomodo enim animal diceret esse genus hominis, & non ly album, nisi quia cognoscit hoc esse accidens, illud substantiam? Itẽ nesciret definire rem ipsam secundùm quidditatem, nisi prius eius quidditas esset cognita. s. si est substantia, vel accidens: quæ notitia habetur ex prædicamentis. Item. Est necessaria cognitio prædicamentorũ ad demonstrandum, quia nesciret quis, quod prędicatũ conueniat de per se, & quod de per accidens, nisi per notitiam prædicamentorum.

¶Nec sunt audiẽdi, qui vitio notant Arist. q̃ frustra cathegorias introduxerit ad Dialecticam ipsam, dicẽtes q̃ Logicus tractat de ente rationis, de secundis intẽtionibus, putà vniuersali: genere, & enunciatione: syllogismo. &c. &. hic liber sit de rebus, & nominibus primæ intentionis, putà substantia, qualitate. &c. De quibus Arist. ex professo quinto Metaphysicæ. Et quia Dialecticus de vero, & falso, quod nõ inuenitur nisi in propositione, & non in vocibus simplicibus. Non (inquam) sufficit audiendum quia non obstante hoc, quod opponunt, concedendum Arist. ingeniosè, & artificiosè ad totam ipsam Dialecticam proposuisse cathegoriarũ tractatũ: quia simpliciũ notitia requisita est ad rectè enuntiandũ, componẽdum, vel diuidendũ. Et licèt Metaphysicus consideret de substãtia, & quãtitate, & qualitate, consideret absolutè de eis, nõ in ordine ad operationẽ intellectus: Dialecticus tamen considerat de eis, quatenus ordinem dicunt ad intellectum ad prędicari de alijs, de per se, vel de per accidens. ob id licèt Metaphysicus cõsideret quod Dialecticus, alia tamen & alia consideratione.

* ¶*Pro maiori intelligentia aduertẽdum, in quo sensu Dialecticus tractet de rebus: eius rationis dupliciter sumitur: primo solum pro eo quod ab intellectu est fabricatum: & extra intellectũ nullũ habet esse, vt oratio, propositio, syllogismus, cõsequentia, antecedẽs, consequens, subiectum, prędicatum, vniuersale, singulare, genus, species, differentia, &c. et alij termini secũdæ intẽtionis. Secundo sumitur pro omni ente reali, non secundum se, sed in ordine ad rationem, pro vt ratio circa illud negociatur: putà negociãs circa animal, tribuit rationem generis, & circa hominem, rationem speciei. &c. Et in hoc sensu omne ens reale potest dici ens rationis: & quando dicitur quod logica versatur circa secundas intentiones, non solùm primo modo sed etiam secundo debet intelligi: & quando dicitur quod prædicamenta sunt entia realia: ita est secundum sui naturam: cum quo tamen stat, quòd intellectus eis tribuat secũdas intentiones: & sic expectet, ad dialecticam. Secundo etiam notandũ quod ens reale potest considerari in aliqua scientia dupliciter: primo modo reali. 1. in ordine ad reales passiones: vt scilicet subijciuntur motui, tempori, loco: vel inquãtum finitũ, vel infinitum, generabile, vel corruptibile. &c. Alio modo logicali. 1. vt referũtur, ad subijci, vel prædicari: vel quod in genere, vel in specie ordinetur. Primo modo scientiæ reales, considerant de ente reali vt Physica, Matematica & Metaphysica: secũdo modo considerat logicus: quod si obicias logicũ tractare de ente reali, quia Aristot. in prędicamẽtis, vt videbimus tractat de proprietatibus substantiæ: quæ & conueniunt, quia res: est dicendum quod hoc est incidẽter & secũdario, sed ex principali intẽto est, vt subijciuntur & prædicãtur.

CAPIT. I.
De Æquiuocis, Vniuocis, & Denominatiuis.

Æquiuoca. AEquiuoca dicuntur ea, quorũ nomẽ commune solùm est: ratio verò substantiæ nomini accommodata, diuersa: vt animal dicitur & ipse homo, & id quod est pictũ. Horũ enim nomen commune tãtummodò

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, ratio vero substantiæ nomini accommodata diuersa. Si quispiã enim quæ nam sit vtriusque ratio animalis voluerit assignare, rationem vtriusque profectò propriam assignabit.

Vniuoca. ¶ Vniuoca ea dicuntur, quorum & nomen commune est, & ratio substantiæ nomini accommodata eadem est: vt animal dicitur & ipse homo, & equus. Nomine nanque communi & homo, & equus animalia nuncupãtur, & ratio quoque substãtiæ vtriusque eadem est. Si quispiam vtriusque voluerit rationem assignare: quę nam sit vtriusque ratio animalis, eandem rationẽ omnino reddet.

Denominatiua. ¶ Denominatiua ea dicũtur, quæ ab aliquo nominis appellationẽ habent, solo differentia casu: vt à Grammatica, Grãmaticus appellationem habet, & à fortitudine fortis.

Diuisio lib. 1. HOC opus prædicamentorum in Græco exemplari, non diuiditur in diuersos tractatus, sed sub vno titulo prædicamentorum. 14. cap. continentur. Tamen communis schola habet, vt in tres tractatus diuidatur totus liber: in anteprædicamenta, in quo tria sunt capitula: & in prędicamenta, in quo sex: & in post prędicamẽta, in quoquinque.

¶ Hæc ergo de vniuocis. &c. dicuntur ante prædicamenta: quia tanquãm præludia ad ipsa prædicamenta: nam omne multiplex prius est diuidendum, q̃ definiẽdum: ob id prius oportet vocem ipsam, quę habet plura significata dividere.

Tres respectus habent prędicamẽta. ¶ Merito ergo istorũ triũ, æquiuocorum, vniuocorũ, & denominatiuorum, in principio prædicamentorum traditur definitio: eò quod solum tres respectus videntur habere prædicamenta omnia. Primus est, in- Primus.
quantum omnia continentur sub ente, & respectu eius sunt quodammodò æquiuoca, vt suprà tetigimus, & latius dicemus: saltim sunt analoga. Secũdus respectus est, Secũdus.
quo singula genera, sua respiciunt inferiora, quæ in eis cõtinentur: vt in genere, species: & in specie, indiuidua, & sic vniuocorum cognitio: quia de eis vniuocè dicitur. Tertius respectus est, vnius prædicamenti Tertius.
ad aliud: inquantum res vnius prædicamẽti de re alterius dicitur: sicut iustus de iustitia: & hoc non contingit nisi denominatiuè. Et istorum trium in principio tradita est definitio.

¶ Notandum etiam, hìc definiri æquiuoca Notãdũ. 1.
æquiuocata & vniuoca vniuocata: quæ sunt res ipsæ significatæ per terminũ æqui- De æquiuocis,
uocum & vniuocum: nam si solum æquiuocum, æquiuocans, & vniuocum vniuocans, quę sunt terminus, æquiuocus, & vniuocus: non loqueretur Arist. in plurali definiendo, sed in singulari potiùs: cum ergo in plurali loquatur, intelligit de ipsis rebus significatis per terminum vniuocũ, & æquiuocum. Dicit Arist. (*Æquiuoca dicuntur. &c.*) Nõ dicit æquiuoca sunt. Ratio est, quia res ipsæ non per se, aut æquiuocè, aut vniuocè sunt: sed dicuntur per respectum ad nomẽ, seu ad prædicari vel subijci quo significantur: sicut canis domesticus, & cælestis sunt æquiuoca, per respectum ad ly canis.

¶ Secundò notandum, per ly ratio diuersa, Notan. 2.
in æquiuocis secũdum reales, & ad mentẽ Arist. intelligi definitionem: ita vt sit sensus, q̃ ratio substantiæ est diuersa in æquiuocis: licet sit nomen commune: quia definitio non est eadem: nam alia est definitio canis domestici, & alia erit sideris cælestis: licet posset intelligi ratio substantiæ in sensu quo aliqui intelligunt: quia conceptus formalis quo canis significat sua illa plura significata non est idem: putà, quia alio cõceptu sydus, alio domesticũ canem: & sic æquiuocus vocatur: quia mediantibus diuersis conceptibus: & vniuocus est homo: quia mediante vno conceptu sua omnia significat. Verùm præstat loqui, vt Boëtius intelligit Arist. loquutum: vt per ly ratio diuersa, definitio intelligatur, & nõ formalis cõceptus. Et etiam extenditur ad descriptionem & notificationem.

¶ De vniuocis sic intelligitur, quòd nomẽ De vniuocis.
est commune, & ratio substantiæ eadem: quia eadem est definitio Ioannis, inquantum homo, quæ est Petri, in quantum homo: & eadem hominis inquantum animal, & leonis inquantum animal: quia vtrobique vniuocè significat nomen, sua significata: sed quia quæ vniuoca sunt, & eadem dici possunt æquiuoca à consilio, & analoga: & ipse Arist. loquens de æquiuoco, exẽplum posuit in ipsis æquiuocis à consilio, quæ sunt analoga: & vniuoca etiam vocantur.

* ¶ *Est etiam cõsiderandũ, quod vniuocũ est duplex scilicet logicum & Physicũ: nã vltra illa, quę in vniuoco logico sunt requisita: in Physico requirit vnitas naturæ: nã quæ sunt diuersarum naturarum non vniuocantur in aliquo vno importante diuersas naturas: etiam si de eo habeatur vna ratio communis: ob id corpus non est vniuocum Physicum: licèt sit logicum: quoniam diuiditur per corruptibile, vt est elementum, & per incorruptibile, vt est cœlũ: quę sunt diuersarum naturarum: Eadem causa species specialissimę, apud Porphyriũ nõ vniuocantur in genere suo proximo: quia cuiuslibet speciei natura diuersa est formaliter ab alia, vt patet: quia habẽt diuersas differentias essentiales, diuidentes genus, & constituentes species: quod insinuauit Arist. 7. Physi. quãdo dicit quod iuxta genera latent æquiuocationes, quod est verũ apud Physicum: & nõ apud logicum: sola species specialissima est vniuoca logice, & Physice: Physice quidẽ, quia natura specifica est vna ex se, neq; est apta plurificari per differẽtias formales: sed solùm per materiam qua plurificantur indiuidua: non erit ab re de analogis aliqua notare, & si supra sermo habitus est.

De analogia. ¶ Notandum circa analogorum naturam, quòd idem est analogia, quòd latinè proportio, seu comparatio. Analogũ ergo est, quod significat plura secundùm rationem proportionalem. Itaque vt in illà, significãdo: nec ratio sit omnino diuersa, vt in æquiuocis, nec eadem, vt in vniuocis: sed sit media, vt tradit Doctor. S. pri. p. q. 13. ar. 5.

3. Thom. Analogia. 1. ¶ Prima ergo analogia est proportionalitatis, vt ridens analogicè significat hominem, & pratum. Et clauis instrumẽtum ad claudendum, & gutturis operculum. Et visus significat sensum corporis, & animę intellectum, vt ait Arist. 1. Ethico. cap. 7.

Arist. Analog. 2. ¶ Secundus gradus analogiæ est, quando nomen plura significat per habitudinem, & attributionem quam habet ad vnum. Et hæc quatuor modis contingit: secundum quatuor causarum genera. Primo, quando ad vnum finem, vt sanum de animali: quia in se habet sanitatem, & de vrina: quia significat: & de medicina: quia causat: & de loco: quia conseruat. Hæc ad vnũ attributionem habent, tanquàm ad finem: ad animal. Ad vnũ efficiens: vt medicinale dicitur de medico, qui habet artem medicinæ: & de instrumentis, & de medicinis, quibus vtitur medicus. Ad vnum subiectũ, vt ens analogicè de substantia, quæ simpliciter est tale: & de accidentibus, quæ sunt secundum quid talia, scilicet, entis entia, videlicet ipsius substantiæ: quia in ea subiectantur, vt ponitur exemplum ab Arist. 4. Metaphysicæ. tex. 2. Aristo.

¶ Ad vnam formam, vel vnum exemplar: vt homo viuus, & pictus. Statua enim homo dicitur: quia ad exemplar hominis viui, facta. Ad hunc Analogiæ gradum reducuntur omnes Metaphorę propter similitudinem quamlibet: vt leo, de leone, & homine iracũdo, propter similitudinẽ in ira: & de CHRISTO propter similitudinem in fortitudine. Ecce quomodo dantur analogiæ gradus. Et vt adhuc exactiùs ista nota sint, ponãtur propositiones, quarum sit prima.

¶ Quamuis æquiuocum à consilio etiam dicatur analogum, non tamen æquipollent inter se: nam licèt (vt ex mente Aristotelis constat) omnia analoga sint æquiuoca à cõsilio, non tamen omnia æquiuoca à consilio sunt analoga: vt si pater propter aui memoriam, filium appellet nomine patris, est nomen æquiuocũ à consilio, & tamen non analogum: quia nõ significat propter similitudinem. 1. Propos.

¶ Analoga differũt ab omnibus alijs æquiuocis: quia alia æquiuoca, pluribus impositionibus sua significata significant: analoga verò vnica solùm: vt Nicomachus filiũ Aristotelis, & patrem eiusdem Aristo. Sed tamẽ ridere solùm fuit impositum ad significãdum hominem gaudio affectũ: & deinde sine noua impositione vsus trãstulit ad prati virorem designandum. Et sanum solùm fuit impositum ad significandum animal sanum: & propter attributionem significat vrinam. &c. 2. Propos.

¶ Analogum semper significat vnum prius, & principaliter, & aliud posterius, & minùs principaliter: vt visus principaliùs visum, & secũdariò intellectum. Et leo animal, & deinde hominem iratum. 3. Propo.

¶ Non est eadem significationis ratio omnium analogorum: nam quædã significãt 4. Propo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnam ſolam formam,vt illa quæ per attributionem ad vnum finem, & ad vnum efficiens:vt ſanũ, ſolum ſanitatem, quæ eſt in animali,à qua vrina ſana,& medicina ſana. Et medicinale, ſolùm ſignificat artem quę eſt in medico,& ab ea inſtrumenta dicuntur medicinalia. Analogatum proportionalitatis non ſignificat immediate vnam rationem obiectiuam cõmunem,ſed duas: vt ridere,hominis interiectionem:& analogicè,prati virorẽ,quæ ſunt diſtincta. Hæc ſufficiat dixiſſe de analogis, latius qui voluerit poterit in Caietano in proprio tractatu de analogis videre.

Æquiuocorum gradus diuerſi. Ariſto.

¶Sicut ponũtur analogorum modi diuerſi,ſic etiam æquiuocorum. Primus gradus æquiuocationis eſt in genere:vbi ex mente Ariſt.æquiuocationes latent.Nam dato animal ſignificet vnum gradum perfectionis,ſcilicet ſenſitiuum,tamen iſte gradus non æqualiter inuenitur in omnibus animalibus : nam ſecundum differentiarum perfectionem,ille gradus magis,vel minus perfectus eſt: vt ſenſitiuum in homine perfectius:quia per rationale contrahitur: & in Elephanto perfectius,q̃ in aſino, quia à perfectiori differentia. Et iſti inæquales gradus perfectionis vocantur ab Ariſtot. æquiuocationes.Et ſicilicet ſæpe allegatur dicere, in genere latere æquiuocationes: non ſic dicit expreſsè,ſed latere multa.

2. Gradus. ¶Secũdus gradus æquiuocationis eſt analogia,ut dictũ eſt,qui gradus vocatur æquiuocus à conſilio.

3. Gradus. ¶Tertius eſt æquiuocus à caſu,quando illa plura æquè primo ſignificat, & nomen eſt idem, ſed ratio ſubſtantiæ omnino diuerſa,vt canis de piſce & ſydere.

Dubium. ¶Circa denominatiua, quæ alio vocabulo coniugata dicuntur:& abſtractũ,& concretum,eſt dubium,quid Ariſt. definiat in præſenti:vtrum ipſa nomina,vel res ſignificatas per nomina. Pro cuius declaratione notandum, tria eſſe in iſtis denominatiuis conſideranda ex parte rei : ſcilicet rem denominantem, quæ eſt forma ipſa,vel abſtractum : quæ ideo abſtractum vocatur, quia ipſa non importat ſubiectum in quo eſt forma:ſicut albedo ſolum albedinẽ importat.Etiam debet conſiderari denominatiuum,vt album:nam denominatiuum vocatur iſtud concretum à forma, quã denominat:& vocatur concretum:quia licèt formam dicat ly album de principali ſignificato,etiam cõcernit ſubiectum ipſius formæ.Tertiò cõſideratur denominatum, & eſt Petrus,vel Paulus,qui eſt albus.

In denominatiuis tria conſideranda.

Solutio dubij.

¶Dicendum ad dubium, definitionis hũc eſſe ſenſum. Denominatiua ſunt res, quæ ab aliquo, à quo ſecundùm nomen ſolo caſu differunt,appellationem habent.Et poſita eſt definitio in plurali, vt intelligamus ab eodem abſtracto plures res denominari:vt à ſapientia dicitur & homo ſapiẽs: & ſermo ſapiens:& conſilium ſapiens : vt inquit pat. Auguſt.Non ergo intelligẽdum, quòd ipſa denominatiua debent inter ſe caſu differre, ſed debent differre ab illa forma,ſeu ab abſtracto, à quo determinãtur. Nomen ergo denominatiuum eſt formaliter ſignificans formam:ea ratione,qua ſubiectum denominat,vt album: & ſiue dicamus ſignificare formam connotando ſubiectum,vt dicit Commentator. 5.Meta.cõ. 14.vel dicamus ſignificare ſubiectum connotando formam, vt dicit Auicena, nihil refert, dummodo in re cõueniamus, quòd ipſum denominatiuum,ſeu concretũ formã ipſam principaliter ſignificet.Sed modum loquendi Auicenæ ſequũtur nomina les.& modũ Commentatoris reales.

D. Auguſt.

Cõmentator

Auicena.

Tria genera denominatiuorum.

¶Solent diſtinguere tria denominatiuorũ genera,putà:voce tantùm,vt homo, & humanitas: vbi homo nõ cõnotat humanitatem deformali,vt ly album, cùm nõ ſit terminus cõnotatiuus.Item:ſtudioſus,& ſtudium: quia non eãdem rem ſignificant.Recdicuntur tantũ,vt virtus,& ſtudioſus:quia eandem rem ſignificant:ſed voce non conueniunt vitioſus,& malitia.Voce,& re: vt iuſtus & iuſtitia,albus,& albedo & hęc proprie dicũtur denominatiua, quæ alio vocabulo à patre Auguſtino ſuis cathegorijs vocantur Parinomia.

B. Auguſt.

CAP. SECVNDVM. De Complexis,& incomplexis.

EOrũ quæ dicũtur, alia cũ cõplexione alia ſine cõplexione dicũtur. Illa talia ſunt:homo currit,homo vincit:hæc iſtius modi ſunt,homo,bo,ſcurrit,vincit.Eorũ quæ ſunt: alia de ſubiecto quidem

quidem dicuntur, in nullo verò ſunt prorſus ſubiecto : vt homo, de quodam homine dicitur, vt de ſubiecto in nullo autem eſt ſubiecto. Alia in ſubiecto quidem ſunt,de nullo verò ſubiecto dicũtur. Atq; id in ſubiecto eſſe dico,quod in aliquo quidem eſt, & non vti pars,vt ſit autem ſeorſum ab eo, in quo ineſt, fieri nequit:vt quędam Grammatica eſt quidem in anima,vt in ſubiecto, de nullo verò ſubiecto dicitur:& hoc album in ſubiecto quidem eſt corpore(omnis enim color in corpore eſt) de nullo verò ſubiecto dicitur.Alia de ſubiecto dicũtur,& in ſubiecto enim ſunt: veluti ſcientia: in anima quidẽ eſt, vt in ſubiecto,de grammatica autem dicitur, vt de ſubiecto. Alia neq; in ſubiecto ſunt, neque de ſubiecto vllo dicuntur: vt quidã homo:& quidam equus: nihil enim taliũ,aut in ſubiecto eſt, aut dicitur de ſubiecto. Atq; indiuidua ſimpliciter,& ea quę vna numero ſunt,de nullo quidẽ ſubiecto dicuntur: in ſubiecto autem nõnulla ipſorum nihil prohibet eſſe.Quędam enim grammatica exijs eſt planè, quæ in ſubiecto quidem ſunt: de nullo verò ſubiecto dicuntur.

ADuerte, quod complexum eſt triplex: ſicut & in complexum, voce tantum, ſignificatione tantũ, voce & ſignificatione ſimul: exemplum primi, vt primogenitus Philippi Regis filius:ſecundi vt canis:tertij vt homo albus,Modi eſſendi,in,vt colligitur ex Petro Hiſpano ad octo modos reducũtur: primus ſicut pars integralis,in toto: vt manus in corpore humano :ſecundus totum in ſuis partibus: corpus humanum in ſuis membris.Tertius ſpecies in genere homo in animali: quartus genus in ſpecie,vt animal in homine : quintus formam in materia,ſiue de ſubſtantiali,ſiue accidentali:ſextus effectus in cauſa efficienti: vt flos in radice: ſeptimus ſicut aliquid in fine, vt virtus in beatitudine: octauus locatum in loco tempore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FIGVRA DEMONSTRANS SINGVLORVM MEMBRORVM prædictæ diuisionis conuenientiam, & differentiam.



FIGVRA BOETII



INter substantiam,& accidēs,ponit asystaton,inter vniuersale & particulare, quia simul nequeūt consistere,aut conuenire. Inter substantiam autem, & vniuersale non ponit asystaton, quoniam simul constant,itē in reliquis.

PRo intelligentia literæ Arist.vbi de cōplexis,& incomplexis loquitur, oporteret adducere aliqua, nisi iā à nobis dicta essent in terminis: ob id solùm notandum erit,quę hic posita sunt & de vocibus posse intelligi, & de rebus. Si de vocibus sermo sit,per dici de subiecto, debet intelligi, essentialiter prædicari de aliquo: vt animal dicitur de subiecto, scilicet de hoie: & homo de Petro,& Ioanne essentialiter, & quidditatiue:& hoc est de subiecto dici. Et esse in subiecto est, esse in aliquo tanquàm accidens,& de eo prędicari accidentaliter: sicut album dicitur de homine: & albedo est in subiecto,vel albū est in subiecto, putà in Petro,vel Paulo. Et isto modo intelgunt nominales.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid est dici de subiecto, & esse in subiecto.

¶ Si tamen de rebus sit sermo (vt reales intelligunt, & verius ad mentem Arist.) dici de subiecto est, essentialiter esse aliquo, & mediante aliquo termino de illo essentialiter prædicari. Et esse in subiecto est, accidentaliter esse in aliquo tanquàm in subiecto accidentali: vel mediante aliquo vocabulo accidentaliter de aliquo prædicari. Et sic natura animalis dicitur de subiecto, quia est de essentia hominis: & albedo est in homine, quia accidentaliter dicit de eo.

Prī. mēbrū.

¶ Arist. ergo diuisione posita, vult comprehendere omnem naturam rerum: nam cum quelibet mundi res vel sit substantia, vel accidens: & si substantia, vel vniuersalis, vel singularis: & si accidens, vel erit vniuersale, vt color, & albedo: vel particulare, vt hæc albedo, hic color. Et nil aliud vltrà potest esse. Si substantia est, & vniuersalis, oportet prædicetur de suis inferioribus, & hoc est dici de subiecto. Et quia ipsa substātia est, & per se stat, oportet in subiecto nō sit: quia esse in subiecto, solū conuenit accidenti: animal, & homo, & de subiecto dicūtur, & in subiecto non sunt: & sic habetur prima pars diuisionis.

2. Pars.

¶ Alia sunt, quę cum sint in subiecto: nō dicuntur de subiecto: & hæc sunt singularia accidentia: vt hæc albedo: hic color: in subiecto quidē est: quia substantia non est: sed accidens. Et quia accidēs est singulare, sub se, non cōtinet de quo prædicetur: ob id in subiecto est, & de nullo subiecto dicitur. Et declarat ampliùs Arist. ibidem in textu naturam accidētis in singulari, dicens esse in subiecto: quòd in aliquo quidem est, & non vti pars. Hæc dicit, quia dato sit differentia in specie: & forma substātialis in materia: non tamen est accidens: quia & differentia, & forma substantialis, sunt essentiæ partes: sed tamen accidens nō est pars subiecti: quia aduenit iam cōpleto, & in actu existenti. Et dicit vlteriùs, de natura ipsius esse accidentis, vt nō possit extra subiectū in quo est reperiri: nam esse eius, est inesse. Per naturam enim fieri nō potest, licèt per Diuinam virtutē in sacramēto altaris contingat, accidens sine subiecto esse: saltem ipsa quantitas erit sine subiecto, etiā si alia omnia accidētia in Ostia cōsecrata in quātitate subiectentur, iuxta doctrinā S. Tho.

S. Tho. 3. p. q. 77. art. 2. 3. Pars.

¶ Tertium membrum diuisionis est. Eorū quę de subiecto dicunt, & in subiecto sunt: quæ intelligitur de accidenti vniuersali: siue sit genus, vt color, siue species, vt albedo: nam vtrunq; vniuersale accidens est: & de subiecto dicitur: quia de suis inferioribus prædicatur quidditatiuè: Albedo est color: & hæc albedo est albedo, & est in subiecto: quia color nō reperitur extra subiectum: cùm de ratione accidentis sit inesse. Et quia proprium, sicut esse risibile, flebile, disciplinabile, in homine: naturam accidentis respiciunt: quia nō essentialiter prædicantur de suis subiectis: licèt ab essentia fluāt: comprehendūtur in parte diuisionis, sicut & accidentia quæ cōmuniter sunt.

Quartum membrum.

¶ Quartum diuisionis membrum est. Eorum quæ nec in subiecto sunt, neq; de subiecto dicuntur: in quo comprehendit substantiam singularem, individuam quæ vocatur prima substātia: vt Petrus, Ioannes, hic leo, hic equus. &c. Sic istæ substātiæ individuæ nec in subiecto sunt: quia nō sunt accidentia, nec de subiecto dicūtur in directa prædicatione: quia sub se non continēt alia individua, quandoquidem ipsa indiuidua sunt. Et sic prima pars diuisionis, & vltima, de substantia intelligitur. Et conueniunt, quia nulla est in subiecto: sed differunt, quia vniuersalis substantia, de subiecto dicitur: & singularis de nullo subiecto. Duæ mediæ diuisionis partes de accidente: & secūda quidem de vniuersali accidente, & tertia de particulari. Et cōueniunt secūda, & tertia in hoc, quòd vtrunq; in subiecto est: quia tam vniuersale accidens, q̄ singulare in subiecto reperitur: differūt tamen: quia vniuersale de singulari sibi subiecto dicitur, & singulare accidens de nullo subiecto dicitur, licèt sit in subiecto. Etiam conuenit vniuersale in substātia, cum vniuersali in accidenti: quia vtrunq; de subiecto dicitur: sed differunt, quia vniuersale substantiæ in subiecto non est, & vniuersale accidentis sic. Etiam cōueniunt tertium & quartum membrū, scilicet singulare accidentis, & singulare substantiæ: quia nullum de subiecto dicitur. Differunt tamen: quia accidens in subiecto est, & tamen singulare substantiæ in subiecto non est. Tertium membrum cum primo in nullo conueniunt: ob id à Boëtio dicūtur asystatō: quia sicut primum non est in subiecto, & dicitur de subiecto: tertium est in subiecto, & non dicitur: & sic secundum cum quarto membro, asystaton: quia secūdum est in subiecto, & dicitur de subiecto: quartum nec est in subiecto, nec dicitur de subiecto. Et sic manent regulæ declaratæ, & figuræ explicatæ,

Dubium.

¶ Hic posset esse dubium, qualis sit hæc diuisio

Albertus. Venetus.

uisio ab Arist. posita. Albertus dicit, esse generis in suas species: sed Paulus Venetus negat. Verùm solutio patet: suppositò sub hac vna quadrimēbri diuisionē tres latere bimēbres. Prima naturarū, alia per se subsistens: vt substantia. Alia inexistens, vt accidens, & hęc est analogi in sua analogata: eo quòd ens dicitur analogicè de substātia, & accidente. Altera diuisio est naturarū: alia vniuersalis, alia singularis: & hæc est subiecti in accidentia: nam esse vniuersale naturæ cōuenit, non de per se, sed p operationē intellectus. Tertia diuisio est prædicatorum, seu vniuersalium: aliud est in natura substātię, aliud in natura accidentis, & hæc est diuisio generis in species: nā hoc quòd est quidditatiuè prædicari, vniuocum est substantiæ, & accidenti. Et sic est dubium solutum, quòd diuisio illa posita ab Aristote. & sit analogi in sua analogata, & sub iecti in accidētia, & generis in species suas.

Argumē. 1.

¶ Contra prædicta est argumentum. Aliqd est natura, & tamen non comprehēditur in aliquo membro diuisionis: ergo non est sufficiēter posita diuisio. Patet de differentia essentiali, vt ly rationale: quia vel includitur sub natura accidentis, & hoc non, cùm essentialiter dicatur de homine: vel includitur sub substantia: & hoc non: quia in hærere videtur subiecto: nam sicut forma materiæ aduenit, sic differentia generi. Itē Neque est vniuersale: quia non habet aliquid inferius, de quo quidditatiuè prædicetur: nec est singulare: quia prædicatur essentialiter de specie, & de indiuiduis speciei: & sic non videtur comprehendi in diuisione.

Ad argum. 1. Solutio.

¶ Ad hoc argumentū aliqui respondēt: dist. etiam esse vniuersale, & prædicatū subiectię: quia dici de aliquo, est essentialiter prædicari. Et quia rationale prędicatur essentialiter de specie, & de omnibus indiuiduis, sequitur esse vniuersale.

2. Solutio.

¶ Sed melius est dicere ad intentionē. Arist. in prædicta diuisione non comprehendi differentiā: quia solùm voluit loqui de illis, qui per lineā rectā ponuntur in prędicamento: ob id sicut hic non meminit de prędicatione denominatiua, ciuis iustus à iustitia. &c. neq; meminit de illis, quę ad latus ponūtur in eodē prædicamento: sicut non diffiniunt partes naturę substātię: putà formā quæ inest materiæ, sed perfectā substātiā: sic neque prædicatū differētiæ: quæ ad latus ponitur in prędicamento substantię. Et ratio eius est: quia solum voluit declare re id quod est prædicatū simpliciter quidditatiuè inferioris: quod non cōuenit differētiæ. Non enim habet quidditatiuè inferius: nā licèt prędicetur essentialiter de homine, & de Petro, non tñ in quid, sed in quale: quia non est species, nec genus, sed differentia.

Argumē. 2.

¶ Adhuc esse posset vnum argumentū cōtra illud quod dicitur, q̄ substantia dicitur de subiecto. Est Arist. authoritas. 7. Meta. tex. com. 46. dicētis, substantia nō dicitur de subiecto: ergo malè dictū est in primo membro diuisionis, quòd dicitur de subiecto, licèt non sit in subiecto.

Arist.

¶ Præterea. Accidens nō est in essentia subiecti: quia nec humanitas est calida, neq; risibilis: ergo sequitur quòd accidens nō est in subiecto. Et sic secundum membrum diuisionis non est bene positum.

Argumē. 3.

Ad 2.

¶ Respondetur ad secundum, cōcedendo Arist. loquutum Metaphysicè: quia Metaphysicè loquendo, substantia non dicitur de subiecto: quia ibi nō est sermo de prędicatione, sed de rei essentia: & non conuenit ei secundùm hanc rationem esse in subiecto, nec dici de subiecto, sed per se stare. Sed hìc loquitur Dialectice, vbi de prędicationibus, & vniuersalib⁹ sermo est. Et ideò optimè dictum substantiā dici de subiecto: quia vniuersale dicitur de suo quodditatiuè inferiori. S. Thom. in loco illo allegato.

S. Thom.

Ad. 3. pri. Solutio.

¶ Ad tertium dicendum, non esse inconueniens concedere, accidens esse in essentia: nam gratiam ponimus in animæ essentia. Item quia licèt non de directo, ex cōsequēti ponitur in essentia: vt quia albedo in homine, & ea homo dicitur albus: sic etiā consequenter dicantur poni in essentia: quia in homine cuius est. Vel dicendum, & melius, quòd per ly esse in subiecto, non intelligitur esse in essentia, sed esse in supposito, quod est subiectum.

Solutio. 2.

CAPIT. III.

De regulis anteprædicamentorum.

Regula. 1.

VM quippiam de quopiam prædicatur, vt de subiecto, ea quæ de prædicato dicuntur, dicentur etiam de

Universidad de Deusto
Biblioteca

subiecto:vt homo de quodã homine prædicatur:anima' autẽ de homine prædicatur: igitur animal de quodam etiã homine prędicatur: quidam enim hc.no & homo est,& etiam animal.

Regula. 2. ¶Eorum quæ sunt diuersa genere,& non ita se habẽt,vt alterum sub altero collocetur, diuersæ sunt specie,& differentiæ,vt animalis,atq; scientię. Animalis nanq; differẽtię sunt,gressibile,& bipes,& volatile, degẽsq; in aquis: scientiæverò nulla ex his est differentia. Non enim hoc scientia à scientia differt,quòd sit bipes.

¶Eorum verò generum quorum alterũ sub altero collocatur,easdem esse differẽtias nihil obstat: supera enim de suis inferis prædicantur. Quare quotquot differẽtiæ prædicati sunt, totidem erũt & subiecti.



I Cponit Arist.duas regulas anteprædicamentales: nã quia in superiori capitulo egit de prædicatis,& subiectis:quando aliquid dicitur de aliquo tãquàm de subiecto:nisi tis regulis voluit declarare naturam prędicati,& subiecti, quomodo id quod dicitur de prædicato, debeat etiã de subiecto dici:vt si homo est animal: & animal est substantia: homo sit substantia.

¶Prima regula,scilicet. *Cùm quippiam de quopiã prædicatur ut desubiecto,ea quæ de prædicato dicuntur,dicuntur etiam de subiecto*: à diuersis diuersimodè exponit. Sed quia Boetij expositio est magis ad intentionem Arist.hanc ponemus.quã & sequimur. Ait enim ipse. Quando aliquid de aliquo, seu alterum de altero prædicatur,sicut de subiecto: id est quidditatiuè:quicquid prædicabitur quidditatiuè de prædicato, prædicabitur & de subiecto:vt si homo est animal, & animal est viuens,homo etiã est viuẽs:vt videatur regula intelligi solũ de linea recta prædicamentali,& non se extendat ad differentias: quia in secunda regula id declarauit.

Boetius.

¶Quòd oporteat regulã intelligere in prædicatione essentiali vtrobiq; patet.Nã aliàs non tenet: quia de Ioãne prædicatur homo essentialiter:Ioannes est homo: & de homine prædicatur sapiens,homo est sapiẽs:sed quia id nõ essentialiter, sed accidentaliter, ly sapiens,non prædicatur de Ioanne.

¶Et quidẽ licèt Arist.hic non de modo argumentãdi loquatur, quia solùm de simplicibus vocibus est sermo,tamẽ in hac regula fundatur il' : modus,qui dicitur,D primo ad vltimum.&c.Quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, sequitur ad antecedens:nam si homo est animal: & animal est sensitiuum: sequitur de primo ad vltimum,q homo sit sensitiuus.Sic etiã:est homo:ergo est animal:est animal: ergo sensitiuũ:sequitur est homo : ergo sensitiuus.

¶Hic obiter(alibi ex proposito)considerãdũ est,huiusmodi argumentationes gratia materiæ valere,non enim sunt formales cõsequentię:nã si in prędicationibus accidentalibus sumantur,nõ tenet:vt diximus paulò antè.Nõ enim valet,Petrus est homo,& homo est calidus:ergo Petrus est calidus:licèt posset probari,vt etiam esset bonus modus arguendi,in virtute regulæ,etiam si essent accidentalia prædicata:vt si vniuersaliter capiatur prædicatũ:sic . Homo est animal:& omne animal est frigidum:ergo homo est frigidus.Ioãnes est homo: & omnis homo est iustus:ergo Ioannes est iustus.Si prædicatum in secunda propositione vniuersaliter prædicetur,quicquid de eo dicitur,dicetur & de subiecto.

¶Iste modus arguẽdi,q in virtute prędictę regulæ põt tenere,aliquãdo est pluribus intermedijs propositionibus:aliquando solũ vna:nã potest sic contingere.Petrus est homo:& homo est animal:& animal est viuẽs: & viuens est corpus:& corpus est substantia:ergo Petrus est substantia.Vel si solùm sit sic.Homo est animal: & animal est substantia:ergo homo est substantia.

¶ * Ad hoc ergo quod argumentatio teneat,oportet nonnulla seruare: primum * arguas in prædicatis per se: quia nõ sequitur vt diximꝰ:Sortes est homo & hõ est albus: ergo Sortes est albꝰ.Secũdo vt sit argumẽtũ in prędicatis per se,& primę intẽtionis: non enim sequitur homo est animal : animal est genus:ergo homo est genus: quia genus est,terminus secundæ intentionis: tertiũ est requisitum:vt sit prædicatio directa,maximè in secũda propositione: nam sequitur homo est animal : animal est asinus:ergo homo est Asinus : quartũ quod non sit vtraque propositio negatiua:nõ sequitur homo non est asinus:asinus non est rationalis : ergo homo non est rationalis: quinto vt teneantur termini in vtraq; propositione vniformiter non sequitur homo est albus:album est accidens : ergo homo est accidens:homo est animal: animal est trisyllabum.ergo homo est trisyllabus,mutatur suppositio formali in materialẽ.&c. Et hæc de prima regula.

¶Secunda regula. *Eorũ quæ sunt diuersi genere,& non ita se habent,ut alterum sub altero collocetur,diuersæ sunt specie differentiæ*. Vt *animalis, atq; scientiæ*.Hæc regula duas habet partes. Prima , quòd genera,quæ non sunt subalternatim posita,habent differentias specie differẽtes:& ideò non debet legi,sicut passim legitur, diuersæ sunt species,vt ly species sit nominatiuus, sed diuersæ sunt specie differentiæ:vt ly differentię,sit nominatiuus pluralis.Et iste error cõprobatur ex Græco originali.

¶Secunda pars regulæ est.*Eorum verò generum , quorum alterum sub altero collocatur : nihil prohibet easdem esse differentias* : vt animatũ est differentia viuentis : & etiam est animalis, quia animal ponitur sub animatum.Et sensitiuum est differentia animalis , & est differentia hominis.

¶Oportet latiùs vtranq; partẽ regulæ declarare exẽplis. Ipse ponit exẽplum de animali: & scientia. Animal habet volatile. Gressibile,Reptile,Aquatile. &c. Scientia habet,Sermotionalẽ,Ethicã. Metaphysica.&c.Certũ est differentias inter se istorũ generum differre specie.Itẽ.In eodẽ prædicamẽto substantiæ, corpus animatum: & corpus inanimatũ:quia non adinuicẽ sunt sub alternatim posita, differũt differentiæ: nã inanimatũ diuidit in cæleste , & elemẽtare:& animatum, insensibile,& insensibile:istæ differentiæ specie differunt.

Dublum.

¶Sed est dubiũ pro prima parte regulę:de quibus differentijs loquatur, de diuisiuis, aut de constitutiuis.Sunt qui dicãt, loquutum de diuisiuis:quia sic ostendunt exempla.Sic Titelmanꝰ in sua dialectica: & probat:quia si de constitutiuis, nõ tenet verũ: nam loquendo de generibus superioribus, animal,& plãta non subalternatim ponuntur,cùm nec sub planta animal,neque sub animali planta: tamen habent easdem differentias cõstitutiuas:nempe, animatum, & corpo[illegible]um.

Titelman. Solutio. 1.

¶Sed alij dicunt Arist. loquutum indifferenter de differentijs tam diuisiuis , quàm constitutiuis. Intelligendo tamen de differentijs immediatè cõstituentibus: nam tunc etiam est verum , quòd si sint generanon subalternatim posita, non solum diuisiuæ differentiæ specie differunt, sed etiam constitutiuæ : vt patet in exemplo allato è Titelmano:nam propria differentia animalis constitutiua, quę est sensibile, differt à propria,quæ est constitutiua plãtæ,quæ est insensibile : animatũ autẽ cum insensibile,plantam constituit, sicut sensibile cum animato,animal.

Solutio. 2.

Nota.

¶Hic etiam est considerandum , regulam nõ intelligi de generibus generalissimis: si quidem cum generalissima predicamentorũ non habeant supra se genus, neque propriasdifferentias: ob id licèt non sint subalternatim posita, non habent differentias specie differentes.

Argum.

¶Adhuc potest esse argumentum contra primam regulam: quia secundùm opinionem Stoicorum,substãtia corporea,& substantia incorporea , sunt duo genera non subalternatim posita: tamen differẽtiæ nõ differunt specie. Patet,quia rationale differentia,constitutiua hominis,est constituti ua angeli:ergo.

Solutio.

¶Ad hoc respondetur ab aliquibus, illa esse genera subalternatim posita. s. sub substantia:quia corporeum, & incorporeum, sub substãtia:& hic non esset inconueniẽs: sed hoc non valet: quia verè non subalternatim ponuntur,& sic dicendum,quòd illa opinio Stoicorum est falsa.

Reijcitur. Solutio.

Declaratio 2. Regulę.

¶Secũda regula sic declaratur. Quia cùm superiora semper de inferioribus prædicẽtur, sequitur quòd differẽtia superioris poterit esse inferioris:nam si de animali, sensibile, & etiam de homine dicetur: & tamen quia dicit Aristot. non inconuenit eadem esse. &c. dat intelligere , non esse necessarium eadem esse: quia potest etiam esse diuersa:nam auis,& animal,sunt genera subalternatim posita:quia sub animali ponitur auis,& differentiæ animalis sunt,volatile, aquatile , gressibile. &c.Sed tamen sola vna superioris,cõuenit inferiori.s.volatile: quæ differentia est constitutiua inferioris, & diuisiua superioris , erit verum,quòd diuisiua superioris potest esse constitutiua inferioris:vt in exemplo posito : etsi dicamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus,quòd differẽtia animati diuisiua,quæ est sensitiuum, est constitutiua inferioris, scilicet,de ly animal, regula ma..et declarata,quòd quando duo genera sunt subalternatim posita: non inconueni.. eãdem differentiam,quæ est superioris diuisiua,esse inferioris constitutiuam: & diuisiu.. inferioris,põt esse diuisiua superioris, inadæquatè tamen:vt rationale,& irrationale, quæ diuidunt animal,diuidunt viuens, sed inadæquatè.

* ¶ * Obiter hic nota ex secunda regula, non sequi quin vna eadem res,posit in diuersis prædicamentis poni: nam idem Aristote.3. Physic.dicit motum locari in prædicamento actionis,& prædicamento passionis: & scientia in prædicamẽto qualitatis,& relationis sicut & sensus:sed intẽdit Arist.quod eadẽ res sub eadẽ ratione, non potest locari indiuersis prædicamentis: & quando aliquid ponitur in diuersis,est sub ratione diuersa,vt scientia,in quãtum qualitas,in prædicamento qualitatis:& in quãtum dicitur in ordine ad scibile,in prædicamento relationis. Et simili ratione corpus, etiam si sit species subalterna,ponitur & in prædicamento substantiæ: & in prædicamento quantitatis,quia nõ secundum eandem rationem: sed quasi æquiuoce:nam corpus, vt est substãtia: nõ abstracta à quãtitate & materia: est in prædicamento substantiæ,vt autẽ est trina dimẽsio, est in prędicamento quantitatis.

CAPIT. IIII.

De decem prædicamentis generatim.

EOrum quæ nulla complexione dicũtur,singula aut substãtiam signi-ficant, aut quãtitatẽ,aut qualitatẽ, aut aliquid, aut vbi,aut ,uãdo, aut sitũ esse, aut habere,aut agere aut pati. Est autem substantia quidem,vt in summa dicamus:velut homo,equus: quantitas autem, vt bicubitum, tricubitum: qualitas,vt album, grammaticum:ad aliquid,vt duplum,dimidium, maius: vbi vero,in foro,in Lycio: quando autem,vt heri, superiore anno: situmverò esse,vt iacet,sedet: habere autem,vt calceatum esse,armatum esse:agere verò vt secare, vrere:pati,v.. secari,vri.

¶Singula igitur eorum quæ dicta sunt, ipsa quidem secundùm se nulla cum affirmatione, negatione ve dicũtur. Horum autem ad se inuicem complexione, aut affirmatio,aut negatio sit. Videtur enim omnis affirmatio vel vera,vel falsa esse. Eorum autem quæ secundùm complexionem nullam dicuntur,nihil neque verum,neque falsum est: vt homo, album,currit,vincit.

POsitis quæ pertinent ad ante prædicamenta, hic Aristote.de ipsis prædicamentis tractat. Et reiectis illis, quæ secundum complexionem dicuntur, in quibus affirmatio, vel negatio est, dimidit illa, quæ incomplexa sunt: in decem genera generalissima, in quibus omnia mundi entia continentur. Et dicit. Aut significant substantiam,aut quantitatem, &c. Et licet videatur hic Aristotel.de vocibus loqui, eo quod voces sint, quæ sine complexione dicuntur, & quæ significant: tamen (vt nos alias diximus) sic de vocibus loquitur,vt principaliter de rebus per voces significatas: quod patet in exemplis ab eo positis in litera. Ait enim. Significat substantiam,vt homo,equus: sed cõstat quòd vox homo,non significat substantiam:ergo de re loquitur, & non de vocibus: ob id aliquando sermo erit de rebus, aliquando de vocibus,vt ipse idem Aristot. Tamen si quando de vocibus, non erit principaliter de ipsis,sed pro quanto res ipsas significãt, & important.

¶In prædicamento non ponitur aliquod complexum, sed solùm incomplexa. Qua propter ante diuisionem in decem genera, dicit.

¶ *Illorum quæ sine complexione dicuntur.* Et probat solùm ista poni in prædicamento, quæ incomplexa sunt: quia in eis non est affirmatio vel negatio:quia non est diuisio,aut compositio,sed sumuntur simplices voces ipsæ, vel simplices res tãquàm quædam rudimenta prima,in quibus consideratio totius logi.. videtur virtute contineri: imò non solum ad ipsam dialecticam facit talis consideratio,sed ad omnem aliam scientiã, vt in discursu patebit.

* ¶ * Quatuor ergo conditiones sunt requisitæ, ad hoc quod aliquid ponatur in prædicamẽto: prima quod sit incomplexum: secunda quod sit vniuersale, tertia quod sit.. extra intellectũ: & non res ficta vel imaginata:quarta quod sit ens limitatę naturæ,idest quod si est substãtia,nõ sit quãtitas:& si quantitas, non qualitas:ob quod 6.transcendentia,non ponuntur in prædicamentis:sed sunt superiora: nam substantia,& quãtitas,& qualitas,sunt ens:verum, bonum,aliquid.&c.

QVÆSTIO PRIMA.

An ens sit genus ad decem prædicamenta.

QVærit primò, an diuisio posita ab Arist. entis in decẽ prædicamẽta, sit generis, in suas species, vel analogi,in sua analogata. Hæc quæstio in parte tracta est in superioribus,quando de prædicabilibus agebamus:sed tamẽ illa quæ ibi nõ sunt dicta,erunt adducenda. Et videtur q ly ens,sit genus ad decem prædicamenta: & sic sit diuisio generis in su.. species. Ens vniuocè prædicatur de decem prædicamẽtis,& quidditatiuè:quia ens significat essẽtiam in generali,nõ hanc,vel illam : & hoc est de essentia cuiuslibet rei.vt Arist.4.Meta.cõmen.4.insinuat : ergo est genus ad omnia. Patet consequentia ex definitione generis suprà posita. Item: quia si nõ esset genus,& nõ est species,nec differentia:neque propri.. neq; accidens, & est vniuersale:sequeretur qd daretur aliquod vniuersale,vltra illa quinque posita à Porphyrio. 1.Argum.

¶Secundo. Ens est vniuocum ad substantiam,q.. propriè,& quidditatiuè dicitur ens:ergo datò ad alia omnia prædicamenta ly ens genus non esset, esset ad substantiam saltim,& sic ens genus dicendum.

¶In contrarium est: quia non dicitur vniuocè de substantia & accidente, sed potius analogicè, (vt supra diximus) ergo genus non est ad decem prędicamenta. In cõtrariũ

¶Ad quæstionẽ respõdetur negatiuè. Ens nõ est genus ad decem prędicamenta. Hęc est cõclusio omniũ Philosophorũ: & apertè eam in isto loco insinuãt. Nã cum genus generalissimũ sit, supra quod nõ est aliud genus:si esset generalissimũ, decẽ prædicamẽta ab eo posita nõ essent generalissima: sed sunt generalissima,& sic ab Arist.vocãtur:ergo ens nõ est generalissimũ supra ea. Quæstio. Conclusio. 1.Ratio.

¶Secundò. Quod nõ vniuocè prædicatur de aliquibus, non potest ad ea esse genus: sed ens non prędicatur vniuocè de substãtia,& accidente:sed analogicè(vt supra dictum est) ergo nõ est genus ad substantiã, & accidens. 2.Ratio.

¶Tertiò. Omnis species genus superat indifferentia(vt dictum est in tertio prædicabili)sed nulla est differẽtia speciei alicuius, vel alicuius prædicamenti, quæ nõ immediatè, & explicitè includatur in ente: cùm eo q est,ens erit:sequitur ergo q ens nõ est genus ad alia prędicamẽta. Et Arist.3.Meta.commen.10.probat conclusionẽ. Quia omne genus est extra essentiã & quidditatẽ differẽtiæ: sed ens est de essentia & quidditate rerũ omnium : ergo non est genus. Certum est q animal est extra essentiam rationalis:quia in ordine ad rationale se habet velut materia,& per rationale cõtrahitur ratio animalis,ad speciem hominis : & quod ens sit de essentia cuiuslibet rei,patet in loco citato. &. 4. Topicorum cap. 6. & 10.Meta.commen.6.&.8.Meta.commen. 16 ..robat ens non intrare definitionem aliquam quidditatiuam:quia non dicit specialem gradum quidditatis non inclusum in differentia:sed cum definitio quidditatiua constet ex genere, sequitur .. si ens non potest constituere definitionem quidditatiuam,quòd non est genus. 3.Ratio. Ratio Arist

¶Ad argumenta in contrarium, Ad primũ patet solutio,tam ex dictis in prædicabilibus,quàm in isto loco:nõ enim dicitur vniuocè Ad.1.argu.

1.Argum.

Aristo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uocè ens de substantia,& accidente: ob id non habet rationem generis.

Ad.1. ¶Ad secundum dicendum,quod si vniuersale capiatur eo modo quo in prædicabilibus,vt tantum valeat sicut prędicabile,vniuocè de suis inferioribus,non est vniuersale: quia non est prædicabile vniuocè: si tamē vniuersale dicatur id quod de pluribus dicitur,siue vniuocè,siue analogicè, ens vniuersale est. Nec est inconueniens quòd non sit aliquod illorum quinq; ibi positorum:& dato ly ens,non sit genus ad decem prędicamenta, sed cōmune omnibus decē, in quantū actualitatem dicit rerum:potest poni reductiuè in prędicamēto substantię: quia actualitas proprie ad substātiam pertinet, & ob hoc dicit S.Tho. esse prædicatū substantiale: quia actualitatem importat, quæ videt esse substātię actus, vel effectus.

* ¶* Et aduertendū cū ens diuidatur in substantiā & quantitatē,& ad aliquid, & qualitatem,& alia prędicamenta: non vt genus, neq; vt vniuocū sed vt analogum:vt in.4. Metaph.probatur: sequitur quod motus, nō erit extra prædicamēta:cū sit ens quod affirmat Philo.in 3. Phy ficorū quādo motum diffinit. Sed quia cōparatur ad suum terminū,vt imperfectū, ad perfectū: in illo prædicamēto debet poni, in quo est terminus eius reductiue:sicut pars,est reductiue in prædicamento in quo est suum totū: & sic generatio, & corruptio, in sensu quo sunt motus:ponūtur in prędicamento substantię:quia terminus est substantia:& augmentum, ponetur in prædicamēto quantitatis:& sic de alijs prædicamentis:de quo etiam plenius in.5. Phy ficorū & in.3.Phy ficorum.S.Tho.motum sumēdo prout est actus imperfectus iam receptus in mobili: est in omnibus prædicamētis in quibus est terminus acquisibilis per motum.

QVÆSTIO SECVNDA
Vtrùm sufficienter numeren tur.10.prędicamenta.

Argum.1. QVæritur secūdò,vtrum sufficienter ab Arist. diuisio facta fuit,rerū omnium in prædicamenta decē. Videtur ꝙ non.

¶Frustra fiunt per plura, quæ possunt æquè bene fieri per pauciora:sed omnia mūdi entia includuntur in hoc ꝙ est esse ens per se, & ens per accidens: ergo non opus est ponere decem prædicamenta.

Argum.2. ¶Secūdò. Omnia nouem cōprehendūtur sub vno accidente:ego frustrà sunt posita. Patet.Omnia essētialiter in hoc cōueniūt, quòd est in alio esse,& non per se: ergo solùm vno cōceptu omnia intelliguntur: cū à cōuenientia essentiali sit abstrahibilis cō ceptus communis.

Argum.3. ¶Tertiò. In entibus rationis reperitur ordo superioritatis, & subiectionis:& tamen non ponitur aliquod prædicamētum pro ente rationis: ergo non sufficienter posita est diuisio.Maior patet ex ipsis vniuersalibus prædicabilibus.

In contrar. ¶In contrarium tamen est Aristotelis authoritas, ponentis solùm decem voces, in quibus omnia mundi entia continentur.

Nota. Plat.opinio. ¶Pro solutione quęstionis est notandum, Platonē sensisse vnū solum esse generalissimū omniū, quod de omnibus vniuocè, & ad quod omnia haberent ordinem,& reducerentur:& id vocabat ens.Quæ opinio reiecta est in superioribus, & reprobatur à Porphyrio. cap.de specie, & ab Arist.3. Meta. text.10.

Pythagoræ opinio. ¶Pythagoras tū multiplicauit prædicamēta, vt non cōtentus istis.10. vocibus posuerit.20.decem positiua,& decem priuatiua. Quæ opinio etiam reijcitur ab Arist. 1.Meta.c.5.quam & S.Tho.ibi lectione.8. relegat. Istis suppositis,sit prima conclusio.

1. Conclus. ¶Prędicamēta decē ab Aristo.posita,sunt sufficienter enumerata, & neq; plura,neq; pauciora esse debēt:nā suppositō ens dicit primò,& principaliter de substantia, & minus principaliter per attributionē de accidente: primū prædicamentū substāti.. est: ¶Statim diuiditur ens, in ens rationis, & ens reale. Entis rationis sunt tres gradus, negatio,priuatio,& secunda intentio. Negationes,quia res fictę(vt Chimæra)nō habent entitatē.Priuationes, quia dicunt priuationem in subiecto,ponūtur reductiuè, vt positiua forma.Secunda intentio nō ponitur in aliquo decem : manet ergo solum ens reale ponibile in prædicamēto.Et quia nouem modis cōtingit ens reale, quod per se non stat,esse in alio,ponuntur solum nouem prædicamenta:& vnum substātiæ: & sic solum sunt decem.

Sufficientia 10. prædicamentorum. ¶Ad cuius sufficientiam notandum,quòd in substantia tria sunt notāda: materia, forma,& compositum: & in accidentibus cōsiderandum, quædam inesse substantiæ ab intrinseco,& alia ab extrinseco. Hinc colligitur sufficientia prædicamentorum,vt S. Thom.5. Metaphy. lectione.7. & in opusculis. Si accidēs ab intrinseco inest substātiæ:vel absolutè conuenit,vel non:si sic, & ratione materiæ, est quantitas: si ratione formæ, qualitas. Si per respectum ad aliud conueniat,sumitur prædicamentum ad aliquid.Et sic sunt quatuor prædicamēta potissima,ɔ substantia, Quantitas, Qualitas, Ad aliquid.

S.Thom.

¶Si tamen accidens sit ab extrinseco, ponuntur alia.6.Nā si ab extrinseco,& nō est mensura, est prædicamētum habitus, vt vestitum esse: si est mensura, vel quantitatis, & est vbi:aut est durationis mensura,& est quando:& si sit dispositio partium,est prædicamentum situs: si partim ab intrinseco, & partim ab extrinseco, est prædicamentum actionis, & passionis, & sic sufficiēter

* sunt enumerata.* Vnū tamen considerandum., quod ista decem prædicamenta sic sunt dispositа, vt sumantur à modis specialibus entis:& ideo inter ipsa non est confusio:& vnum non prædicatur de alio formaliter:& sicut ex ista consideratione modorum specialium entis, distinctio prædicamētorum:sic ex modis essendi entis,in cōmuni,sumitur numerus transcendentium: vt quia ens statim indiuisum intelligitur sit vnum transcendens:& quia tale est diuisum à quolibet alio,sit aliquid:&quia quidditatē habet,res est:& quia res,cōformitas ad intellectum erit: & sic verum:& quia tale suam habebit perfectionē, & rationem appetibilis:& erit bonum:& talis erit ordo quo ad suas formales rationes, inter ipsa transcendentia. De quibus supra diximus: quanuis Plato bonū & vnum,inter trāscendentia ponat prius quàm ens:quiailla duo dicūtur de non ente : nēpe de materia quā dicebat bonam,quia formam desiderat: & est vna quia in se diuisa,& per quātitatem diuiditur. Sed tamen prima assignatio tenenda:& Plato hic relinquēdus:quia si materia est bona,est in ordine ad esse.

Ad primū. ¶Ad argumenta respōdetur. Ad primū,dato ita sit,ꝙ omnia mūdi entia cōprehendātur in hoc quod est ens p se, & ens per accidēs:sed quia quod est,esse ens in alio,vel per accidēs,multipliciter cōtingit, vt patet ex enumeratione: ob id nō sufficeret ponere duo prædicamēta, sed fuit requisitū ponere nouē, ad declarandū nouem modos,quibus contingit esse in alio,vel non per se.

Ad secundū ¶Ad secundū dicēdum,ꝙ dato nouem intelligātur de accidente,sed tū quia aliter accidēs inest substātię.sab intrinseco: vel extrinseco,ponit aliud,& aliud prędicamētū.

Ad tertium ¶Circa tertiū argumentum est notādum, ꝙ est diuersa opinio circa secundas intētiones, vtrum debeāt poni in prædicamento, & sic est diuersa solutio. Nam Buridanus in fine prędicamentorum,& alij cum eo dicunt, entia rationis poni in prædicamento relationis,quia respectū dicūt. Sed hoc nō videtur:quia cùm in prædicamentis solùm entia realia ponantur:in prædicamento relationis solum reales relationes ponentur.

Opinio.1. Buridani. Reijcitur opinio.

Opinio.2. ¶Alij dicunt, quòd entia rationis nō sunt in speciali prædicamento,sed communiter in omnibus:quia cùm entia rationis sint de genere,& specie, & in omni prædicamēto sit genus reperiri, & species: sequitur ꝙ in omni prędicamento sunt : tamen hoc non est ad mentem Aristo.quia nomina nō ponuntur in prædicamento secundum materiale significatum,sed ratione formalis . Et dato substantia,quātitas,qualitas,&c. sint genus, aut species : sed intentio generis est aliud ꝙ substantia,vel quantitas, vel qualitas.Et ideo dicēdum,entia rationis esse extra decem prædicamenta : nam antequàm Arist. poneret decem, distinxit ens, in ens reale,& rationis : & relinquēs ens rationis, de ente reali posuit illa decem.Ob id(vt dicit Paulus Venetus)aut entia rationis pertinent ad ante prædicamenta,vt prædicabilia sic dicantur, aut oportet fingere vndecimum prædicamentum, in quo sit ordinatio entium rationis. Et quòd non ponatur in aliquo decem S.Tho.de potentia.q.7.artic.9.probat. & in opusculis. Vnde manet solutum.3.argumentum.

Reprobāt opinio. Opinio.3. Paulus Venetus. S.Tho.

¶* Ex istis patet manifestè, Laurentiū Valensem deceptū in sua dialectica : qui vnum solum posuit trāscendens. s. res : & solum tria esse prædicamenta.s.substantia,qualitas,& actio:atq; Thomas Briat etiam seclusis,qui Laurentium Valensem nititur defendere:hęc enim contra Aristo.doctrinā,sunt inuenta : & contra bene Philosophantes de quo latè disputat doctor Ciruelo in sua illa egregia quæstione de trascendentibus.

QVÆSTIO. III AN DE cem prædicamenta distinguātur per modum prædicandi & essendi.

Tertia

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Quæstio. 3 Primum argumentum

TErtia quæstio de prædicamẽtis: An distinguãtur decem prædicamẽta per modũ prædicandi,& esse dicti. Et videtur quòd nõ: res primæ intẽtionis, quæ verè sunt entia realia, non distinguũtur per res secũdæ intentionis, quæ solum habent esse per operationem intellectus: sed prædicamenta decem sunt res primæ intentionis: quia verè entia realia, vt supra dictum est: ergo non distinguuntur per modum prædicandi saltim. Patet, quia modus prædicãdi, est ab intellectu fabricatum: & est terminus secundæ intentionis.

2 ¶ Secundo si prædicamenta distingueren tur per modum prædicandi: cum in quolibet prædicamento sunt duo modi prædicandi: in concreto, & in abstracto: vt albedo est color, & Sortes est coloratus: essent 20. prædicamenta, & nõ solum. 10. & iam saltim in nomine conueniremus cum Pythagora, qui posuit. 20. prædicamenta.

3 ¶ Tertio probatur ꝙ modus essendi, non faciat distinctionem. 10. prædicamentorũ. Quia modi illi essendi in alio: vel sunt de intrinseca ratione eorum, vel non: si sic, ergo esse in alio sic est de intrinseca ratione quãtitatis, sicut rationale de ratione hominis: sed hoc est falsum: aliàs in sacratissimo sacramento Eucharistię non esset vera quantitas, quia non est in alio, & si non sunt de intrinseca ratione: ergo non essentialiter contrahunt ad prædicamenta, neque essentialiter distinguunt ea.

¶ In contrarium est Arist. in litera.

1. Nota. ¶ Pro debita intelligentia est aduertendũ: quòd prædicamentum tripliciter sumi potest. Vno modo pro intentione, quæ dicitur potest prædicamẽtalitas, quæ est ordo vel relatio inter genera & species secũdum diuersum modum prædicandi secũdum sub & supra, & sic est secũda intentio, & est de mera consideratione logici. Secundò sumitur prædicamentum pro rebus prædicamentalibus vt res sunt. s. substantia quantitas qualitas. &c.

Prædicamẽtum triplici ter sumitur.

¶ Tertiò sumitur pro ipsis rebus, pro vt stant sub intentione prædicamentalitatis, quo modo complectitur ens reale, & rationis.

2. Nota. Duplex modus prędicãdi.

¶ Secundò notandum: modi prædicandi sunt in duplici differẽtia. Quidam sunt ex cogitati per operationem intellectus solũ: ut chimæra est animal: quidam fundati in ré diuersimodè correspondente ex sui natura, vt esse principium, & esse finem: prædicatur de puncto, eo quòd super naturam eius vterq; modus fundatur, quia terminat & incipit.

3. Nota. ¶ Tertio notandum, quòd modi essendi in re sunt in duplici differẽtia. Nam quidam sunt actu distincti, vt esse album & dulce in primo: quia à distinctis qualitatibus sumũtur. Alij modi sũt nõ actu distincti: sed solum secundum diuersos conceptus, vt scientia secundum quòd est qualitas, & vt ordinem dicit ad scibile: & actio vt ordinẽ ad agentem, vel ad patiẽtem vna & eadem est res, & modi essendi multiplicantur secundum diuersos conceptus. Modus essendi diuersus.

4. Nota. ¶ Quartò principia distinctiua quędã sunt proxima, & alia vltimata: nã elementa qualitatibus distinguuntur proximè, sed vltimatè suis formis substantialibus, in quibus proxima principia fundantur. His suppositis ad quæstionem.

Varię opi. Anto. Andr.

¶ Circa quæstionem variæ sunt opiniam de mente doctoris sub. Anto. Andr. in. 5. Metaph. q. 7. tenet, quòd. 10. prædicamenta non distinguuntur per diuersos modos prædicandi, sed per diuersos modos essendi: non distinctos realiter, sed ex natura rei i. per distinctionem formalem: quam Scotistæ mediam ponunt inter realem distinctionem & rationis, de quibus aliàs.

Opinialis

¶ Alia est opi. Heruei in. 1. quolib. q. 9. qui videtur affirmare, quòd prædicamenta nõ distinguuntur realiter, sed per operationẽ intellectus: nam per diuersos modos intelligendi eandem rem possunt diuersa prædicamenta constitui, sic infra erit manifestum ad quæstionem.

1. Conclu.

¶ Prima conclusio. Prædicamenta sumpta præcisè pro re prædicamentali, quæ est solum operatio intellectus, & ens rationis, nõ distinguuntur aliquo nisi se ipsis: quia sunt primo diuersa in nullo vniuoco conueniunt: quia cum sit ordo prædicamentalis, & est distinctus tunc quæro: vel se ipsis illa quæ in ordine sunt posita distinguuntur, vel alio addito: nõ alio addito: quia nõ habent sic aliud, nisi intẽtionem secundã: imò & talis ordo est illa secunda intentio, quæ nullum reale habet esse nisi per intellectum: ergo se ipsis distinguuntur.

2. Conclu.

¶ Secunda conclusio. Prædicamenta sumpta pro rebus prædicamentalibus vt stant sub secundis intentionibus, immediate distinguuntur per diuersos modos prædicãdi: fundatos super rem ipsam. Prima pars proba-

probatur. Nam diuersus est modus prædicandi substantiæ quàm sit quantitatis vel qualitatis: & quidem non intelligas diuersos modos prædicãdi vt in prædicabilibus inquid vel in quale: quia ibi alia est ratio, quàm in prædicamentis: nam tam in quid est: albedo est color: sicut, homo est animal: sed iuxta alium modum cõsideratum in ipsis rebus realibus. &c. Iuxta regulas positas in ante prædicamentis dixi fundatos supra rem: quia si non esset consideratio de fundamentis, maneret solum fictio per secundas intentiones.

1. Conclus. ¶ Tertia conclusio. Decem prædicamenta distinguuntur vltimatè per diuersos modos essendi, actu distinctos, vel diuerso modo correspondendi: distinctis conceptibus. Nam modi prædicandi distincti, fundantur super distinctos modos intelligendi: & distincti modi intelligẽdi fundãtur super distinctos modos essendi: nam conceptus, in re fundatur: si vanus non est: ergo de primo ad vltimum distinctio prędicamentorum, penes diuersos modos essendi vltimatè sumenda est. Dixi actu distinctos: quando sunt res distinctæ: vt in substantia, quãtitate, & qualitate, & ad aliquid. Vel ex diuerso modo concipiendi rem: vt esse in loco, vel esse in tempore, esse vestitũ, vel nudum. &c. Hæc est doctrina S. Tho. in quæstionibus de veritate. q. 1. art. 1.

S. Thom.

Ad primum

¶ Ad primũ dicẽdum vt patet ex notabilibus, quòd secundæ intentiones non distinguunt prædicamenta, in quantum solum sunt entia rationis: sed ipsæ intẽtiones, quatenus fundamentum habẽt in re reali, sunt quæ faciant distinctionem rerum diuersos modos prædicandi, vt dictum est in secunda conclusione.

Ad secũdũ.

¶ Ad secundum stat solutio, ꝙ distinctio in prędicamentis sumatur secundum modum diuersum prædicandi de prima substantia: nam nulla res alterius prędicamenti prædicatur de prima substãtia in abstracto: nam hæc est falsa, Sortes est color, vel Sortes est albedo: quamuis rectè in concreto Sortes est coloratus vel albus: & sic non est ponenda alia series prædicamentorum per abstractum sicut per concretum: licet quando in concreto de subiecto sit prędicatio: vt homo est albus, sit vere prædicatio nomine sed non ratione: quia accidens nõ est de essentia subiecti, quod est prædicari ratione.

Ad tertium

¶ Ad tertium dicendum, quòd esse in alio actu, non est de intrinseca ratione accidentis: vt aperte probatur ex fide catholica, cui non potest subesse falsum: sed tamen esse in alio vel inesse aptitudine, de intrinseca ratione accidentis probatur esse, vt supra in prędicabile. 5. disputatum est: sic ex illo modo essendi vario in alio actu: vel aptitudine: optimè distinctio prædicamentorum sumi potest. Et sic prędicamenta distinguuntur non per modos prædicandi tantum, vel per modos varios intelligendi tantum, vel per modos essendi tantum: sed per hęc omnia, diuersa tamen ratione.

CAP. QVINTVM.
De substantia.

Textus. 1.

SVbstãtia autem, quæ quidem prope, imprimisq;, & maximè sic dicitur, est, quæ neque de subiecto aliquo dicitur, nec in subiecto aliquo est, vt quidam homo, & quidam equus. Secundæ verò substantiæ, species hæ; in quibus quas in primis substantias appellabamus insunt, dicuntur, & hæ quidem, & harum specierũ genera: vt quidam homo, in specie quidẽ hominis est: genus vero speciei, animal est. Secundæ igitur substantiæ hæ dicũtur, vt est homo, atq; animal.

Textus. 2.

¶ Manifestum autem ex ijs quæ diximus est, quòd eorum quæ de subiecto dicuntur, necesse & nomen, & rationẽ de subiecto prædicari: vt homo de subiecto quodã homine dicitur. Prædicatur etiam & nomẽ: hominem enim de quodã homine prædicabis, & ratio quoque hominis de quodam homine prædicabitur: quidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam enim homo,& homo,& animal rationale mortale dicit: quare & nomẽ,& ratio de ſubiecto prædicabitur.Eorũ verò quæ in ſubiecto ſunt,in plurimis quidẽ neque nomẽ,neq; ratio prædicabit de ſubiecto:in aliquibus autẽ nomen quidẽ nihil prohibet de ſubiecto prædicari interdũ, ratione verò eſt impoſsibile:vt albũ,cũ in ſubiecto ſit corpore, prædicatur de ſubiecto:dicitur enim corpus albũ:ratio verò albi, de corpore nunq̃ prędicabitur. Alia verò omnia aut de ſubiectis dicuntur primis ſubſtantijs, aut in ſubiectis eis ſunt.Hoc autem manifeſtum ſingula depromenti fuerit: vt animal de homine prædicatur: ergo & de quodam homine prædicabitur:nã ſi de nullo quorundã hominum,neque omnino de homine.Rurſus. Color in corpore eſt: ergo & in quodam corpore. Nam ſi non in aliquo corporum ſingulorum eſt, nec omnino in corpore,quare alia omnia aut de ſubiectis primis dicuntur ſubſtãtijs,aut in ſubiectis eis ſũt.Nõ exiſtentibus igitur primis ſubſtãtijs, aliquid aliorum eſſe,eſt impoſsibile.Omnia enim alia aut prædicantur de eis, aut in ſubiectis eis ſunt:quare non exiſtentibus primis ſubſtãtijs,impoſsibile eſt aliorum aliquid eſſe.

Textus. 3. ¶Secundarum verò ſubſtantiarum,magis ſubſtantia eſt ſpecies, quàm genus:proprinquior enim eſt primæ ſubſtãtiæ. Siquis enim primã ſubſtãtia quid ſit edat, euidentiùs,conuenientiusq; reddiderit,ſi ſpeciem,quàm genus reddat:vt hominem quẽdam manifeſtiùs aſsignabit, hominem potiùs quàm animal aſsignans:illud enim proprium magis cuiuſdam hominis,hoc autẽ cõmuniùs. Et cũm quandoam arborem aſsignauerit,manifeſtiùs aſsignabit, arborẽ aſsignãdo,quàm plantam. Præterea.Primæ ſubſtantiæ ideo q̃ alijs omnibus ſubijciuntur,& omnia alia de ipſis vel prædicantur,vel in ipſis ſunt:ea, gratia primę ſubſtantię maximè dicuntur. Vt autem primæ ſubſtantiæ ad omnia ſe habẽt cætera, ita ſe ſpecies ad genus habet: ſubijcitur enim ſpecies generi. Genera enim de ſpeciebus prædicant,ſpecies autem cum generibus non conuertũtur.Quare & ex his ſpecies genere ſubſtantia magis eſt. Ipſarum verò ſpecierum quęcunq̃ genera nõ ſunt,altera magis altera ſubſtantia nulla eſt.Nihilo enim accõmodatiùs aſsignabis de quodam homine hominem aſsignãdo,quàm de quodã equo equum. Similiter autem & in primis ſubſtãtijs nulla altera magis altera ſubſtantia eſt:nihilo enim magis quidam homo ſubſtantia eſt,quàm bos quidam.

Textus. 4. ¶Merito igitur poſt primas ſubſtantias ſolæ aliorum omniũ ſpecies,generaq̃ ſecundæ ſubſtantiæ

tiæ dicuntur.Sola enim hęc eorũ quæ prædicãtur, primã ſubſtãtiã indicant: quendam enim hominem ſi quis ediſſerat quid ſit, ſpeciem quàm genus accommodatiùs demonſtrabit:& manifeſtiùs quid ſit faciet, hominem quàm animal attribuendo.Aliorum verò omnium quicquid attribuat quis, tribuet extraneè: velut album,aut currit, aut aliud quodcunq̃; huiuſmodi depromendo. Quare meritò hæ ſolæ aliorũ ſecundæ ſubſtãtiæ dicũtur. Adhęc primæ ſubſtantiæ eo q̃ alijs omnibus ſubijciuntur,& omnia alia de illis vel prędicãtur,vel in ipſis ſunt proprijſsimè dicuntur ſubſtantiæ. Sicut autem primę ſubſtantiæ ad omnia ſe habent cætera, ita genera & ſpecies primarũ ſubſtantiarũ ad reliqua omnia ſe habent:de his em̃ reliqua omnia prædicãtur. Quendam enim hominẽ dices Grãmaticum eſſe:ergo & hominem,& animal Grammaticum dices eſſe: ſimiliter autem & in alijs.

Textus. 5. ¶Cõmune autem omni ſubſtantiæ eſt,in ſubiecto nõ eſſe. Prima nanq̃ ſubſtantia nec in ſubiecto eſt, nec de ſubiecto eſt, nec de ſubiecto aliquo dicitur. Secũdarum verò ſubſtantiarum conſtat quidẽ etiam ſic, in ſubiecto nullam eſſe. Homo em̃ de ſubiecto quidẽ homine quodã dicitur,in ſubiecto verò nullo eſt:nec enim in quodã homine homo eſt. Similiter autem & animal de ſubiecto quidem dicitur quodã homine, non eriã eſt animal in quodã homine.Præterea.Eorum quę in ſubiecto ſunt, nomẽ quidem de ſubiecto prædicari interdũ nihil prohibet,rationẽ verò, eſt impoſsibile. Secundarũ verò ſubſtãtiarum de ſubiecto,& ratio,& nomen prædicatur,rationem enim hominis de quodã homine prædicabis,& animalis ſimiliter:quare non erit eorum ſubſtãtia,quæ ſunt in ſubiecto. Non eſt autem proprium ſubſtãtiæ hoc quippe, & differentia eorum eſt, quæ in ſubiecto non ſunt:bipes enim, & greſsibile de ſubiecto quidem homine quodã dicitur, in ſubiecto verò eſt nullo: nec em̃ in homine bipes eſt, neque greſsibile. Ratio quoq; differẽtię de illo prędicatur,de quocunq̃; ipſa differẽtia dicit̃: velut ſi greſsibile de homine prędicatur,& ratio greſsibilis de homine prędicabitur:eſt enim homo greſsibilis. Neq; nos verò ſubſtantiarum partes conturbent, quaſi quæ in toto ſunt, etiam in ſubſtantia ſint, quæ ita in toto quaſi in ſubiecto ſint,nec fortè eas non eſſe ſubſtantias fateri cogamur. Non enim ſic in ſubiecto quippiam eſſe quemadmodum partem eſſe dicitur.

Textus. 6. ¶Ineſt autem ſubſtantijs, differẽtijs,q̃;omnes vniuocè vt prędicẽtur.Omnia enim quæ ab his prædicata ſumuntur, aut de individuis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

duis,aut de ſpeciebus prædicantur. A prima nanq; ſubſtantia,prędicatio nulla eſt: de nullo enim ſubiecto dicitur. Secundarię verò ſubſtãtiarum ſpecies quidem de indiuiduo prædicatur. genus autẽ & de ſpecie prędicatur,& de indiuiduo. Similiter autẽ & differẽtiæ,& de ſpeciebus, & de indiuiduis prædicantur. Iam verò & rationem primæ ſubſtantiæ ſpecierum generumque ſuſcipiunt, & ſpecies generis. Quæcunque enim de prædicato dicuntur,eadẽ & de ſubiecto dicẽtur. Similiter autem rationem differentiarum ſuſcipiunt ſpecies, & indiuidua. Vniuoca autem ſunt,quorum & nomen commune eſt,& ratio eadem. Quare omnia quæ à ſubſtãtijs,differentijsque ſunt,vniuocè prædicantur.

Textus. 7. ¶Omnis autem ſubſtãtia hoc aliquid ſignificare videt. In primis igitur ſubſtantijs indubitabile,id verumque eſt, hoc aliquid ipſas ſignificare. Indiuiduũ enim vnũ q; numero eſt,quod ſignificatur. In ſecundis verò ſubſtantijs,ſimiliter quidem propter appellationis figuram hoc aliquid ſignificare videtur, cũ quis aut hominẽ, aut animal dixerit,non tamen eſt verum: ſed quale quid potiùs ſignificat: non eſt enim vnum ipſum ſubiectum, vt ipſa ſubſtantia prima: ſed de pluribus ipſe homo,& animal dicitur, verùm nõ quale quid abſolutè ſignificat, perinde ac album: nihil enim aliud albũ quàm quale ſignificat. At ſpecies,& genus circa ſubſtantiam quale ipſum definiunt: qualem enim quandam ſubſtãtiam ſanè ſignificant. Genere tamen amplior definitio quàm ſpecie fieri ſolet,qui nanque animal dicit,is plura cõplectitur: quàm is qui hominem dicit

Textus 8. ¶Coepetit præterea ſubſtantijs & nihil ipſis contrarium eſſe. Primę nanq; ſubſtãtię,vt alicui homini, aut alicui animali quidnam contrariũ fuerit? nihil enim prorſus his aduerſatur. At neque ipſi homini, vel animali cõtrarium quicquàm eſſe videtur. Non tamen hoc ſubſtantiæ proprium eſt: & alijs enim competit,vt quantitati. Bicubito enim, aut tricubito nihil contrarium eſſe videtur: neque ipſis decem, neq; talium cui quàm quicquàm aduerſatur. Niſi quiſpiam multum pauco, aut magnum paruo dixerit eſſe contrarium. Attamen nihil eorum quæ definitæ ſunt quantitatis cuiquàm prorſus aduerſari videtur.

Textus 9. ¶At verò ſubſtantia nõ ſuſcipere gradus videtur, vt ſit magis min⁹ ve talis. Atque non dico ſubſtantia non magis ſubſtantiam eſſe: hoc enim iam diximus ita eſſe: ſed quanq; ſubſtantiam id ipſum quod eſt, nõ dici magis,ac minùs eſſe: veluti ſi ſubſtãtia eadem homo ſit,non eſt magis, ac minùs, aut

aut ſe ipſo,aut alio,homo. Non enim alius alio magis homo eſt: perinde atque album aliud alio magis,ac minùs eſt album. Corpus enim albũ magis albũ nunc q̃ priùs, & calidum magis nunc calidũ ac minùs dicitur eſſe: ſubſtantia verò non magis dicitur, nec minùs, neque homo magis nũc homo quàm priùs dicitur eſſe,neq; cæterorũ quicquàm omnino quæ ſubſtantiæ ſubeunt rationem. Quare patet ſubſtãtiam gradus ſuſcipere nõ poſſe, vt magis ſit vnquàm id quod eſt, atq; minùs.

Text. 10. ¶Maximè verò ſubſtãtię propriũ hoc eſſe videtur, idem (inquàm) vnumq; numero permanens, cõtrariorum eſſe ſuſceptiuũ: quale nihil in ijs quæ ſubſtantiæ non ſubeunt rationem proferre poſſis,quod vnum numero cùm ſit, recipere in ſe ſimul contraria poſſit, vt color vnus idẽq; numero, albus idem,aut niger, negotiũ vt idem numero,bonũ, malumque vt dicatur, ac in cæteris ſimiliter, quæcũque ſubſtantia non ſunt. Subſtãtia autem vna, eademque numero contrariorum eſt ſuſceptiua: veluti quiã homo vnus, ac idem interdum ſit albus,interdum niger,& calidus,atque frigidus,& vitioſus,ac ſtudioſus. Ad alia verò nulla id ipſum accommodari videtur, niſi fortaſſe quiſpiã inſtaret,orationem,opinionemq; dicens contrariorum eſſe ſuſceptiuas. Eadem enim oratio falſa, vera q; eſſe videtur: nãſi vera eſt hęc oratio, quempiã inquam ſedere, ſi ille ſurgat, eadem hæc oratio falſa erit. Idẽ & in opinione fieri videtur. Nam ſi quiſpiam opinatur quempiã ſedere, ſi ſurgat ille, falſo nimirum opinabitur,qui de illo eandem habet opinionẽ. Enimuero ſi quiſpiam & his illud accomodatum duxerit eſſe, in modo tamen habebit vtique differentiam. Subſtantiæ enim ipſę ſui mutatione contrariorũ ſunt ſuſceptrices: ſi fit enim ex calido quippiã frigidum, mutatur ſanè, alteratur enim vt patet. Et ſimiliter ſi nigrum ex albo fit,& ſtudioſum è vitioſo,& in cęteris ſimili modo, vnum quidq; mutationem ſuſcipiens, contrariorum eſt ſuſceptiuum. In oratione verò, atque opinione non ita fit, ſed ipſæ quidẽ immobiles penitus manẽt: ſi res autẽ mouea tur, ibi tamen euadunt circa eas cõtraria: oratio nanq; eadem manet: quempiã in quàm ſedere: reautẽ mora, interdum vera, interdum falſa ſit. Eadem circa opinionem etiam fiũt. Quare ſaltẽ hoc quidẽ modo ſubſtantiæ propriũ erit, ipſam ſui mutatione ſuſceptricem cõtrariorum eſſe. Quòd ſi quiſpiam & hoc acceptet, opinionem vt putet, orationem vt ſuſceptiuas contrariorũ eſſe, ſciat id ipſum verum non eſſe. Oratio nanque opinio ve, non quia ſuſci

Universidad de Deusto
Biblioteca

piunt aliquid,ideo ſuſceptiua cõtrariorum eſſe dicuntur. Sed quia circa quippiam aliud accidit aliquid. Ex eo nanq; vera, vel falſa oratio,ac opinio dicit eſſe, quia res ipſa eſt,aut non eſt: non quia ipſæ contrariorum ſunt ſuſcepti uę.Simpliciter eñ à nulla re prorſus,aut oratio,aut opinio mouetur:quare nõ erũt ſuſceptiua profectò cõtrariorũ, ſi paſsio in ipſis nulla efficiatur. At ſubſtãtia hoc ſuſceptiua contrariorum dicitur eſſe,quòd cõtraria ſuſcipiat ipſa. Morbum enim,& ſanitatem, nigredinem, atque albedinem ſuſcipit: atq; vnumquodq; talium ipſa ſuſcipiens,ſuſceptrix contrariorum dicitur eſſe.Quare ſubſtãtiæ propriũ erit,ipſam vnũ,idemq; numero permanentem, mutatione ſui ſuſceptricem eſſe cõtrariorum.Sed de ſubſtãtia quidem hactenus.

In.1.textu.

Nota.

CIrca textus declarationẽ aliqua veniunt notanda. In ſecũdo textu ponit differẽtiam inter vniuerſalia ſubſtantiæ, & vniuerſalia accidentis: quòd vniuerſalia ſubſtantiæ prædicantur de ſuis inferioribus,nomine, & ratione: accidentia verò de ſubſtantia,quædam, neque nomine prædicantur,neque ratione: & quædã nomine,& non ratione. Aliquid prædicari de alio ſecundũ nomen eſt:quòd nomen prędicati,ſit nomẽ ſubiecti. Ratione,quòd definitio prædicati ſit & definitio ſubiecti: vt ſi de Petro dicitur q̃ ſit homo, de eo etiam prædicatur quòd ſit animal rationale: & ſi de eo prædicatur quod eſt animal,& quòd eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Accidentia tamen in abſtracto neutro modo prædicantur de ſubſtantia: quia Petrus neque eſt albedo,neque eſt color viſus diſgregati uus.In concreto tamen accidens prædicatur ſecundùm nomen:quia nomen concretum albedinis eſt nomẽ corporis: nam corpus eſt album: tamẽ albi definitio non eſt definitio corporis.

¶In quinto textu,quando dicit. *Eorum quæ ſunt in ſubiecto.* &c. diſtinguit eſſe in ſubiecto,quod eſt accidentis, à dici de ſubiecto, quod eſt ſubſtantiæ. Vis rationis in hoc conſiſtit,quòd eſſe in ſubiecto ſimpliciter, eſt eſſe in aliquo tanquàm in ſuſtinente, à quo & eſſe recipit: ſicut accidens in ſubiecto eſt:ſed ſecundæ ſubſtantię non ſic ſunt in primis: quia potiùs conſtituunt eſſentiam primæ:vt homo conſtituit eſſentiam Petri,& non recipit homo eſſe à Petro: ob id ſecundæ ſubſtantiæ ſunt in primis, tanquàm de ſubiecto prædicationis, ſed non ſunt in illis tanquàm in ſubiecto inhæſionis. Iuſt.text.

¶Etiam notandum circa illud quod dicit. *Ratio enim rationalis eſt, uti ratione.* &c. Si quis arguat, definitionem non habere diffẽtiam,dicendum:rationem vocari definitionem,in his quæ habent: & in his quæ non habent,ratio, vocatur conceptus obiectiuus: vel deſcriptio: quæ ſupplet locum definitionis.

¶Hic oportet etiam cõſiderare,iſta differre,ſubſtantia,eſſentia, ſubſiſtentia, res naturæ: & ſignificare idem: licet ſecundum aliam,& aliam conſiderationem:quia ſubſiſtentia,inquantum per ſe ſtat: & ſubſtantia,quia ſubſtat accidentibus: res naturæ, quia ſupponitur naturæ communi: eſſentia,ab eſſe,de quo San. Thom. prima part. q.29.art.2.

¶Eſſentia quæ ſumitur ab actu eſſendi, aliquãdo eſt,vt quod:aliquãdo vt quo. Cum ſpecies ſit tota eſſentia indiuidui,ipſa ſignificatur vt quod,& nomine ſpeciei,& nomine indiuidui. Vnde dicimus & Petrum eſſe quãdam eſſentiã, & hominem eſſe eſſentia Petri. Et aliquando eſt vt quo:vt quando dicimus humanitate quia eſt id quo homo eſt homo. Et ſic eſt quo, quando eſſentia in abſtracto: & quãdo vt quod:eſt in concreto.

¶* Circa huiuſmodi proprietatum declarationem,cõſiderare operæ pretium videtur:quod ſubſtantiæ, conuenire non eſſe in ſubiecto tam primæ, quam ſecundæ: hæc eſt communitas,& proprietas, reſpectu diuerſorum: eſt communitas quia non ſoli ſubſtantiæ:ſed omni conuenit: in quo ſenſu dicimus riſibile eſſe commune hominis:

ni: quia omni homini & dicitur proprietas,& quando Ariſt. ait eſſe proprium ſubſtantiæ,quia conuenit differentijs ſubſtantialibus: non excludit eas. Sed tamen non facit mentionem de eis,quia habent modũ qualitatis,& quia non ordinãtur per lineã rectam,ſed lateraliter,in prædicamẽto ſubſtantiæ: & Ariſt. intendit ſolũ ſignare proprietates eorum quæ locantur directè,in linea prædicamentali.

Secundo cõſidera:quod quando Ariſt. dicit nullam ſubſtantiam eſſe in ſubiecto, intelligit de ſubiecto inhæſionis: in quo ſenſu ſolũ accidens eſt in ſubiecto: & non obſtat quod partes ſubſtãtię ſint in ſubiecto, quia hoc nõ per ſe, ſed in toto habent eſſe.

¶Tertio aduerte, quod vt ſubſtantiæ prædicamentum diſtinguatur à prædicamẽtis alijs,quæ accidentium ſunt:ſubſtãtiæ diffinitio hæc ſignanda eſt: eſt ens non in ſubiecto in hęrẽter exiſtens, in eſſe participato.Inhęrenter dicitur,quialicet forma ſubſtantialis,ſit in materia: ſubſtantia dicitur: vt ſuo loco dicetur. Sed tũ non inhęrẽter: ſed accidens eſt in hęrenter. In eſſe participato dicitur, vt excludatur à prima cauſa, eſſe in prædicamẽto: quia Deus eſt ſua eſſentia:& nõ habet eſſe participatũ: & hæc diffinitio cõpetit ſubſtãtiæ cõpletæ in ſpecie ſua:nam quæ habet rationem partium eſſentialium:vt forma,& materia:ſiue integraliũ vt caput,& pedes, nõ conuenit primo eſſe ſubſtantiam:& reductiue, ſunt in prædicamento ſubſtantiæ.

¶Quarto cõſiderandũ quod ſubſtãtia, ab Ariſ.vt ex.5.Metaph. cõſtat, quatuor modis ſumitur, prius & famus eſt vt dicatur de primis corporibus ſimplicibus.ſ.elementis:& quia ex eis alia conſtant, dicitur ſubſtantia,de omnibus corporibus cõpoſitis, homo geneis, & etherogeneis, & de animalibus,& de eorũ partibus materialibus,de carne oſſe neruo.&c.Hæc oĩa ſubſtantia ſunt:quia nõ dicũtur de ſubiecto.i. de inferiori,quia ſunt indiuiduę:ſed alia dicunt de eis,vbi ſecũdas declarat ſubſtãtias: vt dicit com.5.Meta.com.15.& in hoc primo modo includitur materia, quia per eã omnes primæ ſubſtantiæ indiuiduantur: includitur inquã reductiue.

¶Secũdo ſubſtantia capitur pro eo quod eſt cauſa intrinſeca,exiſtendi actu ſubſtantiæ:q̃ eſt forma ſubſtantialis.

¶Tertio dicitur ſubſtãtia de quo quid eſt i.de quidditate, & eſſentia cuiuſlibet rei:q̃ eſt ſignificatũ diffinitionis: & ſic applicat huic prædicamento,& accidentiũ: quia accidentia etiã habent quidditatẽ: & in illo ſenſu accepit Ariſt. ſupra in ante prædica. quãdo dixit vniuoca ſunt quorũ nomẽ eſt vnũ,ratio vero ſubſtãtiæ eadẽ: nam æquiuoca,& vniuoca,in accidentibus inueniũtur:ſicut in ſubſtantia.

¶Quarto modo ſuſtãtia ſumitur ſecundũ antiquos,pro terminis corporũ naturaliũ: vt punctus,linea,ſuperficies,vnitas, numerus: fundati in hoc, quod cũ viderent rem ſenſibilẽ, conſtare nõ poſſe ſine iſtis, dixerunt eſſe rerũ ſubſtantias, quia res ſenſibilis,nõ poteſt cõſtare ſine dimẽſionibus: & omne ens aut eſt vnũ,aut plura.&c.Sed decepti ſunt:nã non eo quòd aliquid eſt inſeparabile,eſt de eſſentia rei:riſibile eſt inſeparabile ab homine, & nõ eſt eius eſſentia ſed propriũ: & calor ab igne. &c. ob id hic modus loquendi de ſubſtantia, relictus eſt ab Ariſ: tanq̃ falſus,& fundamẽtũ habẽs in ignorantia naturæ rei omnes modi reducantur & ad hoc quod ſit ſubſtãtia vltimũ ſubiectũ:quod eſt ſubſtãtia prima: & ad ſecundũ modũ ſubſtantia dicatur ſpecies & forma rei: & per ſpeciẽ intelligamus quid ditatẽ,& per formam,formã partis quę dat eſſe actu:quę ſubſtãtia dicit ad ſenſu dictũ.

QVÆSTIO. I.

Circa textum ſubſtantiæ.

PRimò quæritur, vtrũ diuiſio qua ſubſtãtia in primã, & ſecundã diuiditur, ſit bene poſita: & definitiones tã primæ ſubſtantiæ,q̃ ſecundæ,bene aſsignatæ.Et videtur q̃ non.Primò. Deus eſt ſubſtãtia,& tamen in eo nõ poteſt diſtingui prima,& ſecũda ſubſtãtia:ergo diuiſio eſt inſufficiẽs. Primum argumentum

¶Et cõfirmatur: quia Chriſtus in quãtum homo,quandoquidem eſt verus homo,ponitur in prædicamento ſubſtãtiæ, & tamẽ neq; eſt prima,neq; ſecunda ſubſtãtia. Primo,non eſt ſecunda, quia eſt indiuiduum naturæ humanę. Neq; eſt prima ſubſtãtia. quia prima eſt in ſecũda, ſicut pars quiditatiue inferior in toto vniuerſali:ſed Chriſtus non eſt quidditatiuè inferior ad hominem:eo quòd humanitas incluſa in homine non eſt de eſſentia Chriſti: ergo non eſt prima ſubſtantia. Confirmatur.

¶Secũdo. Si diuiſio eſſet bona, vel diuiditur ſubſtãtia vt generaliſsimum eſt:& hoc non:quia cùm generaliſsimum ſit ſecunda ſubſtantia,diuiſum cõuerteretur cum vno Argum.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

membro diuisionis. Aut accipitur substantia, vt cōmune est ad primam, & secūdam: & hoc non: quia non potest esse ens cōmunis intentio primæ, & secūdæ cum primę, sit esse subiectū, & secūdæ esse prædicatū,

Confirma. ¶Et cōfirmatur: quia aut inter primā, & secundā substantiā, est distinctio ex natura rei sine operatione intellectus: aut solū est per operationem intellectus: sed nec hæc, neque illa est. Non prima: quia sic, secunda substantia, nō prædicaretur formaliter de prima: & neque esset species, neque genus respectu ipsius. Quòd autem non sola operatione intellectus distent: patet ex Arist.

Arist. qui ait. primam substantiam, esse pincipaliter substantiam: secundam verò non esse substantiam: nisi cum addito. Itē: quia prima significat hoc aliquid, & secunda quale quid: ergo non solùm per operationem intellectus distinguuntur.

In cōtrariū ¶In contrariū est authoritas Arist. diuidēntis substantiā in primā, & secūdam: primā vocans indiuiduum: secundam species, vel genera quæ de indiuiduis prædicantur.

Nota.1. ¶Hic oportet ante solutionē quæstionis notare, nominales totū capitulū intelligere de terminis: vt sit diuisionis sensus. Substantiarū idest terminorū absolutè significantiū substantiā, alia est prima, & alia secūda idest alius est terminus singulariter significās substātiā: vt ly Petrus: alius cōmuniter significans substantiam: vt ly homo.

¶Sed quicqd sit de veritate opinionis, nō videt ad mentē Arist. q de rebus loquitur, quādo dicit, substantiā primā maximè substare: certū est q non loquitur de termino

Nota.2. ¶Pro quo notandū, substantiā ad sensum Arist. tripliciter sumi posse. Primo modo, pro generalissimo substātiæ. Secundo modo, vt distinguitur cōtra accidens, & sic includit partes substātię. Tertio modo, pro eo quod est in recta linea primi prædicamenti: vt excludit differētias, & partes substantiæ: & includit omne illud, de quo generalissimum prædicatur.

Ad 'quæsti. conclusio. ¶Ad quæstionē sit cōclusio. Licet substantia, capiēdo primo, & secūdo modo, nō possit diuidi in primā, & secundam, rectè tamē diuidit, capiēdo tertio modo. Probatur pri

Ratio.1.p. ma pars: nā capiēdo substantiā primo modo pro genere alissimo, vt bene probat argumētū, nō potest stare: quia sic, vnū mēbrū diuidēs cōuerteretur cū diuiso. Nec si secūdo modo: qa cū materia, & forma sint substantia: forma, vel materia diceretur indiui duū vel species, vel genus, vel per se staret. Et caput in homine esset substantia, & per se stās, & esset animal: qđ apparet esse falsum. Probatur secunda pars conclusionis: nam substantia diuiditur in primam, & secundam: & non capitur substantia primo, neque secundo modo: ergo capitur tertio.

¶Secūdò. Arist. loquens de recta linea prę dicamentali, vult ponere illa quæ nō sunt in subiecto, dicuntur tamen: & quæ neque sunt, neque dicuntur: sed hoc est substantiā diuidere in primā, & secundam: ergo sufficienter ponitur talis diuisio.

¶Tertiò. Arist. hic loquitur de reb⁹, prout prædicantur mediantibus terminis: sed in in substantia contingit prædicari, vel subijci solum: & hoc est esse secundam, vel primam substātiam: ergo sufficiēter ab Arist. posita est talis diuisio.

¶In primo argumēto tāgitur vna quæstio, quæ disputari solet, nō solū à Dialecticis in isto loco, sed etiā à Theologis in. 1. sentend. 8. Vtrùm Deus ponatur in prædicamento. Et ratio dubitandi est: eò quòd cùm ens quæ ponitur in prædicamento ex genere, & differentia constet, & compositionē ponat: cùm Deus sit simplicissimus, videtur quòd non debeat poni. De quæstione sunt varię opiniones, Olchot. Gregorius Arimi nen. & Gabriel. 8. di. primi tenēt partē affirmatiuā. Non reputāt incōueniens dicere, Deum poni in prædicamēto. Quod & probant: quia hoc nomen substantia, vniuocè de Deo, & creaturis dicitur: cùm ergo creatura ponatur in prædicamento, & creator etiam. Item quia spiritus etiam vniuocè dicitur de Deo, & angelis: ergo cū angelica natura ponatur in prædicamento substantiæ, & etiam ponetur Deus.

¶Secundò. Pater, & filius dicuntur in Trinis, & ponuntur in prædicamēto relationis, cùm distinctio realis personarū solùm sit per relationem originis vnius ab alio: sequitur quòd Deus ponetur in prædicamēto, scilicet relationis.

¶Secūda opinio est huic cōtraria, q̄ tenet. Deum nullo modo poni in prædicamento. Hæc est Magistri in. 1. d. 8. & eā sequitur doctor sub. ibidē. q. 3. & doctor. S. 1. p. q. 4. ar. 3. & est Theologorū cōmunis sentētia. Et dato Scot⁹ teneat ens vniuocè dici de Deo, & creaturis, vt suprà diximus, non tamen audet dicere, Deum poni in prædicamento: nā cùm ipse sit infinitus, & illumitatus, non est signandū aliquod genus, quod possit eum cōtinere, & limitare. Pro decisione clara quæstionis sint conclusiones.

¶Deus

Cōclusi. 1. ¶Deus in nullo prędicamēto ponitur, siue vniuocè nobiscum, siue æquiuoce. Probatur authoritate Arist. 3. Met. tex. 9. & 15.

Arist. Species cōstat ex genere, quod se habet vt materia, & differentia, quæ se habet vt forma: sed omnis talis cōpositio repugnat Diuinæ simplicitati: ergo in Deo non datur species, neque genus: sed vbi neque genus, neque species, neq; prædicatio erit prædicamentalis: & sic neque prædicamentum. Hæc ratio est multùm notāda: nā eo quòd Deus sit infinitus, non habet vnde possit fieri aliqua contractio, vel limitatio: non solum realiter, sed neque per operationē intellectus potest fieri. In quo accepit est Gregorius Arimi.

Ratio.1. ¶Secundo. Si Deus poneretur in genere, maximè sub ly ens: sed ens nō est genus, vt dictū est: ergo non ponitur in genere. Et ratio est: quia si deberet poni in genere, non deberet nisi in genere entis: quia in genere substātiæ nullo modo, cùm non subsistet actibus: quia in Deo nullū accidens subiectatur, nec potest subiectari. Itē, quia substantia dicit aliquid limitatū, scilicet quod distinguitur ab accidente, & tamen ens nō dicit hoc: ob id si deberet poni in genere, sub ente esset, & non sub substantia.

Concl. ¶Secunda conclusio. Licèt solùm duo prędicamenta dicantur de Deo, propriè. s. substantia, & relatio, nullum tamen attributū Dei, quod in nobis est accidens, ponitur in aliquo prædicamēto. Hæc cōclusio est D. Augustini in. 5. de Trinitate, qui dicit, sub

D. Augst. stantiam, & relationem dici in Diuinis: & ca. primo dicit secundam partem. Deum esse bonum sine qualitate, & magnum sine quantitate: prælentem sine situ, & sine habitu omnia continentem: sine loco, vbiq; totum: sine tempore: sempiternum: sine vlla sui mutatione, mutabilia facientem: nihilque patientem. Ex quo apparet, quòd quantitas, qualitas. &c. de Deo non dicuntur, nisi metaphoricè.

¶Ex istis manifestè solvitur argumētum, Deū nō poni in prædicamēto: licèt em̄ de eo dicatur substātia, & relatio, nō tamē ponitur in prędicamēto: nā dato ita sit, q̄ nō sit necessariū, q̄ res, quæ ponuntur in prædicamento, cōponantur Physicè ex materia, & forma, debet tamen componi ex genere, & differentia: & sic erit res, cuius esse non erit de eius quidditate: sicut sunt omnes creaturæ. Et quia Deus habet esse, quod est de eius essentia, non potest poni in prædicamento. Et tenendo hanc sententiam, soluitur argumētum Gregorij, dicendo, quòd quanuis nomen substantia, & nomen existus, prędicentur de Deo, & nobis, non tamen est vniuocè. Neq; ly pater, de Deo, & creaturis dicitur vniuocè: quia in creaturis dicitur accidentaliter, in Diuinis non est accidens esse patrē: quia, vt ait pat. Augustinus, in Deo nihil est per modum accidentis, sed relationes diuinæ sunt subsistētes: vt docet S. Tho. pri. p. q. 29. ar. 4. Et dicēdum de directo ad argumentū in contrarium, q̄ sicut Deus non est in prædicamento, ita neque propriè prima, neque secunda substantia debet dici: vt loquitur Arist. quia neque accidētibus substat, nec est illic ratio vniuersalis generis, vel speciei, aut ratio prædicabilis de pluribus per indifferentiam.

Ad argum. Gregorij. August. Ad argum. S. Thom.

¶Ad confirmationem primi argumenti, quæ tangit, vtrū ly homo in quantum pro Christo supponit, sit terminus connotatiuus, vel absolut⁹, relicta opinione nominaliū, q̄ tenent hominē esse cōnotatiuum, etiā pro nobis sumpto (de quo aliàs in terminis dictū est) quia significat cōpositū ex corpore, & anima, connotando quòd per se subsistat: & dicunt, quòd quādo de Christo dicitur homo, sumitur connotatiuè: quia significat aliquid connotando sustineat humanitatem: & quia hoc facit Christus, dicunt connotatiuè sumi. Sed quicquid sit de hoc, tenēdum est, absolutè dici hominem tam de nobis, quàm de Christo, & vniuocè: quandoquidem fides absolutè concedit Christum esse hominem, & propriè concedit, sicut istam, Petrus est homo. Et sic probat Sanct. Thom. 3. senten. distinct. 7. quæst. 1. artic. 1. ad tertium. Et docet Paulus ad Philippen. Habitu inuentus vt homo. Et ad confirmationem negatur quòd Christus non sit quidditatiuè inferior ad ly homo. Nec requiritur ad hoc quòd sit quidditatiuè inferior, quòd humanitas sit de essentia subiecti, sed satis est prædicatum dicat naturam substantialem, in qua suppositum subsistit: & sic quòd CHRISTVS subsistit in humanitate.

Ad confir. S. Thom. Philipp. 2.

¶Ad secundum patet solutio ex dictis ad quæstionem. Et ad confirmationem, quomodo distinguantur prima substātia, & secunda: dicitur, quòd prima substantia & secunda sunt eadem res: sed differunt per operationē intellectus. Homo enim vt per intellectum abstrahitur à cōditionibus in diuiduantibus, est species: & quantum ab

Ad.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

strahitur à cõditionibus specierum:est genus.Et inquantũ idem homo est cognitus notitia singulari est prima substantia: & hac ratione est subiectũ respectu .peciei,& generis.Hęc distinctio est sufficiẽs ad hoc, quòd species,& genera dicantur ſ cundæ substantiæ:& indiuidua dicantur primæ.

Corollariũ, ¶Ex ista solutione sequitur ꝙ prima substantia,& secunda,sunt nomina secundę intentionis:& quòd illa diuisio non est generis in species:vt ait.S.Tho,de potẽtia. q. 9. ar.2.ad.6.quia vna species non prędicatur de alia opposita, sicut album non prædicatur de nigro, & tamen secunda substantia de prima prædicatur.Est ergo diuisio eiusdem naturæ, prout substat diuersis secundis intentionibus:& potest dici analogi, secundùm Arist.qui ait,solam primam substantiã esse maximè substantiã : id est simpliciter:& secundę substantiæ sunt substãtiæ secundum quid:quia nõ per se substãt, sed sunt in indiuiduis.

S.Thom.

Nota. ¶ Hic obiter notãdũ(quia diximus primã substantiã esse indiuiduũ,& singulare) esse differentiam inter ista tria nomina:indiuiduum,singulare, & prima substantia: quia indiuiduum dicit respectum ad inferiora: vt eò sit indiuiduũ Petrus , quia amplius diuidi non potest.Et sic homo non est indiuiduũ:quia potest diuidi in Petrũ, & Paulũ. Dicitur singulare respectu ad suũ vniuersale, penes hoc quòd ratio vniuersalis sit facta incommunicabilis,propter aliqua accidentia indiuiduantia. Prima substantia vocatur respectu ad omnia prædicata,tã substantiæ, q̃ accidẽtis:quia omnibus substat. Et sic tam indiuiduum,quàm singulare, reperitur non solũ in recta linea substantiæ, sed in partibus eius:& in omnibus prædicamentis accidentium:vt hæc manus, hæc albedo : sed prima substãtia est quid completum:ob quod etiã si anima rationalis per se posit stare,non vocatur prima substantia,vt docet S.Thom. 1.part. q.29.ar. 1.ad vltimum.

S.Thom.

QVÆSTIO. II.

Vtrùm substantiæ textus sit optimè signatus.

Primũ argumentum.

QVæritur circa secundam partem textus, vtrùm sex proprietates substãtiæ positæ ab Arist. sint sufficienter enumeratæ.

¶Videtur quòd non:quia illaquarta proprietas,scilitet, quod substãtiæ nihil est contrarium, non sufficienter ponitur. Patet. Elementa sunt substantiæ: tamen habent contrariũ: quia ignis aquæ, & terræ,aër contrariantur:secundùm vtrã que qualitatem:quod asserit Arist. primo de genera.commen.24. Arist.

¶Secundò. Cõtra quintã proprietatẽ,scilicet ꝙ substantia non potest suscipere magis,vel minùs. Anima intellectiua ſ bstantia est:non solùm quia pars substantiæ:sed quia potest per se subsistere:tamen recipit magis vel minus secundùm essentialẽ perfectionem. Sic sentire videtur S. Tho. 1.p. q.85.ar.7.& de elementis . Expresè Commentator.3.de cœlo.tex.co.67. 2.Argum. S.Thom. Commen.

¶Tertiò.Contra proprietatẽ tertiã,in qua dicit,ꝙ propriũ est primæ substantię significare hoc aliquid.In alijs prędicamẽtis sũt indiuidua,& ſ niuersalia:vt hæc quantitas, & quantitas:hæc albedo,& albedo:ergo in alijs reperitur hoc aliquid, & quale quid. Tertiò.

¶In contrarium est authoritas Aristo.qui ponit sex proprietates substantiæ. In cõtrarium.

¶Ad quæstionẽ oportet cõsiderare,ꝙ illæ sex proprietates quæ ascribuntur substantiæ:non ęquali ratione omnes ei cõueniũt: nam aliquæ sic dicuntur proprietates , vt etiam alijs conueniant extra substautiam: vt est,verbi gratia,quòd nihil sit ei contrarium, quæ proprietas etiam tribuitur quãtitati.Bicubito enim nil est contrarium.Et prima proprietas conuenit etiam differentijs substãtiæ, scilicet in subiecto non esse. Nec secunda proprietas ei solùm cõuenit: quia etiam differentijs earum.Neque etiã. 3.Sola ergo v detur esſ propria proprietas substantiæ,quia omni,& soli, esse susceptiuam contrariorum.

¶Et quidem cõtraria suscipere:vt quòd,soli substantiæ:quia vt quo, conuenit quantitati:vt si superficies suscipit albedinem, est,quia in substantia est superficies.

Conclusio. Ratio.

¶Cõclusio fit ad quæstionẽ. Proprietates assignatæ ab Arist n textu,cõueniẽtes substãtię,sunt optimè positæ.Patet:Illud dicitur propriũ, quod alicui conuenit ratione eius:sed omnes sex ꝓprietates substãtię cõueniũt:siue sit ꝓpriũ proprie, sicut quarto modo,quod soli,& omni:sicut ei conuenit.6.proprietas . scilicet quòd sit contrariorum suscęptibilis: siue sit propriũ quod alijs conueniat,vt diximus de cæteris proprietatibus: ergo cõuenienter positæ sunt tales.6.proprietates. Prima, quòdin subiecto non sit.Secunda,quòd vniuocè de inferioribus prædicetur. Tertia, quòd hoc aliquid significet. Quarta,quòd nil ei sit contrarium.Quinta , quòd non potest magis, & minus suscipere.Sexta,quòd contrariorum suscęptibilis sit.

Ad primũ.

¶Ad primum,quando dicis,quod elementa recipiunt contrarietatem : concedo ita esse:sed cõtrarietas non prouenit eis ratione substantiæ,sed ratione qualitatum contrariarum. Oppositio enim proprię, vt ex Arist.cõstat , solùm primò in qualitatibus reperitur,quæ sunt accidentia: & ob id insubiecto recipiũtur : & ſ nec prima substantia neque ſ cunda recipiatur in subiecto : quia acciens non est:nõ potẽ in eis contrarietas reperiri: & si duæ substantiæ ad inuicem contrarientur, ratione qualitatũ erit: sicut de igne, & aquâ, terra, & aere probat argumentum.Nec valet,etiam si replices, quod formæ substa ales circa idẽ subiectum mutuò se expellũt,etiam si formæ substantiales sint substantiæ: quia ista expulsio non prouenit eis nisi à qualitatibus,quas sibi determinãnt,& requirunt.

Ad secũdũ.

* ¶*Pro pleniori intelligẽtia aduerte quod aliud est habere in se contrariũ, & aliud habere sibi cõtrariũ:nam primũ , est recipere in se formã , cui alia cõtraria est:& hoc substantię cõuenit.Sed habere sibi contrariũ, est quod sit talis naturæ,quod alia natura sibi cõtrarietur:& in hoc sensu dicit, quod substantiæ nihil est contrariũ: quia in primo sensu sexta datur proprietas substãtię, quod contrariorum suscęptibilis sit.

¶Secundo etiã oportet considerare,quod cõtraria sunt duplicia : qu dã cõmuniter, & suntilla quæ se habe , quod vnũ,est priuatio , alterũ vt habitus , & priuatio, perfectũ dicitur , respectu alterius:proprie,sunt cõtraria:duę formæ sibi inuicem succedentes in eodem subiecto , semutuo expellẽtes ab eodẽ: quales sunt qualitates tertiæ speciei, quãdo dicitur quod substãtiæ,nihil est contrariũ,intelligitur in secundo sensu,& non in pri o: sed in primo sensu non incõuenit:quia omne genus in æ dicamento substãtiæ, diuiditur in duas differentias oppositas,& vn est perfectior altera:&ex consequenti vna est habitus,altera priuatio : vt rationale perfectior est irrationali.

¶In secundo argumẽto tangitur bona difficultas. Vtrùm vna anima rationalis alia sit perfectior essentialiter. Et licet in libris de anima locus sit prius,& à Theologis in.2.sẽ & à S.Tho.in prima parte ex proposito:tamen quantum ad præsens institutum,breuiter dico , ꝙ nec S.Tho.neq; Arist.ot.alit sentit, quin omnes animæ rationales,q dẽ quidem sunt in eadem specie, & (vt ait Porphyrius : participatione speciei pl es homines sunt vnus homo) sint eiusdẽ essentialis perfectionis . Nam eo ꝙ vna aliã excederet in essentiali perfectione esset alterius speciei:cum species se habeãt velut numeri.Et idcirco si quando S.Tho. vel aliquis Philosophorũ, concedit vnam aliam excedere in perfectione : loquuntur ratione dispositionis,seu cõplexionis corporis in quo est: quia per hoc ꝙ vtitur organo corporali ad suas operationes ,p ilio statu,vbi fuerit melior organorum dispositio , & erit perfectior operatio . Et ex hac parte potest dici perfectior , sicut Arist. 2.de anima text. 64. ait , molles carne esse mente aptiores . Caietanus tamen in loco suprà citato,in argumento : ait vnam animam esse alia perfectiorem,sicut vnus homo est alio melior,vel pulchrior: sed tamẽ bona venia eius, videtur esse contra Arist. Quomodo potest esse in eadẽ specie, essentialis perfectio maior in vno quàm in alio? Nec potest esse ista maioritas (vt ita dicã) penes aliquam accidẽtalem perfectionem additam animæ:quia vel illa perfectio faceret vnam animam alia perfectiorem,ratione intensionis in subiecto , vel ratione extensionis, sicut vnum calidum est alio maius,quia intensius , vel vnum corpus maius,quia extẽsius.Aut ratione partium dispositionis, sicut vnum est alio pulchrius: sed nullum istorum in anima rationali secundũ se ipsam considerari potest, seclusis habitibus : nam neque intensio, neq; extẽsio,neque partium dispositio:ob id nõ potest intelligi opinio Caieta. quomodo vna anima sit perfectior essentialiter alia.

S.Tho.p.p. 9.75.& infrà. Arist.8. Meta. tex. 10. Omnes animæ rationales sunt eiusdẽ perfectionis. Arist. Caiet. opinio. Cõtra Cai.

¶Si tamẽ intelligeretur esse vnam alia perfectiorem,eo quod vna perfectiores actus competentes ad suam speciem posit habere quàm alia , quia organa requisita sint melius disposita , dandum esset Caietano,sicut rei veritas habet : in quo sensu anima CHRISTI fuit perfectior quacunque alia anima. Nec ex hoc sequitur ꝙ ipsa natura magis,vel minus reciperet:imò dato Caietan . opinio esset p babilis , id sequeretur:quia illa perfectio maior ad mẽtem Caietani concessa à principio vel concreata, non intenditur,vel remittitur postea . Quapropter semper manet verum, quod non recipit magis,neque minus. Ca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Capreolus. preolus tamen in.2.sent. dist.32.dicit vnã formam substãtialem alia perfe☞iorem in eadem specie secundùm essentia. uid est secundùm aliquid ad hærens essentiæ, & ꝙ est actus eius. Non tamen propter hoc sequitur ꝙ recipiat magis, vel minùs: quia eadẽ aĩa rationalis nõ habet priùs imperfectius existere, & post perfectiùs: & illo modo anima Christi perfectior anima Iudæ est. Et quanuis hæc primò sic mihi probabiliora apparuerunt, vnam animam rationalem alia non esse perfectiorem essentialiter, post tamen exactiùs considerans, & contemplans in aperto coram me noui orbis indigenas, in quibus est rusticitas in cõparatione Hispanorum nostrorum, vt in plurimum: imo in nostra Hispani antiqua est inuenire, & indiuersis prouintijs diuersitas intelligentiæ in hominibus est, probabile videtur quod asserit Caieta. vnam animam rationalem dari alia perfectiorem essentialiter: & non solùm mouet me hæc cõparatio nostratum ad indigenas, sed consideratio ipsorũ naturalium ad inuicem: nã notabilis videtur excessus in intellectu, & in capacitate: ex quo videtur quòd differẽtiam nõ solùm causet naturale solum, aut constellatio, aut communicatio, aut educatio: sed gradus perfectionis maior in vno ꝙ in alio. Et qui teneret hanc opinionem, habet pro se argumentum Parisiensem. Dicere quòd anima Iudæ, est ita perfecta sicut anima Christi, error. Et facilè respondebit ad id Arist. species se habent sicut numeri,
Ægidius. sicut exponit subtiliter, & profundè Ægidius Romanus, quolib. 6. quæst. 5. scilicet: species se habẽt sicut numeri: quia sicut in numeris qualibet vnitate addita, vel dempta variatur species: sic differẽtia essentiali addita vel dẽpta: vide ibi in quolib. 2. q. 18.

* ¶* Et debita intelligentia proprietatis non recipit magis vel minus, in hoc stat: quod vna met substantia, dum generatur, nõ sit apta nata, successiue fieri perfectior, aut imperfectior: quia substantia non fit per motum, sed per generationem instantaneam. Et huius ratio potest esse: omne quod susçipit magis, vel minus, contingit: au per remotionẽ à suo contrario, sicut calor aquę intẽditur, quia minus admiscetur de frigiditat. : aut quia magis firmatur in subiecto, vt calor ignis recept⁹ in ferro: sed substantia, neutro modo potest susçipere magis, vel minus: nõ primo, quia nõ habet contrarium vt dictũ est: neq; secundo, quia substantia non est in subiecto.

¶ Ad tertium argumentũ concedendũ est Ad.3. in alijs prædicamẽtis esse indiuidua, de quibus genera, & species quidditatiuè prædicantur: vt diximus in anteprædicamentis, & Aristo. 7. Meta. text. 2. & 15. docet. Sed Arist. quia accidentia non sunt simpliciter entia, neque simpliciter quidditates: ideo etiam si sint species, & genera in accidentibus: nõ vocantur proprie secundæ substantiæ: neque indiuidua primæ substantiæ.

¶ Dicendum ergo ad argumentum, quòd sicut non sunt propriè secundæ substantię in accidentibus: nec significatio hoc aliqd propriè reperitur: & quia nõ sunt propriè in eis vniuersalia: neq; quale quid, propriè, sicut secũdæ substantiæ: sed eo modo quo & indiuidua, & species, & genera, possent, & significare hoc aliquid: ob id manet verum, substãtiam primã significare hoc aliquid: & nõ conuenit propriè accidenti singulari: & secũda, quale quid: quod non cõuenit speciei, vel generi in accidentibus.

CAPIT. VI.

De quantitatis prædicamento.

QVantum aũt partim Textus.1.
est continuum, partim discretũ, & partim ex habẽtibus positionẽ partibus, partim è non habentibus cõstat. Atq; discretum quidem est, vt numerus, atq; oratio: cõtinuum aute. , vt linea, superficies, & corpus, & insuper præter hæc, tempus, & locus.

¶ Partiũ enim numeri nullus terminus cõmunis est, quo ipsæ copulãtur, ceu quinque, & quinq; si sint denarij partes, nullo communi termino copulantur, sed sunt seiunctæ. Similiter tria, & quinq; communi termino nullo copulantur. Neq; omnino fit, vt numeri partium terminus communis vllus sumatur, sed semper partes seiunctę sunt: quare discre

tus

tus numerus est. Similiter & oratio discretum esse videtur: nam quantum ipsam esse ex eo patet, quia longa, breuiq; syllaba mensuratur. Eam verò orationem dico, quæ fit cum voce: etenim nullæ partes ipsius communi termino copulantur. neq; enim terminus communis vllus est, ad quem syllabæ coa. scant: sed queq; per se sunt seiunctæ.

¶ Linea verò continuũ est, sumi naq; communis terminus, quo partes lineæ copulentur, punctũ potest: itidem vt superficiei linea. Plani naq; partes cõmuni quodã termino copulãtur. Similiter & incorpore sumere, assignareq; lineã, superficiem ve cõmunem terminum potest, quo partes corporis copulantur.

¶ Porrò autem & tẽpus, & locus generis huius sunt. Tẽpus enim præsens cũ exacto, futuroq; copulantur. Rursus & locus continuus est. cor. oris en. n partes, ꝙ uidem aliquo communi termino copulantur, locum occupãt: igitur & loci partes, quas quæq; pars corporis occupat, eodẽ sanè termino cupulãtur, quo copulãtur & partes corporis. Quare locus etiam continuus erit, quippe cùm partes ipsius v. communi termino copulentur.

Textus. 2. ¶ Præterea. Partim, vti diximꝰ, ex habẽtibus positionem partibus, partim è non habentibus constat: nam lineæ quidem partes positionẽ habent: queq; enim ipsarum al. ubi situm habent: atque qua in parte plani quæq; sita est, quæ. e cum parte copulatur, sumere, assignareque potes. Similiter & plani partes positionẽ quãdam nimirum habent: simili nanque modo quæque partiũ vbi iacet, quaque cum parte copulata est, assignabitur. Partes etiã solidi, loci ve, positionem idẽtidem habent. At in numero nemo demõstrare partes ipsius positionẽ quam habeant, aut vbi sint sitæ, aut quæ quibus cum copulẽtur, potest. Nec item in tempore: nulla enim pars temporis permanet: quod autẽ nõ permanet, id quonã pacto positionẽ habebit? Sed ordinẽ habere potiùs dices, propterea quòd hęc pars sit prior temporis, hæc posterior. Et in numero simili modo: ex eo planè, quia priùs vnũ, quàm duo, & duo quàm tria, & tria, quàm quatuor numerantur. Atque hoc quidem pacto ordinem quendã habent, positionem autem ipsarum non vtiq; sumas. Oratio quoque simili ter se se habere videtur: nulla enim ipsius pars permanet, sed iã quæ dicta est, prehendi ampliùs nõ potest. Quare partium ipsius positio sanè non erit, cùm nulla prorsus permaneat. Quæ cùm ita sint patet partim ex habentibus positionem partibus, partim è non habentibus positionẽ constare.

¶ At

Universidad de Deusto
Biblioteca

Textus.3. ¶At quihæc ſola quę dicta ſunt, propriè quanta dicuntur cęterа verò vniuerſa per accidens. Ad hoc enim aſpicientes, & cętera quanta dicimus, velut album, ex eo multum dicitur, quia multa ſuperficies eſt: & actio longa, motus ve, quia tempus eſt longum: non enim per ſe vnum quodque horum dicitur quantum. Etenim ſi quiſpiam quanta nam ſit actio aſsignauerit, tempore ſanè ipſam definiet, biennem dicendo, aut triennem eſſe, aut alio ſimili modo. Et album etiam quantum ſit ſi aſsignauerit, ſuperficie nimirum definiet: quanta enim eſt ſuperficies, tantum dicet & album eſſe. Quare ea ſola quæ dicta ſunt, propriè, & per ſe quanta dicuntur: cæterorum verò nihil per ſe, ſed per accidēs dicitur quantum.

Textus.4. ¶Præterea. Quantitati nihil eſt contrariū. Indefinitis enim quātis nullam omnino contrarietatem eſſe patet: ceu bicubito, aut tricubito, aut ſuperficiei, aut alicui tali: nihil eſt illorū omnino contrarium. Niſi quiſpiam pauco multum, aut paruo magnum dixerit contrarium eſſe. At horū nihil eſt quantum, ſed potiùs ce. ad aliquid. Nihil enim per ſe magnum, vel paruum dicitur, ſed ad aliud ſanè refertur: ceu mons quidem paruus dicitur, milium autem magnum: propterea quòd hoc maius, ille minor hiſce, quæ generis eiuſdem ſunt, exiſtat. Ad aliud igitur eſt ipſorum relatio: nam ſi paruum quicquàm, magnum ve per ſe diceretur, nunquam mons quidem paruus milium verò magnum vtique diceretur. Rurſus. In pago quidem multos homines, Athenis autem paucos dicimus eſſe, qui tamen longè ſunt illis plures: & in domo quidē multos, in theatro verò paucos, qui quidem & ipſi multò ſunt illis plures. Præterea. Bicubitum quidem, atque tricubitū, & talium vnumquodque quantum ſignificat: magnū autem, & paruum, quātum non ſignificat, ſed magis ad aliquid. Alterius enim contemplatione magnum, paruumq; intelligitur. Quare patet hæc ex his eſſe, quę ad aliquid ſunt. Præterea. Siue quanta hęc quiſpiam eſſe ponat, ſiue non ponat, nihil eſt ipſis cōtrariū: quod enim per ſe ipſum ſumi nō poteſt, ſed ad aliud ſemper refertur, ei quonam pacto contrarium quicquàm fuerit? Præterea. Si magnum, ac paruum contraria ſunt, fiet vt idem contraria ſimul ſuſcipiat, & eadem ſibi ipſis contraria vt ſint. Fit enim interdum vt magnum, atque paruum ſit idem. Eſt enim ad hoc quidem paruum, ad aliud verò magnum, quare fit vt idem eodem tempore magnum ſit, atque paruum. Quòd ſi hæc contraria ſint, idē profectò cōtraria ſimul

ſimul ſuſcipiet: at nihil videtur ſimul ſuſcipere contraria poſſe. Subſtantia nāque ſuſceptrix quidem contrarium eſſe videtur, non tamen valet ſimul, atque ægrotat quiſque: neque ſimul album eſt quicquàm, atque nigrū, neq; cęterorū quicquàm, quod quidem cōtraria ſuſcipiat ſimul. Fit eriā vt ipſa ſibi ipſis contraria ſint. Nam ſi magnum contrariū paruo eſt, cùm idē corpus & magnum ſit, & paruum eodem tempore: maximè ſequens videtur, vt idem quoque ipſum ſibi contrarium fateamur. Sed vt quicquàm ſit ipſum ſibi contrarium, fieri nequit: ergo nec magnum paruo contrariū eſſe poteſt, neq; pauco, multum. Quare & ſi quipiā hæc nō ad aliquid, ſed quāta eſſe dicet, contrarium tamen nullum prorſus habebunt. Maximè autem quantitatis contrarietas verſari circa locum videtur. Supernum enim inferō cōtrarium ponunt, locum qui eſt in medio, inferum eſſe dicentes: propterea quòd medij, ad fines ipſius mundi diſtantia, maxima eſt. Cæterorum quoque definitionem cōtrariorum ab his afferre, ac aſsignare videtur. Quæ nanque plurimum inter ſe ſe ſunt eodem genere diſtant, ea contraria eſſe dicunt.

Textus.5. ¶Porrò autem quanto magis, ac minùs eſſe nō competit, vt bicubito: non eſt enim aliud alio bicubitū magis: neque in numero: vt tria magis quàm quinq;, tria, vel quinque, econtra ve dicātur. Neque ēpus aliud alio magis tēpus dicitur: neq; in eorum vllo omnino quæ dicta ſunt, magis, minùs ve dicitur. Quanto itaque non magis, ac minùs eſſe competit.

Textus.6. ¶Propriū autē quantitatis eſt maximè, æqualitas, & inæqualitas, vt hac æquale, vel inæquale vnumquodque eorum quæ rationem quantitatis ſubeūt, dicatur vt corpus æquale, ac inæquale, & numerus, & tempus æqualæ, inæquale ve ſimiliter dicitur, & de cæteris quæ iam dicta ſunt, ſimili modo. Reliqua verò quæ non ſunt quanta, non omnino æqualia, ac inæqualia videbuntur, veluti diſpoſitio æqualis, inæqualis ve non omnino dicitur, ſed ſimilis potiùs, atque diſsimilis: & album itidem æquale, inæquale ve, non omnino, ſed ſimile dici, atque diſsimile ſolet. Quare quantitati maximè propriū erit, æquale, ac inæquale vt dicatur.

POST prædicamētum ſubſtantiæ, meritò ſecundum locum obtinet prædicamentū quātitatis: nam licēt quantitas: à materia ſit, ſicut qualitas à forma: tamē quia poſt ſubſtantiam, quę ſubſtat alijs, quātitas eſt, in qua omnia accidentia corporalia ſubiectantur, primò de quātitate erit tractatus. Item: quia inter acci- S. Th. 3. p. q. 77. art. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accidentia, quæ ſubſtantiæ corporeæ conueniunt, primum eſt quantitas.

Diuiſioquãtitatis. ¶In prima parte iſtius capituli. ..iſto. ponit omnes ſpecies quantitatis: & ſecũda parte eius proprietates aſsignat. Et præſupponit tres quãtitatis diuiſiones: ſcilicet in per ſe, & per accidens: in diſcretam, & continuam: in poſitionem habentem in continuo, & non habentem.

¶Septem numerantur ſpecies quantitatis, Quinque intrinſecę, ſcilicet. Numerus, oratio, linea, ſuperficies corpus: & duæ extrinſecæ, tempus, & locus: & duæ, ſcilicet, numerus, & oratio, diſcreta quãtitas ſunt: alia quinque pro continua reputantur.

Quinq; ſpecies quantitatis.

* ¶* Et notabis quod cum hic Ariſt. videtur ſuperficiem, & locũ ponere vt ſpecies, diſtinctas, quantitatis & diſparatas: loquitur ſecundum opinionem famoſam antiquorum, qui id credebant, ſed in .4. Phyſicorum, vbi ſecundum propriam ſententiam: locum dicit ſuperficiẽ: & non diſtinguũtur, vt diſparata: imo prædicatur vnũ de alio ſicut genus de ſpecie: nam omnis locus eſt ſuperficies, non tamen e contra.

D. Auguſt. ¶Beatus pater Auguſtinus ſic in ſuis aſſerit cathegorijs, de quanto loquens. Ipſius autem quanti aliud eſt cohærens, aliud ſeparatum. Cohærens eſt: Grammi, Epiphania, corpus, locus, tempus. In his enim ſingularium partium terminus non poteſt habere menſuram. Grammi vocat Pat. Auguſtinus, quod nos lineam: eſt enim longitudo ſine latitudine mẽſuræ ſubiecta. Et Epiphania eſt, vbi latitudo cum longitudine, quod nos ſuperficiẽ appellamus. Et ſi omnem habeat dimenſionem, corpus vocat. Et omnes numeratas quinq; ſpecies facit quantitatem continuã: ſeparata verò ſunt, numerus, & oratio: quæ nos diſcretã vocamus quantitatem. Et in vniuerſum, cùm ſeptem ſint ſpecies quantitatis: quinq; ſunt continuæ: diſcretæ ſolùm duæ.

¶Adhuc in primo textu declarat, q̃ quantitas diſcreta ſit, cuius partes ad vnum terminum communẽ non copulantur. Quod eſt dicere: quod vnus non ſit & idem terminus vtriuſque partis: nam partes terminari ad aliquem terminum communẽ eſt, vnũ eſſe terminum vtriuſq; partis: quod ſolùm in continua cõtingit. Et hac ratione, linea continuum dicitur: quia partes ad vnum communem terminum terminantur: nam ſi diuidatur linea, iam partes ad duos terminos terminantur: & ante diuiſionem ſolùm ad vnum. Lineæ partes, ad punctum. Superficiei, ad lineã: & corporis, ad ſuperficiem. Nec hic refert intelligas punctum eſſe diſtinctum à ſubſtantia, nec ne: ſed oportet illa ponere in re: vel ſaltim per intellectum: aliàs verba Ariſtot. intelligi non poſſunt: & ad hoc propoſitum ſecundo Phyſicorum dicitur, Abſtrahentium non eſt mẽdacium, ſcilicet conſiderantium lineam à ſuperficie, & ſuperficiem à corpore diſtingui.

¶* Quantũ ad id de puncto, in linea quod continuat & terminat, aduerte, quod duplex eſt punctus. vnum extrinſecum, & aliud intrinſecum. extrinſecum eſt, illud quod fluxum uo apud Geometram lineam cauſat, quod ideo extrinſecum: quia non eſt de eſſentia lineæ cõſtitutę quia cum ſit vnum indiuiſibile non poteſt eſſe indiuerſis partibus lineę, neq; eſt extremum, quia cũ ſint duo extrema actu, eſſent duo puncta: neq; eſt cõtinuans partes lineę adinuicem, quoniam idem punctum non poteſt continuare diuerſas partes: aliàs plura haberet Situs in continuo, quod repugnat: Punctum intrinſecũ eſt quod cõtinuat partes, & terminat: & non eſt vnum tantum, ſed duo actu: & huius pũcti intrinſici ſunt diuerſa eſſe, ipſius extrinſeci, ſecũdũ quod fluit: quia pro vt eſt in prima parte acquirit vnũ eſſe, & pro vt eſt in alia parte, aliud eſſe: & hæc diuerſa eſſe dicuntur puncta intrinſeca: quę ideo intrinſeca, q̃a de ratione lineæ quia in lineæ diffinitione ponit punctũ, vt terminãs & vt continuans: & ſic in linea eſt tantum vnum punctum extrinſecum, vt fluens: & plura intrinſeca, vt terminantia, & continuantia: eodem modo intelligitur inſtãs in tempore: extrinſecum & intrinſecum, & mutatum eſſe, in m.. de quibus in libris phyſicorum ex quibus difficilia ſoluuntur argumenta. &c.

¶Et quia de oratione poſſet eſſe dubium, ponit quomodo ſit quãtitas diſcreta: quia loquendo de oratione, vocali, cuius eſt ens ſucceſsiuum, & eſſe quantitas, quia lõgum, & breue: quæ ſunt paſsiones quantitatis. Et erit diſcreta: quia partes ad vnũ terminũ communem non copulãtur. * Nam mentalis oratio cum ſit cõceptus in prima ſpecie qualitatis eſt: & ſcriptio inſcripto in .4. cum ſit figura. *

¶Cùm tres ſpecies quantitatis, linea, ſuperficies, & corpus continuẽtur, etiam connumeratur & tempus: nam ſicut partes lineæ ad punctum, & ſuperficiei ad lineam, & coporis ad ſuperficiem cõtinuantur, & copulantur, ſic temporis partes ad nunc indiuiſibile inſtans, ſicut & partes motus, per indiuiſibilia, mutata eſſe. Et quidẽ tempus & dicitur quantitas cõtinua, & diſcreta, ſecundum tamen aliam, & aliam conſiderationem. Nam cùm ratio tẽporis in numeratione conſiſtat, eſt quãtitas diſcreta, & tamen quia motus eſt in quo fundatur prius, & poſterius, quæ numerantur, continuum dicitur. De quo Ægidius quolib. 5. q. 20. Et locus eſt quantitas: quia cùm quãta ſint in loco, & ipſe locus eſt quãtum. Et ſicut partes locati copulantur ad terminũ communem, & partes loci immobilis modo: nã cùm ſuperficies corporis cõtinentis & locus, habeat oportet ſuas partes ad vnum terminum communem copulatas.

Ariſtot.

Ægidius.

In 3. textu. ¶Linea, ſuperficies, corpus, & locus, habẽt poſitionem in cõtinuo: quia partes habẽt continuas, & permanẽtes, & ſignabiles, & continuantur: ſed tempus, & numerus, & oratio, tales non habent. In diſcreta quidẽ cõtinuitat: & in tempore eſt notum, quod licèt temporis partes per nunc, indiuiſibile, continuentur, non poſſunt partes ſignari, quia non permanent: nam pars præterita iã non eſt, & futura nondũ preſens eſt. Vn

Auguſt. de Pat. Auguſtinus in ſuis Cathegorijs ait. Vnũ enim cum dicimus, ipſum ſolum numerum dicentes, non aliquid corporaliter numerantes, non videmus vel eius dextrã, vel ſiniſtram. Quippe cùm in verbo ſit tantum in ſono, & in nullo ſit corpore, poſitionem ſuarum partium non poteſt demonſtrare, niſi forte ordinem dixerimus. Vnũ ſequitur duo: poſitio autem in his duntaxat non poteſt inueniri. Similiter & in tẽpore, atq; ſermone, maximè cũ hæc mox ..ntur labi: cùm dixeris, & tempus currit, & ſermo: cùm nondũ dictus fuerit, non eſt, & cùm dictus fuerit, non apparet. Hæc Diuus Auguſtinus.

Auguſt.

In 3. textu. ¶De per accidens quanta: vt albedo multa, vel album multum: quia ſuperficies magna: & actio magna: quia tẽpus magnum in quo fit.

** ¶* Et conſidera circa id, quantitati, nihil eſt contrarium: quod intentio philoſophi eſt loqui, de cõtrarietate proprie dicta: ad quam tres conditiones ſunt requiſitæ: prima quod ſit repugnantia inter duas formas, quæ ſint eiuſdem generis: vt inter albedinẽ, & nigredinem: ſecunda quod tales formæ ſint aptę acquiri per motum: & diuiſibiles, ſicut calor & frigiditas: quæ per gradus acquiruntur. Tertia quod inter tales, ſit maxima diſtantia: ita quod ſub eodẽ genere non poſsit maior inueniri: tunc formatur ratio ad probandum quantitati, nihil contrarium: quia vel quantitas eſt, numero determinata, vt bicubitũ, tricubitũ, aut non, ſicut linea, ſuperficies, & corpus: ſi primo modo, deficit conditio ſecunda, qua dictum eſt, quod perfectè contraria, paulatim, & diuiſibiliter acquirũtur: quod repugnant quantitati determinatę. Si ſecundum deficit tertia conditio quę eſt maxima diſtantia: nam non datur linea, tam longa quin maior: & idem de ſuperficie & corpore. &c.

¶Circa id quod in textu ponitur, dubium videtur: quando ait, quod quantitas, nõ recipit magis vel minus: nam excedens, & deficiens, inuenitur: ſed tamen aduertẽdum, quod quantitas, dupliciter ſumitur: primo vt quantitas eſt: ſecũdo vt à numero denominatur: & quidẽ iſto ſecundo modo, non recipit magis, vel minus: in quo ſenſu intelligit Ariſto. & ponit de bicubito & tricubito exemplum: ſed primo modo accepta, recipere poteſt ſicut & ad eã motus eſt: quia ſic in indiuiſili non conſiſtit: & ſecũdo modo etiam contrarietas reperitur quantum ad excedentia & defectum: & etiam quantum ad maximam diſtãtiam: ſicut ſunt loca maximè diſtantia in vniuerſo. ſ. ſuperficies connexa vltimi cœli & centrum mundi: propter quod cõmentator hæc loca poſuit contraria.

QVÆSTIO PRIMA.

Circa textum prædicamenti Quantitatis.

QVæritur, Vtrùm poſita in textu ab Ariſtot. ſint cõgruè aſsignata. Et videtur quod non.

Primum argumentum

¶Primò ſit. Non rectè poſitę ſunt, linea, ſuperficies, corpus, ſpecies quantitatis. Patet. Nam ſi eſſent in prædicamento quantitatis iſta: ſequeretur etiam quod paſsiones eius ibi ponerẽtur: ſed hoc eſt falſum. Patet: quia triangulus, pentagonus, &c. ſunt paſsiones lineæ, vt notũ eſt: & tamen ponuntur in quarta ſpecie qualitatis. Cubus etiam eſt paſsio corporis: nam eſt corpus conſtans ex omnibus ſuis lateribus, vt teſſara: & tamen cubus ad qualitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempertinet.

Argumẽ.2. ¶Secũdò. Alicubi reperitur numerus, vbi quantitas non est: ergo nõ bene dicit. quãtitati tribuit numerum, dicens: numerum esse discretam quantitatem. Patet. Angelis est numerus: nã teste scriptura. Decies centena millia ministrabant ei.

Arg.3. ¶Tertiò. Oratio non est quantitas. Patet. Non continua, neque discreta: nã si in mente sumatur, est qualitas: quia cõceptus quidam: si in voce, vel accipitur vt significatiua: & est in genere signi: & sic non est quãtitas. Vel accipitur in quantum est quoddam ens naturale: & est aër verberatus, & in prædicamento substantiæ. Si verò accidens sit, ex rẽuerberatione productum in aëre: erit in prædicamento qualitatis.

Quartò. ¶Quarto. Nulla est quantitas continua: ergo maledictum est. Patet: quia omnis est discreta. Nam omne continuum diuidi potest, & sic erit discreta: & cùm verba in diuisionibus, sicut in definitionibus, potiùs aptitudinem quàm actum importent: sequitur omne continuũ debere dici discretum.

Quintò. ¶Vltimò, Contra illam vltimam proprietatem quantitatis scilicet quòd secundum eam aliqua æqualia, vel inæqualia dicãtur. Non est proprium quarto modo: quia conuenit substãtię ratione essentiæ: sunt enim animaliũ species inæquales: in gradu quidditatiuo perfectionis: & similiter duæ albedines dicuntur æquales, vel inæquales: ratione extensionis, vel intensionis. Itẽ: quia ad relationis prædicamentũ spectat æquale, vel inæquale: ergo non ad prædicamentum quantitatis.

In cõtrariũ ¶In contrariũ tamen est Arist. authoritas, qui ponit diuisionem quantitatis in discretam, & continuam: & ponit definitionem, & proprietates eius in textu.

Ad quæstionem. ¶Ad quæstionem sit conclusio. Sicut verè quantitas illa est, qua aliquid quantum esse dicitur, cùm non sit nisi quantum continuum, cuius partes ad vnum terminum cõmunem copulantur, sic & quantum discretum, est cuius non copulantur. Nam forma est quæ dat esse rei, & denominatione: sicut albedo dat esse albi: & denominationem: ergo quantitas, quæ etiam forma accidentalis est: & dat esse quanti, & denominatione. a. Sicut enim non dicitur quis albus à quantitate: sic neque quantus à qualitate.

Conclusio.

Ratio.1. par. ¶Quòd non nisi continuum, & discretum sit, patet: quia nulla res quanta est nisi cuius partes actu diuisæ sunt: & cuius partes nõ sunt actu diuisæ: non enim pôt alia signari: sed si partes actu diuisæ sint, discreta dicitur: & si non diuisæ, cõtinua: ergo optimè ab Aristote. diffinitio, & diuisio posita est: vt ex argumentorum solutione clarius apparebit.

Ad primũ. ¶In primo argumento tãgitur difficultas, vtrum vna, & eadẽ res possit de per se, & directè poni in diuersis prædicamẽtis: quod aliqui doctorũ concedunt. Pro qua fundamentalẽ ad omnẽ prædicamentorũ doctrinã regulã oportet ponere: quæ huiusce modi sit. Nullus terminus secũdum eãdẽ signi ficationem ponitur in diuersis prædicamẽtis, nec aliqua res formaliter accepta: quia sic rueret tota ars prædicamentorũ Arist. qui voluit ponere istas decẽ simplices voces, in quibus omnia mundi entia intelligerentur: & eas distinxit, vt nullo modo conueniãt ad inuicem: sed distinguantur realiter. Secundũ diuersas significationes tamẽ nõ repugnat, aliquam rem poni in diuersis prædicamentis: sicut scientia, prout in ordine ad scibile, ponitur in prædicamẽto relationis: sed prout est qualitas, & habitus quidam: ponitur in prædicamento qualitatis, in prima specie. Pes etiam si capiatur vt hominis pars, ponitur reductiuè in prædicamento substãtiæ: in quantum tamen mensura est, in prædicamento quantitatis. Modium, Amphora. Dolium, si ratione figurę considerentur, sunt in prædicamento qualitatis in quarta specie: si ratione mensurę, in prædicamento isto.

Regula. Nulla res ponitur in duobus prædicamentis formaliter.

Ad argum. in forma. ¶Ad argumentũ ergo dicendũ, quanuis linea sit in quãtitatis prædicamento: verũ lineæ passiones, vt triangulus, circulus, sunt in prædicamento qualitatis, in quartà specie: quia sunt passiones quantitatis: de formali enim figuras dicunt, quæ ad qualitatẽ spectant. Nec inconuenit ꝙ passio vnius prædicamenti ponatur in alio: sicut & diximus vnam rem, secundùm diuersam considerationem in diuersis prædicamentis posse poni. Sic & cubus sibi ponitur in prędicamento qualitatis: imò istæ figuræ quãtitatis continuæ etiam conueniũt discretæ, vt Arist. 7. Meta. cõmen. 19. vocat numeros, facientes tales figuras compositas: nam sicut in superficie triangulus est figura plana, & in corpore cubus est corporalis figura: sic nouenarius dicitur numerus superficialis, triãgularis; trilaterus, quia cõstat ex ter tribus, & viginti septẽ est cubus, nã ter tria ter sunt viginti septẽ. Et isti numeri absolutè sunt in prædicamento quãtitatis, & ratione figuræ in prædicamento qualitatis. Sic si dicas, numerus nouenarius, ponidebet in prædicamanto quantitatis: sed si dicas triangularis, ratione figuræ poni debet in qualitate.

Arist. "numerus superficialis, corporalis, cubus, &c.

¶Ad secũdũ oportet distinguere de vnitate: vel sumitur transcendẽtaliter, vel prædicamentaliter: transcendentaliter, tũc quęlibet res mundi, eo quod est: vna est: & cum ente conuertitur: tanquàm propria passio eius, à quò distinguitur secundum rationẽ

S.Tho.p.p. q.30.art.3. in opinione S. Tho. Et vt dicit Scotus, formaliter. Isto modo quælibet res mundi, etiam si sit incorporea, & inuisibilis, vna dicetur. Et non solùm in angelis, sed Deo est numerus. Vt sint tres personæ distinctæ, in essentia vna. Alio modo vnitas capitur prout sequitur diuisionẽ quantitatis, q̃ est principium numeri: & vocatur vnitas prædicamentalis: quæ in rebus spiritualibus nullo modo potest reperiri: nam vbi quãtitas non est, vbi fieri possit talis actua lis diuisio, neque verè ratio vnitatis erit.

¶Circa tertiũ argumẽtũ de oratione, dicẽdũ neq; capi in mente, neq; in scripto, neq; in voce: eo modo quo argumentũ probat: sed sumitur vt est nomẽ mensurę rei discretæ succesiue. Et tandem dicendũ orationẽ esse quantitatẽ discretã, nõ penes syllabas quas habet, sed penes breue, & longũ ipsarum syllabarum. Et est vna species subalterna Oratiõ, quæ continet sub se innumeras specialissimas species: cunctas, scilicet species pedum, carminum, vt est spondeus, cõstans ex duabus longis, vt gentes: Pirrychius, ex duabus breuibus: vt Deus. Iãbus, ex breui, & lõga, Deos: Trochæus, ex lõga & breui: vt tempus. Et eodẽ modo in tribus, Molossus, ex tribus lõgis. Tribrachus, ex tribus breuibus. &c.

¶In hac specie orationis ponũtur nomina metrorum: vt metrum carmen, exametrũ, pentametrũ, sapphicũ, adonicũ. &c. Et nõ solũ voces, sed in instrumẽtis soni, secundũ metri quantitatem, qui sunt in eadẽ specie quantitatis, sicut si voce exprimerentur

Ad.4. ¶Ad quartum dicendũ, optimam esse diuisionem, neque sequi omnem quantitatem esse discretã, licèt moderni concedant (sed contra mentem Aristo). Non enim eò dicitur continua, quia diuidi possit: sed eò dicitur, quia habet partes copulatas ad vnum terminũ cõmunẽ, quod non potest dici de discreta quãtitate. Et licèt verum sit, ꝙ omnis cõtinua quãtitas possit, si diuidatur, discreta esse, non tñ sequit, mẽbra diuisionis

coincidere, Et ob id vnũ, & plura realiter opponuntur: vt docet Arist. 10: Metaph. tex. 17.

Ad.5. ¶Ad quartum argumentum respõdetur, concedẽdo dari inæqualitatẽ in speciebus in perfectione essentiali: sed hoc non cõtra Arist. nã qnando dicit, esse propriũ quarto modo quantitatis, vt secũdum eam aliqua dicãtur æqualia, vel inæqualia, loquitur de æquali, vel inæquali extensionis, quod in veritate, secluſa quantitate, non potest inueniri: & ita est propriũ eius, vt si inueniatur alibi, nõ sit nisi metaphoricè, per similitudinẽ ad quantitatem: quia omnia vnitatibus mensurantur: vt si duæ substantiæ dicantur æquãliter perfectæ, eo est, quia eosdem gradus habent perfectionis: & si vna aliam excedit, erit quia vna plures habet, quàm alia: si vna albedo alteri æqualis sit, oportet habeat eosdem gradus. Et si inæqualis, debet habere illa quę maior plures: siue hoc in intensione, siue in extensione consideretur: imo & quantitas virtutis ponitur in rebus spiritualibus: & in diuinis æqualitas est: vbi molis quãtitas nõ potest reperiri: sed vt ait pat. Aug. 8. de trinitate, in his quæ non mole magna sunt, id maius, quod melius.

D. Augustꝰ.

Ad formam argumenti. ¶Et sic dicẽdum, quòd æquale, & inæquale, formaliter, relationẽ significat, licet fundamentaliter quãtitatẽ: sicut patet dicit relationem formaliter, & fundamentaliter sub stantiam. Et nõ repugnat (vt suprà dictum est) quod æquale, & inæquale ratione quãtitatis ponatur in isto prædicamento, & ratione relationis in ad aliquid.

¶* Est tamen hic aduertendum, quod locus considerari potest & in quantum continẽs & ambens locatũ: & secundo in quãtum conseruat locatum, si est locus naturalis: & destruens, si est locus non naturalis: primo modo considerando ponitur in hoc prædicamento: quia secundo modo est in prædicamento qualitatis, in secunda specie: quia quantitas in quantum quantitas, neque est actiua neque conseruatiua: & conseruatio est per qualitatem symbolam quam habet locus cum locato: & propter virtutem influxam à cœlo in locãte. Et ad secũdam speciem pertinet: quia qualitas inexistens alicui naturaliter, & quæ: non subest alicui sensui vt propriũ sensibile est in secunda specie vt dicemus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆSTIO.II.
An quantitas distingu ur à re quanta.

Æ C quæstio fer omnibus est mota, tã in Dialectica,q̃ in Physica, & in Metaphysica: quod est dicere. An id quod est quãtum,sit per aliquid distinctum ab ipsa substantia.

1.argumen. ¶Probatur quòd non sit quãtitas accidẽs distinctum,argumẽto communi. Non est ponẽda pluralitas sine necessitate:sed omnia quæ à Philosophis verè tradita sunt, saluari possunt,sine hoc,q̃ ponatur quãtitas distinctum accidens à substãtia, & qualitate:ergo non debet poni:sed res ipsa per se est quanta:sicut per se est substãtia. Probari potest assumptum.Nam officiũ quantitatis est partes extendere,& eas facere distare :sed hoc habet & per se substantia, & qualitas similiter.Quod patet: quia posito distingueret substãtia à quãtitate, Deꝰ posset substantiã sine quantitate seruare,sicut in Sacramento seruatur quantitas sine panis substãtia. Si ergo esset substantia panis sine tali quantitate,nunquid esset partium confusio? nonne partes adinuicẽ distarẽt? an essent in aliquo indiuisibili omnes?

Secũdò. ¶Secundò.Si quãtitas esset quid à substãtia,& qualitate distinctũ,sequeretur q̃ species quantitatis similiter distinguerentur adinuicem,& punctum esset à linea distinctum, & linea à superficie, & superficies à corpore:sed hoc est falsum: nã si punctũ à linea esset distinctũ:& etiã posset Deus separare illa talia puncta, à linea ipsis separatis,vel partes manerẽt cõiunctæ, vel diuisæ:si diuisę, cõtinuũ esset diuisum in quãlibet suam partem:quod est contra Aristo. Si cõtinue nõ potest esse:quia per puncta, continuantur:sequitur ergo quod quantitas,non distinguitur à re quanta. Similiter potest argumentum formari de linea in superficie & de superficie in corpore. Inqueretur quod aliquod accidens indiuisibile continuaret diuisibile.

Tertio. ¶Tertiò. Si quantitas cõtinua est accidens distinctum ab ipsa re quanta, sequeretur quòd similiter & quãtitas discreta, scilicet numerus, distingueretur à rebus numeratis,& ternarius esset vna forma, & quaternarius alia: sed hoc est falsum:nam si ternarius esset tale accidens, tribus hominibus numeratis, esset in tribus illis simul tanquàm in suo adequato subiecto,& nõ pars in vno:sed repugnat,q̃ vna res sit in tribus distinctis, eo modo, quo tres homines distinguuntur adinuicem.

Incõtrariũ ¶In cõtrariũ est Arist. autoritas in textu: vbi loquitur de quãtitate tanq̃ de accidenti realiter distincto à suo subiecto? sicut qualitas distinguitur à suo. Et cõmuniter omnes antiqui,tã Philosophi, q̃ T ologi sic intelligunt.

De quæstio varię opin. ¶De hac quæstione sunt duæ opiniones diuersæ nomin :& realũ:Et nominalũ primus a Guielm Ocha in sua Dialectica.ca.44.&.45.ponit q̃ nulla species quãtitatis distinguitur à substantia,neque à qualitate,sed quelibet substantia est sua quãtitas, quodlibet accidẽs corporale, est sua quãtitas & quot sunt accidẽtia corporalia in l tot sunt quantitates,vt cõlor sit sua,& sapor sua. &c. Et sic consequẽter exponunt omnes species quãtitatis secunde intẽtionaliter. Exempli gratia. Ine terminus linea,rem significat,scilicet lineã connotando quòd posit diuidi solùm secundùm vnam dimẽsionem: & sic de alijs. Rationes huius opinionis præcipuæ sunt, quæ à principio sunt positæ.

Oppinio. ¶Alia est opinio oppositа realiũ in alio extremo.Et quendo de quãtitate discreta, adhuc inter reales est differentia, vt nos dicemus in solutione argumentorũ. Reales tenent,quantitatem distingui à re quanta: sicut accidens à suo subiecto distinguitur: San.Tho.prima par.q.77.arti. 2.& doctor sub.in.2.dist 2.&in senten.dist.12.

S.Thom. Scotus. Tenent ergo quanti ontinua est accidens,ex quo extensio partiũ substan nam ratione quantitatis in alio loco put,in quo pedes,& ratione quatitati sub stantia ipsa diuiditur,& mouetur,& habet alias actiones:ob id corpus de prædicamẽto substantiæ est subiectũ corporis de prę dicamento quantitatis. Nam ratio corporalis substantiæ oc consistit, quòd sit ax quantitatis.Et esse substantiam indi ilem per naturam :vt angelus est esse incapacem qu itatis.

¶Vtraq; istarũ opinionem videtur habere suam probabilitatẽ,quia neutra demonstrari potest. Et ideo oportet quod magis probabile est,per cõclusiones proponere. Et sit prima.

¶Sicut est impossibile quantitatẽ,esse substantiam quantam: sic & ipsam esse qualitatem extensam. Hęc cõclusio ponitur ex

Venetut. preſsè à Paulo Veneto,in.2.Meta.cap.12. & probat innumeris Arist.authoritatibus,

Arist. & Commentatoris.Arist.ait.7.Meta.com

Commen. men.8.Dico materiam quæ secundùm se, neque est quantum, neque quale quando ipsa est potentia ad omnia.Et Commenta. primo Phy.commen.64.ait.Quidicit materiam esse corpus,peccat.

Ratio.1.p. ¶Et p batur. Si quãtitas esset ipsa substãtia,ipsa substantia sentiretur per se., quod est contra Arist.2.de anima.tex.61.Quod probatur.Nam hoc sent ur per se,demonstrata quanti :& hoc est substantia:ergo sub antia sentitur per se. Item quere tur si quantitas est substantia,quod substãtia est accidens, quod est contra veritatẽ, & Aristote.6.7.&.8.Metaphysicæ. Probatur sequela. Quia omnis quantitas est accidens:sed aliqua quãtitas est substantia:ergo aliqua substantia est accidens, in tertia figura in Datisi.

Ratio.2.p. ¶Secũda pars cõclusionis. Quia si albedo extensa esset quantitas, sequeretur sensibile proprium esse sensibile commune, contra Arist.2.de anima commẽ.54. Quia color est sensibile proprium,& quantitas sensibile cõmune,vt ibidẽ Arist.Secundò. Sequeretur quòd alteratio esset augmentatio,cõtra sententiam Arist.Patet,quia calefactio est immediatè ad calorem extensum: ergo ad maiorem quantitatem:ergo alteratio esset augmẽtatio : quod tamen negat Arist. 1.de gene.commen.27.&.5.Phylico.commen.22.Et tandem Paulus Venetus in loco citato concludit, q̃ quantitas cum non sit substantia,& accide & non respectiuum:)quia nullum respectiuum habet tem extra partem) sequitur q̃ sit accidens absolutum:quia cum quælibet quãtitas sit ens: & non sit substantia, erit accidens,& nõ est respectiuum, erit absolutũ, vt 5.Meta.commen.92.

Vltima ratio. ¶Vltimo probatur conclusio q̃ quãtitas sit quid à substantia distinctũ. In Sacramẽto altaris nõ manet panis substantia,vt manet fides catholica:& tunc vel manet quãtitas,vel non:si sic sequitur vera conclusio, quãtitatẽ distingui à substantia:si nõ:sequitur ergo qualitates ibidẽ existentes, in nullo esse subiecto:ergo quando Hostia cõsecrata calefit, vel frigefit : calor ille, vel frigus,in nullo reciperetur subiecto, quia nõ in quãtitate per te, quæ ibi non est, neq; in substãtia:quia nõ est:ergo nullibi:sed hoc repugn in Philosophia:ergo vel oportet innumera multiplicari miracula, vel concludere od est verum, scilicet,ibi manere qua tem, in qua omnia subiectãtur accide.

Conclus.2. Nec numerus,qui est quãtitas discreta,distingu ur ab vnitatibus ex quibus cõponitur,neque vnitas à quantitate continua. Hæc conclusio notetur:quia reales,qui ponunt realem distinctionẽ inter quantitatẽ & substantiã,dicunt q̃ vnitas cuiuscunq; indiuidui quãti, est quędã res indiuisibilis addita quantitati.Et consequenter dicunt, q̃ numerus triũ lapidum propter se significatus,neq; est tres lapides simul sumpti,neque eius vnitates, sed significat de formali vnã simplicẽ formam,quæ est in omnibus tribus,à qua habent vt sint ternarius. Et ratio est secundùm eos,quia nihil formaliter ponitur in prædicamẽto, nisi sit ens reale, & simplex:cùm ergo ternarius, quaternarius.&c. sint species distinctæ quantitatis, sequitur quòd sicut linea dicit rem quę est vna,& superficies aliam rem, ternarius dicit vnam formam specificam, & quaternarius vnam aliam.

¶Contra hanc imaginationẽ posita est cõclusio. Nõ enim vnitas qua ego Vnus sum, est res indiuisibilis,distincta à mea quãtitate.Quod potest persuaderi: quia quælibet res mũdi,eo ipso q̃ est ens, est vna,vnitate transcendentali:& eo quod quãta, est vna vnitate prædicamentali.Et q̃ numerus nõ dicat aliquam simplicẽ formam distinctã à rebus numeratis in eis existentem,probatur.Quia non capit intellectus quomodo vna forma sit in tribus,vt probatum est suprà:& quãtitas in ea,eo est vnitas: quia nõ est actu plura, & non aliquo superaddito. Et in hoc sensu oportet intelligere,& Aristo.& S.Tho.& sic tres vnitates triũ hominum,vel lapidũ sunt ternarius. Neq; est opus aliã superaddere vnitatẽ.Et species diuersæ,ternarius,quaternarius. &c.constituuntur ab vnitate. Nam binario addita vnitas, facit ternarium, distinctam speciẽ, numeri,& addita vnitas quaternario, facit am speciẽ.Sic intelligit S.Tho.8.Meta. lectione.3.Ex quo sequitur intelligentia il Corollariũ. lius diuisionis:alius est numerus numerãs: idest anima,vel cõcept eius :alius numer numeratus,q̃ est in rebus.Q st duplex, formalis,& materialis. Formalis est vnitates:vt cõsiderãtur abstractę ab hac,vel illa materia:& materialis est,tres lapides tres homines.&c. Vnde ternarij oẽs sũt eiusdẽ speciei,licet materialiter differãt. Et tandẽ si quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

si quis antiquorũ dicat, q̃ numerus est res simplex distincta à rebus numeratis, oportet vel cogitare id dixerit in bono sensu: vel si vt iacet, non est ei credendum.

Ad primũ. ¶Ad argumẽta in cõtrariũ respõdetur, nõ esse frustrà ponere quantitatẽ rẽ distinctã à substãtia, & qualitate: imò est necessariũ ad hoc q̃ extẽdat partes substãtię in loco: non enim per aliud corporea substãtia ab incorporea separatur, nisi quia corporea est capax quantitatis: quæ extensionẽ partiũ facit: nã substantia secũdũ se nullã dicit quãtitatẽ: & nullũ sibi determinat locũ: neq; paruũ, neq; magnũ: ob id in Sacramẽto altaris cõcedimus Christũ ibi esse substãtialiter, nec opus est tanta sit Hostię quãtitas, quanta ipsius Christi: quia non fit mutatio quantitatis in quantitatem, sed substantiæ in substantiam: & potest Deus substantiã à quantitate separare, & eam seruare, licet

Capre. non concedant aliqui, vt refert Capreolus. 2.sen.di.17. Verũ affirmat Paulus Venet' in sua Metaph.ca.13. Et tunc dicendũ, illã talẽ substantiã esse omnino immobilẽ: quocunq; genere motus: & manerent substãtiæ partes: sicut erant, quando erat quantitas: nam confusę: de quo infrà clarius.

Ad secũdũ. ¶Ad secundum, cõceditur in omni specie quantitatis sic esse. s. distingui adinuicẽ. Et quando arguis de punẽto, si esset à linea distinctũ, aliqd accidens esse indiuisibile. &c. dicẽdũ: q̃ punctũ non habet subiectũ adæquatũ, sicut ipsum est, sed inadęquatum in ipsa linea: quia nõ est p se primo pũctũ in substãtia, sed rõne lineæ, sicut neq; superficies: nisi rõne corporis. Solũ corpus est in substantia, tanq̃ in subiecto adæquato, & aliæ species sunt, quodammodo inadæquate in substantia. Et quando infers, ergo potest Deus separare omnia puncta à linea,

In.2.textu. &c. negatur: quia id repugnat: nã sequeretur continuum istud in omnem suam partem esse diuisum: nam si continuum, non potest esse actu diuisum: & si actu diuisum, non est continuum: licèt Grego. Arimi. &

Arimi. Maio. Maior. non habeant pro inconuenienti cõcedere, continuum posse esse actu diuisum in omnem suam partem.

Ad tertium ¶Ad tertiũ respõsum est in secũda cõclusione, vbi ostensum est, numerũ nõ esse speciẽ distinct. ab ipsis rebus numeratis, sed esse ipsas res sic numeratas. Nec est distinctio numeri ab ipsa quantitate numerata. Nec est op' ponere numerũ, sicut ponit Iacobus Faber, vt sit numerus notitia mentalis, & iuxta plura quæ numerãtur sint plures cõceptus: & illi sint species prædicamẽti quantitatis: nec vt Picus Mirandulanus declarat: numerũ in anima esse tanq̃ instrumentum, quo mensurantur res exterius ab ipsa anima: sicut vlna pannũ mensurat: & mẽsura nõ dicitur nisi applicetur, neq; ipsa mensurata: nisi mensura fuerit ei applicata. Sic anima applicat quãdo vult numerare: & aliàs nec res dicũtur numeratæ, neque numerus ipse dicitur mẽsura. Fit sic idẽ denarius, & decem hominibus, & decem equis indifferenter potest applicari. Et dicit q̃ hęc nomina abstracta, binarius, ternarius, ipsum animæ numeri significant: sed eorum cõcreta, duo, tria, quatuor. &c. pro rebus numeratis accipiuntur, connotando animæ numerum. Et addit Picus Mirandula. numeros ipsos virtutes quasdam naturales habere, & inseparabiles proprietates, quibus agant in res exteriores, perfectius quàm qualitates actiuæ elementorum. Et qui tales numerorum proprietates agnoscunt, possunt applicatione illorum numerorũ ad res naturales facere mirabiles effectus, quod dicunt ad Magiam naturalẽ pertinere. Hæc ex Pico. Sed ista videntur ad libitum ficta: neq; est vnde tales numeri sint in ipsa anima. Nec apparet vnde talis virtus. Quapropter sufficit ponere numerum esse quantitatem ipsam rerum numeratarum, ad sensum declaratum.

Picus Mirã dulan.

Mirandula.

Cõtra Picũ

QVÆSTIO TERTIA
Vtrùm substantia materialis absoluta à quantitate, sit indiuisibilis.

VIdetur quòd non: quia adhuc si materialis, diuidi potest. Argum.

¶ In contrariũ tamen est: quia diuisio conuenit substantiæ ratione quantitatis. Incontra.

¶ Pro solutione notandũ, indiuisibile dicitur dupliciter: vel quia partes non habet: vt pũctus, & anima rationalis, vel indiuisibile, quia non partẽ extra partem, sicut species sensibilis. Secundo notandum iuxta Aristo. sentẽtiã in isto loco, corpus dupliciter capi: vno modo, vt est de prædicamento substantiæ, & sic dicit compositũ ex materia, & forma substãtiali. Alio modo, prout est de

Duplex indiuisibile.

est de prædicamento quantitatis, & dicit quod habet trinam dimensionẽ. Ad quæstionem respondetur.

1.Cõclusio ¶ Aliquod corpus quantũ, potest fieri nõ quantũ, ipso manente corpore: & aliquod est corpus, quod nullo modo potest fieri non quantũ, ipso manente corpore. Patet

Ratio.1. par. de corpore prædicamẽti substantiæ: quando quidẽ quantitas est accidens distinctũ, potest substantia separari, & manebit cõpositum ex materia, & forma, & corpus de prædicamento substantiæ: vt posset Deus à Petro tollere omnem quantitatẽ, & ipse maneret rationalis, & intellectiuus, & voli

Ratio.2. par. tiuus, & risibilis: dummodò species manerent in intellectu possibili.

¶ Secunda pars patet. Nam si à corpore de prædicamẽto quantitatis tollatur ipsa quãtitas, iam non maneret corpus de illo prædicamento.

Conclus.2. ¶ Materia denudata à quãtitate actu esset indiuisibilis, sicut species visibilis in eodẽ

Ratio. 3. medio habens omnes partes in eodem situ inuicem multiplicatas. Ratio est: quia per quãtitatem fit partium ordo, & distinctio, & ad inuicem coadunatio.

Conclus. 3. ¶ Materia denudata à quantitate est diuisibilis, & non actu, sed potentia: pro quanto potest adueniente quantitate habere partem extra partẽ, & posset actu diuidi: quia potest fieri actu quanta: quod tamen non potest punctum, neq; anima intellectiua: cum indiuisibilia sint simpliciter: eò quòd

Ratio. materia non quanta, habet partes integrales, quarum quælibet potest esse extra aliã per aduentum quãtitatis: dato ablata quãtitate, vna non sit extra aliam.

Solutio. ¶ Ex istis patet solutio, quomodo materialis substantia, seclusa quantitate, & potest dici indiuisibilis actu, ad modum quo species sensibilis in medio multiplicata, quæ se habet sicut accidens intentionale: quia cum nõ habeat partem extra partem, non potest pati talem diuisionem actu. Et potest dici diuisibilis, in potentia tamen: quia cum ipsa materialis substantia etiã seclusa quãtitate per Dei potẽtiam habeat partes integrales, quæ sunt de essentia eius, licèt non sit pars extra partem, tamen aduenięte quantitate, per quã pars sit extra partẽ, & extensio fiat partiũ, potest talis substantia materialis diuidi. Et etiam sine quãtitate, potest dici diuisibilis, potẽtia tamen, & non actu. Nõ tamen ex hoc sequitur quòd substantia materialis, sine quantitate sit in diuisibili sicut est punctum: quia si sic, sequeretur q̃ continuũ componeretur ex indiuisibilibus, quod est cõtra Arist. 6. Physicorum, licet id cõcedat Grego. Ariminen. & Maior. 5. Nã si a. materia successiue deperdat quantitatem, & ex prima parte proportionabili medietatem, & ex secũda medietatem medietatis, sic in infinitũ ad finẽ horę. In prima parte horę prima medietas erit reducta ad punctum, & secunda, in secunda & sic de alijs. Cum ergo. a. materia componatur substantialiter ex his quæ relinquuntur in corruptione quantitatis, & illa sunt indiuisibilia, per dicentem oppositum: sequitur ergo ipsam substantiam ex indiuisibilibus constare, quod est falsum.

Grego. Maior.

QVÆSTIO IIII. ANDI
uisibilitas sit ratio quidditatiua quantitatis.

VÆritur tertio circa prædicamentum quantitatis, circa verba Philo. qui ponit rationem mensuræ cõuenire quantitati: & alibi 5. Metaph. tribuit ei diuisibilitatem: quæritur in quam, an diuisibilitas sit ratio quidditatiua quantitatis, sic, vt prædicetur de ea primo modo, sicut rationale de homine.

Quæst.4.

¶ Primo probatur quod esse diuisibile nõ sit quidditas quantitatis, imò neque possit esse: nullus respectus potest esse ratio quidditatiua alicuius absoluti: sed esse diuisibilem respectũ dicit, quia dicit aptitudinem ad diuisionem: ergo absoluti non erit quidditas: sed quantitas absolutum est vt constat: ergo. Maior est Philo. 4. Metaph. 1

¶ Secũdo. Potentia & actus & sunt sub eodem genere, & sunt eiusdem quidditatis & essentiæ, quia omne ens diuidunt: sed esse actu diuisum nõ est quidditas quantitatis: quia sic nulla esset quantitas quæ nõ esset actu diuisa: sicut nullus esset homo si actu non sit rationalis: sed nõ est quidditas actu esse diuisam: ergo neque erit quidditas in potentia esse diuisibilem. 2

¶ Tertio. Quidditas rei non demonstratur cum per eam demõstretur propria passio, vt docet Arist. primo Poste. sed esse diuisibilem demonstratur de quãtitate: ergo nõ est eius quidditas. Patet, quia. 6. Physicorum probat Philo. de quantitate continua in infinitum diuidi posse. &c. 3

¶ In cõtrariũ est Philo. in. 5. Meta. tex. 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Pro solutione notãdum, q̃ quatuor per ordinem conueniunt quantit[illegible]primum esse diuisibilem, secũdum esse[illegible]tum vel infinitum, tertiũ esse æquale[illegible]æquale, quartum esse mẽsuram. Et ista qu[illegible]uor sic se habent ordinatè, vt quartũ præsupponat tertiũ: nã omnẽ mensurã necessariũ est esse ęqualẽ vel inæqualem: nãsi æqualis nõ esset, nõ mensuraret. Et tertium, quod est esse æquale vel inæquale, supponit secundum, scilicet esse finitũ vel infinitum, quia non si finitũ non est, erit æquale alicui finito. Et secundum præsupponit primũ: quia omne finitum vel infinitũ quantitatiuum necessario habet partes, & sic diuisibile, & non est aliud prius signabile, per quod ratio diuisibilitatis ei conueniat.

2 ¶Secundo notandũ, q̃ res quę concipi potest, aliquando concipitur per prædicata quidditatiua: aliquando per proprias passiones quando sunt notiores: aliquãdo per operationes, quando ipsæ notiores: & aliquãdo per respectũ ad extrinsecum, sicut locus in ordine ad locatũ. Nã si rationale, quod est hominis quidditas, non sit ita nota, & resibile notius, per propriam passionem concipiemus hominem, & sic de alijs dicendũ: ob id de quãtitate sunt plures cõceptus, & plura ei tribuuntur, vt diximus.

¶Cõclusio. Quidditas & ratio quãtitatis diuisibilitas videtur esse, & nõ esse mensuram. &c. Probatur: quando plura alicui cõueniunt, & de eo prædicantur, illud videtur esse ratio & quidditas, q̃d ei primo conuenit, nullo alio præsuppositio: sed esse diuisibilem respectu quãtitatis est huiusmodi: ergo. Maior est nota, & minor ex primo notabili est manifesta: Nam esse diuisibilem sic primo conuenit quãtitati, vt per nullũ aliud prius ei conueniat, vt constat.

¶Secundo, quãtitatis ratio & quidditas signãda est ex illis vnum, quæ ei conueniũt: sed ex quatuor signatis non est mẽsuram esse, quia aliud est prius. s. esse æquale vel inæquale. Neq; potest esse ratio æquale & inæquale, quia per aliud prius ei cõueniunt: neq; esse finitũ vel infinitũ, quia per esse diuisibile. Et cum esse diuisibile per nullum aliud prius ei conueniat, dicendũ esse quidditatem & rationẽ eius esse, & ibi stãdum. Sicut nõ potest signari quidditas in homine esse risibilẽ, quia ei venit per aliud prius s. esse ratiocinatiuum, neq; potest signari quidditas esse ratiocinatiuum, quia ei conuenit in quantum rationalis: sed quia rationalitas non per aliud, stamus ibi, & quidditatem hominis dicimus. Et sic ista est immediata, & indemonstrabilis, homo est rationalis: & pari modo hæc, quantitas est diuisibilis in partes eiusdem rationis.

¶Ad primum est argumentum Anto. Andræ. in. 5. Metaph. q. 10. qui tenet nullum ex quatuor quæ tribuũtur quantitati esse quidditatem: & quidem damus ei idin quo conuenimus. s. quod neque ratio mẽsuræ, neq; ęqualis neq; finiti, sit quidditas seu ratio: tñ negamus quod esse diuisibile non sit nã cũ omnia ista conueniant quantitati, & quartum. s. esse diuisibile ei non conueniat per aliud prius, ibi videtur stãdum: & id pro quidditate signãdum, & ratione quantitatis, & ob id ad formã argumẽti: licet verum sit quod nullus respectus sit realis ratio & quidditas alicuius absoluti: non tamen inconuenit quod intret rationem alicuius absoluti nã sunt quædam quę secundum suam absolutam rationem cõcipi nõ possunt nisi per relatiuum conceptum: vt est ratio boni quæ respectum dicit necessario ad appetitum, sicut ratio & quidditas veri ad intellectum, sic quãtitas dicat quo ad diuidi in partes, etiã si sit ipsa absoluta. Ad argumẽ ta.

¶Ad secũdum distinguendo illud: sub eodem genere sunt actus & potẽtia: nam potest esse sensus. i. quòd actus & potẽtia sint eiusdem generis. i. prædicamenti, & sic cõceditur: nam substantia in actu, & substantia in potentia ad eundem prædicamentũ pertinent: & sic diuidi in partes, vel actu diuisum, vel posse ad prædicamentum quantitatis pertineat. Secundus sensus est: actus & potentia [illegible]t, eiusdem generis quo ad essentiam & quidditat[illegible], & sic negatur: nam esse mobile, est de essentia entis naturalis, vt Aristo. probat in libris Physi[illegible]: tamẽ esse in actu, vel actu moueri nõ sic de quidditate & essentia entis naturalis est, quia hoc separabile est ab ente. Sic in proposito, esse diuisum actu separabile est à quãtitate: ob id actu diuisum non ingreditur rationem eius[illegible]sed tamen esse in potẽtia diuisibilẽ separabile est: & ratio & quidditas eius est. Ad secũdum

¶Ad tertium respondetur, quod non est idem quãtitatem esse diuisibilem, & esse diuisibilem in infinitum: nam primũ est quidditas & ratio eius, vt dictum est, & primo & per se ei conuenit, ob id in demonstrabile de quãtitate est: quia nullũ aliud est prius, per quod demonstretur: sed secundum, q̃ est in infinitum esse diuisibile, id ratione continuitatis illi conuenit tanq[illegible]propria passio Ad tertium

passio, & id demonstrari potest de quantitate. Hæc dicta sunt de quantitate. Et dato Aristo. in præsenti loco quantitatis rationẽ à mensura videatur affirmate sumendã: & id interdum. S. Tho. affirmat, non obstat, dictis: quia in dialectica, id notius videtur ratio mensuræ quam diuisibilitatis: sed tamen vbi vera, propria, & exacta ratio quidditatis consideratur, in Metaphysica est, vbi Aristo. affirmat diuisibilitatem rationem esse: & S. Thom. ibidem idem sentit: & hac ratione distinxit Aristo. superficiem à loco, quanuis nõ distinguantur realiter: nam secundum aliam rationem dicitur locus, secũdum quã nõ est superficies: quia in quantum superficies absolute dicitur quantitas: & in quantum locus, respectum addit ad locatũ. &c. Ob id alio modo loquitur de quantitate in prædicamento quantitatis de quo est sermo quàm loquatur in Metaphysica, sine contrarietate & repugnantia tamen. Et quod sit alius modus considerandi in in hoc loco quàm in Metaphy. docet Commen. 5. Metaphysi. com. 18.

CAPIT. VII.

De his quæ ad aliquid.

Textus. 1. A verò dicũtur ad aliquid, quæ id, qđ sunt aliorum esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur, velut duplũ, id quod est [illegible]uspiam dicitur, duplum enim alicuius scilicet: & maius id, quod est, aliodicitur maius: aliquo nãq; maius dicitur: similiter & cætera, quæ istius modi sunt. Sunt & hæc etiam ex hisce, quæ ad aliquid sunt, vt habitus, dispositio, scientia, atque positio: omnia enim hęc id aliquod sunt aliorum esse, aut ad aliud aliquo alio modo dicuntur, & non aliud quicquàm. Habitus enim cuiuspiã habitus, & scientia alicuius scientia, & positio alicuius positio dicitur esse, ca[illegible]raq; simili modo. Ea igitur su[illegible]d aliquid, quæ id quod sunt [illegible]iorum esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur, ceu mons magnus ad aliud dicitur: ad aliquid enim mons magnus dicitur. Simile quoque cuipiam simile dicitur: & cætera etiam talia ad aliquid eodem modo dicũtur. Sunt autem & recubatio, & statio, & sessio, positiones quædam: positiones verò ad aliquid sunt. Recubare autem, aut stare, aut sedere, positiones non sunt: sed à dictis positionibus denominatiuè dicuntur.

¶Est autẽ & cõtrarietas in hisce, quæq; ad aliquid sunt: virtus nanque vitio contrarium est, quorũ vtrunq; ad aliquid est, & ignorationi scientia. Non tamen vniuersis cõtrarietas inest: duplo nãq; & dimidio, & similibus, contrarium est nihil. Textus. 2.

¶Videtur etiã ea, quæ sunt ad aliquid, & gradus suscipere, vt magis, minus ve, talia sint, simile nãq; & magis, & minùs dicitur simile, & dissimile, & æquale & inæquale similiter: quorũ vtraq; ad aliquid sunt. Quippe cùm simile cuidam simile, & dissimile cuidã dissimile, & inæquale, cuidam inæquale dicatur. Non vniuersa tamen hanc subeunt legem: duplum enim non magis minusve dicitur duplum, neq; quicquàm talium vllum. Textus. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Textus. 4. ¶Atqui vniuersa,quæ sunt ad aliquid,ad ea dicuntur,quę onuertuntur: seruus enim heri dicitur seruus: & herus serui dicit rherus:& duplũ dimidij duplũ, & dimidium dupli dimidiũ dicitur:& in cæteris simili modo:quanq; interdum dictio casu differt.Scientia enim scibilis scientia, & scibile, scientia,scibile,& sensus, sensibilis sensus,& sensibile sensu sensibile dicitur.

¶Verũ interdũ cõuersio fieri nõ videbitur,si ad id, ad qđ dicitur, nõ accõmodatè fuerit asignatũ, sed qui asignat errauerit: veluti si ala auis fuerit asignata,nõ conuertitur auis alæ:nõ enim primò accommodatè est asignata ala auis: nã nõ hoc ala ipsius dicitur, quo est auis,sed quo est ales,complurium enim & aliorũ alæ sunt, quæ aues non esse cõstat. Quare si accommodatè fuerit asignata fiet conuersi sanè:veluti ala alitis ala,& ales ala est ales.

¶Atqui interdum & nomen facere necesse est,si positũ nomen ad quod accõmodata fuerit asignatio,non sit: ceu si clauus nauigij asignabitur,non accommodata sit asignatio:nõ enim eò clauus ipsius dicitur, quo nauigium est, sunt enim nauigia, quorum claui non sunt.Sed forsitam accommodatio asignatio fuerit, si clauus clauati clauꝰ, aut aliquo alio simili modo dicatur,nõ enim positum nomen est. Atque conuertitur,si accõmodata fuerit asignatio: clauatum enim clauo est clauatum.Idem fuerit & in cæteris modus:veluti caput accõmodatius fuit asignatum,si capitati caput, quàm si animalis esse dixerimus: non enim eo caput habet, quo animal est:complura nãque animalium capite vacãt. Hoc autem pacto facillimè quippiam eorum nomina sumet, quibus nomina posita nõ sunt, si à propositis primũ vocibus, etiã his imponat nomina, quæ cum primis cõuertuntur:vt in prędictis intueri licet,vbi ab ala ales,& à clauo clauatum asignabatur.

¶Vniuersa igitur ea quæ sunt ad aliquid si accommodatè quis reddat,ad ea sanè dicuntur,quę conuertuntur.

¶Nam si ad quoduis vnumquodque,& nõ ad id,ad quod dicitur, asignatur,non fit sanè cõuersio: neq; enim quicquam eorũ, quæ sine controuersia ad ea dicũtur, quæ conuertuntur, nomenq; habent, conuertitur: si non ad id quod dicitur, sed ad accidẽtium aliquid asignetur. Veluti si seruus non heri,sed hominis,aut bipedis,aut cuiuspiam similiũ fuerit asignatus, non fuerit sanè cõuersio,non enim accommodata est asignatio.

¶Præterea. Si accommodatè ad id quod dicitur,fuerit asignatũ, sublatis quidem cæteris omnibus,quæ sunt accidentia, relicto autem

autẽ eo solo, ad quod est asignatum accommodatè,ad illud sanè dicetur: ceu si seruus ad herũ dicatur,sublatis quidem cæteris vniuersis,quæ accidũt hero,bipede inquã, scientiæ susceptiuo,ac homine:relicto aũt tantũmodò hero, seruus ad ipsum semper dicetur:seruus enim heri dicitur seruus Quòd si nõ accommodatè ad id, ad quod tãdem dicitur, fuerit asignatum, cæteris quidẽ sublatis, eo vero solo relicto, ad quod est asignatũ, nõ ad ipsum sanè dicetur. Asignatus enim sit seruus hominis, alaq; auis:atque ab homine herus auferatur,non ad hominẽ sanè seruus dicetur. Nam cùm herus non sit,neq; seruus est sanè. Similiter & ab auis ales auferatur, non vlteriùs ala profecto ad aliquid erit: si enim ales non sit,neque erit ala cuiusquam.Quare quodq; asignetur ad id,ad quod tandem dicitur accommodatè, portet. Atq; si sit quidem positum nomen, facilis asignatio fit:sin verò non sit,nomina fortasse ponantur necesse est. Quòd si hoc asignetur modo,ea quę ad aliquid sunt vniuersa ad ea sanè dicentur quæ conuertuntur:vt patet.

Textus. 5. ¶Ad verò ea quæ sunt ad aliquid simul natura esse videntur, atq; in plurimis quidem vera est hæc sententia, in quibusdam autem vera nõ est. Simul enim duplum est, & dimidium: & si est dimidium,duplum est,& contrà: & si seruus est,herus est etiam,similiter & in cæteris. Quin & mutuò hæc inuicem se se.Nam si duplum non est, dimidium nõ erit: & si dimidium non est; duplum non erit. Idẽ est & in cæteris modus,quæ rationis sunt similis.

¶Non tamen in vniuersis quæ sunt ad aliquid,verũ hoc esse videtur, simul inquàm natura vt sint: scibile nanq; scientia priùs esse videbitur. Plerumq; enim rerum,quæ antea sunt, scientias nos accipimus: in paucis enim, aut nulla in re prorsus,scientiam fieri quispiam cum scibili simul videbit.Præterea.Si scibile tollatur,tollitur & scięntia:scientia verò si tollatur,non tollitur scibile. Nam si scibile non fit,scientia nõ est:nullius enim prorsus scientia erit. Scientia verò etiam si nõ sit, scibile esse nil prohibet, quadrationis eñ circuli & si scibilis est, scientia quidem nondum esse videtur:est autem scibilis ipsa.Præterea. Animali sublato, scientia quidem animalis non erit, cùm complura interim quæ scibilia sunt animalium, existant.

¶Sic & in sensu res se se habere videtur:sensibile enim antecedere sensum videtur: si sensibile nãque tollatur,tollitur & sensus,& ipsum si sensus auferatur, non tollitur. Sensus enim circa corpus & in corpore sunt, itaque sensibili sublato, corpus medio

tolli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tollitur, est enim & ipsum corpus sensibile: si corpus verò non sit, etiam sensus auferetur. Quare fit, vt secum sensibile sensum auferat. At sensus secum sensibile nó tollit: nam si animal tollatur, tollitur quidem sensus, sensibile verò non tollitur. Est enim sensibile corpus: vt calidum, frigidũ, dulce, amarum, & cætera omnia quæ sunt similis generis. Præterea. Sensus quidem cum sensitiuo simul emergit: nam vnà cũ animali, & ipse sensus efficitur. Sensibile autẽ est & antea quàm sensus sit ortus: est enim ignis, & aqua, cæteraque talia, è quibus animal constat, & antea quàm sit omnino animal, aut sensus: quare sensibile priùs ipso sensu videbitur esse.

Textus 6. ¶ Existit autem hoc loco dubitatio quædam: vtrùm nulla substantia dicatur ad aliquid, quemadmodum & videtur: an hoc in aliquibus substantijs secundis cõtingat: in primis nanq; substãtijs verũ est. Nam neq; tota neq; partes ad aliquid sanè dicuntur: quidam enim homo non dicitur cuiusdam quidam homo, neq; quidam equus, cuiusdam quidam equus. Et itidem in partibus, quidam enim manus, nó cuiusdam quædam manus, sed cuiusdam dicitur manus: & quoddam caput, non cuiusdam quoddam caput, sed cuiusdam dicitur caput. Eadem & in pluribus secundis substantijs dici possunt: homo nanque non cuiusdam dicitur homo: nec equus alicuius dicitur equus, nec lignum alicuius dicitur lignum, sed alicuius possessio dicitur. Talia igitur patet non ad aliquid esse. In quibusdã autem secundarum substantiarum est dubitatio: caput enim alicuius dicitur caput, & manus alicuius dicitur manus: & vnumquodq; tale eodem modo dicitur: quare hæc videbuntur ad aliquid esse

¶ Si igitur eorum quæ sunt ad aliquid, definitio est assignata, aut omnino est difficile, aut impossibile, nullam substantiam ad aliquid esse ostendere: sin uerò nó sufficienter est assignata, sed ea sunt ad aliquid, quorum esse idẽ est ei quod est ad aliquid aliquo modo se se habere, fortasse ad hæc aliquid dici potest.

Textus 7. ¶ Prior autem definitio sequitur quidem ea, quæ sunt ad aliquid, omnia: non tamen idem est propterea quòd ipsorum ad aliquid esse, est id quod sunt aliorũ esse dici. Ex his igitur patet, si quispiã aliquid eorum quæ sunt ad aliquid, definite scit, simul id quod ad illud dicit definitè sciet. Hoc autem patet quidem ex his ipsis. Nam si scit quispiã hoc aliquid esse, est autem eorũ quæ sunt ad aliquid esse, idem ei quod est ad aliquid aliquo modo se se habere, & illud profectò sciet, ad quod hoc

hoc aliquo modo se habet. Si enim nescit omnino id, ad quod hoc aliquo modo se habet, neq; fit ad aliquid, hoc modo se habet sciet. Patet autẽ ex singulis: nam si quispiam hoc scit definitè duplum esse, & id cuius duplũ est, continuò definitè sciet. Nam si nullus definitè duplũ scit illud esse, neque si est duplum omnino scit: similiter & hoc si scit præstabilius esse: & quo præstabilius est definitè, ob hæc eadem ipsum scire necesse est. Nec indefinitè sciet, hoc præstabilius esse deteriore: hæc enim opinatio est, non scientia. Non enim exactè iam deteriorẽ præstabilius esse sciet: nã si fortè sic accidat, nihil est deterius ipso. Quare patet necessarium esse, vt quicquid eorũ quę sunt ad aliq̃d quispiã definitè sciat, & id identidẽ ad quod illud dicitur vt sciat.

Textus 9. ¶ Fit autem vt caput & manus, & quæcunq; talium, quæ substãtiæ sunt id quod est ipsum definitè sciatur: at nõ fit necessariò, vt id, ad quod definitè sciatur. Cuius enim hoc caput, aut cuius est manus, nõ fit vt definitè sciat. Quare hæc nõ ad aliquid erũt. Quod si hæc non sunt ad aliquid, verè dicere licet, nullam substantiam ad aliquid esse. Difficile autẽ est fortasse, de talibus vehementer asserere eum, qui nõ persæpe cogitationem in his posuerit: circa tamen vnũquodq; ipsorum non est inutile dubitasse.

Hoc prędicamentũ relationis non censebatur distinctũ apud Zenonẽ, & alios Philosophos, vt refert Albertus ex Alexãdro. Putabãt illi esse cõmune quid omnibus prædicamẽtis ad aliud dici: verũ Plato docuit speciale eius esse, ad aliud dici, à quo & Aristo. eius discipulus, & alij: & meritò post quãtitatem orti sunt: nam ante considerationem qualitatis in substãtia, post ipsam quantitatem consequitur mensura eius: & quòd sit dupla ad suam medietatem, & tripla ad tertiam, &c.

¶ In quinto textu quãdo dicit: *Quadratio circuli est scibile, & nõ est scientia. &c.* est sensus, q̃ licèt sit verũ, q̃ potest esse scientia, sicut possit, dato circulo, dari quadratum, quod habeat æqualẽ aream. Nã dato circulo, potest minus quadratũ intra circulũ dari, & potest dari maius: ergo & poterit esse æquale: ergo licèt hoc sit scibile, quadrare circulum, nondũ scientia talis scibilis est reperta. Aristot. 1. Physic. tex. 11.

¶ * Circa illam proprietatem, seu cõmunitatem potius: vt relatiua suscipiant magis vel minus: quia aliqua duo dicũtur magis similia vel minus, aduerte: q̃d hoc euenit ratione fundamẽti: nam si fundamenta nõ recipiũt magis neq; minus, neque relationes. Vnde quia qualitates fundãtes similitudines, vel dissimilitudines, recipiunt magis, vel minus, relatiua dicuntur suscipere: quod si obijcias: quod Arist. dicit quod in æquale, sicut dissimile, suscipiat magis & minus: & in æquale, sit in quãtitate quæ nõ recipit magis vel minus: solutio: primo q̃d licet quãtitas, quãdo à numero denominatur, non recipiat magis vel minus: tñ quantitati non denominate potest conuenire: sicut in quarto Phy sicorũ probatur: secundo potest dici: quod quãtitas, suscipit magis vel minus, extensiuè: sicut qualitas extensiue.

QVÆSTIO. I.

ea quæ dicta sunt in relationis prædicamento sint vera.

Videtur quòd non. Nam in prædicamẽto solũm ponitur quod habet esse reale: sed esse ad aliud, est per operationẽ intellectus cõparantis: sicut dominum Primum argumentum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dici in ordine ad seruũ, solum est per hoc, q̃ intellectus intelligit, & comparat istum hominem, sicut superiorem ad inferiorem: hoc autem non est nisi per intellectũ.

Secundo. ¶ Præterea. Scibile dicitur in ordine ad sciẽtiam: sicut sensibile ad sensum: & similiter scientia dicit ordinẽ ad scibile: sed hoc non est per aliquid reale in scibili, neq; in ipsa scientia: inquantũ scibile refertur ad eam: ergo non rectè ad aliquid ponitur prædicamentũ. Quòd scibile dicat ordinem ad sciẽtiam, & sine superaddito, patet: quia etiã si non sit scientia, scibile est: ergo hoc q̃ ad scientiã referatur, non est per aliquid reale, sed solum per operationem intellectus.

Tertiò. ¶ Tertiò. Si relatio esset ens reale, verè produceretur, sicut alia accidẽtia producũtur: sed hoc est cõtra Arist. 3. Phys. cõ. 10. dicẽtis, ad relationem non esse per se motum.

Quartò. ¶ Ad idem. Aliqua nõ relativa dicũtur ad cõuertentiam: ergo non est propriũ quarto modo, ad aliquid, ad conuertentiam dici. Patet antecedens. Nam si quantum est, quantitate quantũ est: & si quale est, qualitate quale est: & si calor est, calidi calor est.

Qualtò. ¶ Quintò. Aut illa quarta proprietas posita est generalis omniũ relativorũ, & secundum esse, & secundũ dici, vel secũdum esse solum: nõ primum, quia Arist. excludit scibile, & sciẽtiam ab hac proprietate. Et si secundum: arguitur ex eodem exemplo: scibile, & scientia sunt simul natura: ergo male secludit Arist. Patet: quia si scibile est actu, & scientia: & econuerso: & si scibile est in potẽtia, & scientia similiter: tamẽ Arist. videtur sentire quòd non sequitur, si scibile est in potentia, quòd actu scientia sit.

Incõtrariũ. ¶ Sed cõtrà est autoritas Arist. q̃ in textu ponit relativorũ definitionẽ, & pprietates

Notandum ¶ Pro solutione quæstionis est notandum duplicia esse relativa: quædã quæ dicũtur secundum esse: alia quæ secũdum dici: quorum S. Tho. 1. par. q. 13. ar. 7. ad primũ meminit: & de potentia. q. 7. ar. 10. ad. 11. relativa secundum esse, illa sunt: quæ sic sunt relativa, quod non important principaliter rem alterius prædicamenti: vel (sicut alij dicunt) quæ sunt imposita ad significãdum habitudines ipsas relativas: vt pater, & filius: dominus, & seruus, &c.

S. Thom. Relat. secũdum esse.

Relat. secũdum dici. ¶ Relativa secundum dici, sunt, quę important simul cum respectu rem alterius prædicamẽti: vt scientia, importat qualitatem cum sit in prima specie. Et dicit etiã respectum ad scibile: & tãdem vocatur relativũ secundùm dici: cuius quidditas nõ est esse ad aliud: sed tamen explicari nõ potest, nisi per ordinem ad aliud: at relativum secundùm esse, est res, cuius quidditas, nil aliud est, quàm ad aliud esse. Quæ ideo dicta, quia in veritate talia propriè ad aliud sunt. Illa tamen quæ secundũ dici, non sic: quia quidditatem absolutam important, sed respectum dicunt. Et ista relativa quæ sunt secũdùm dici (vt bene notat. Paulus Venetus) non æqualiter ponuntur in duobus prædicamentis, vt aliqui modernorũ putant, sed primò, & principaliter ponuntur in prædicamento qualitatis, vt scientia, & sensus, & caput, in prædicamento substãtiæ: quia caput, capitati caput, & secundario, & minùs principaliter in isto: quia minùs principaliter, respectum significãt. Quapropter in hoc prædicamento simpliciter tantummodò ponuntur relativa secundùm esse: quia talia solũ propriè relativa dicuntur: & esse non habent aliud, nisi aliorum esse: vel ad aliud esse: sed relativum secundùm dici nõ habet principale significatum respectum, sed absolutam rem: vt scientia. Non ergo potest poni in hoc prædicamento.

Venetus.

¶ Et quidem manifestum id est, quia cùm talia relativa quę sunt secundùm dici, principaliter, & simpliciter ponantur in prædicamento alio: vt scientia in prædicamento qualitatis, & non potest vna, & eadem res in diuersis prędicamẽtis directè poni: quia aliàs tota ars ipsa prædicamentorum ab Arist. posita corrueret.

¶ * Sed tamen non inconuenit, vt aliquid ad diuersa prædicamenta reducatur: vt de motu diximus: nã cum ens sit, & ob id non extra prædicamenta, & terminũ respiciat vt imperfectũ, perfectũ: vbi terminus, ibi & motus ad talem terminum: & cũ motus referatur ad mobile, & admouens relativũ erit secundũ dici saltẽ: & sic potest relatio, fundari aliquando super motũ, actu existẽtẽ: vt dicendo mouens, refertur ad rem motam: aliquando super motum in potentia: vt quãdo motor refertur ad mobile: aliquãdo super moto, in præterito: vt dicendo, pater refertur ad filium. &c.

¶ Conclusio. Recte ab Arist. o. tum relativorum diuisio, tum ipsorum definitio, & proprietas in textu posita est. Quod patet discurrendo per singula, & ex argumentorum solutione fiet notum. Ad argumenta respondetur.

Ad quæst. concl.

¶ In primo argumẽto tangitur potissima difficultas in materia: pro quo oportet, antequàm ad formã argumenti deueniamus circa

Ad. prim.

Cõmenta. circa materiam eius aliquid adducere. Dicit Commentator. 12. Meta. cõmen. 19. antiquos esse opinatos, relationem solùm dicere actum intellectus: eò quòd sit minimè entitatis: & quidẽ relatio id importat. Sactionem comparatiuam. Quapropter fortè Plato vocauit ad aliquid, quod significat ipsas habitudines sine tali intellectus ordine: quod est dicere (vt antiqui loquuti sunt) relationem significare ipsam relationem vt conceptam: & ad aliquid eam vt exercitam: & sic relatio significat actum intellectus, sed ad aliquid rei naturam.

Duplex relatio. ¶ Diuiditur ergo relatio, in realem, & rationis. Illa est realis, quæ est inter duo extrema realiter distincta. Vtrùm distinguãtur à re relata, seu fundamento (modò nõ dicimus, post dicturi) vt ordo exercitus: ordo rerum in vniuerso: vt notat S. Tho. 1. part. q. 13. art. 7. & de potentia. q. 7. ar. 9. Et doctor sub. in. 1. di. 31. & in. 2. di. 1. q. 5. & in primo dicit, tria requisita ad relationẽ realẽ, q̃ sit inter entia realia, & realiter distincta, & secluſa operatione intellectus.

S. Thom. Scotus.

Rela. rationis. ¶ Relatio rationis erit, quando est inter extrema, quæ non sunt verè entia. Secundò cõtingit inter illa, quę non sunt realiter distincta: vt idẽ à se ipso. Tertiò, quando nullo modo sine operatione intellectus potest esse talis ordo, vel respectus: vt cõtingit ex eo, q̃ in Deo iustitia, & misericordia ad inuicem distinguũtur solùm per operationẽ intellectus. Et hoc S. Tho. 1. sen. d. 2. q. 1. art. 3. ad. 3. &. 4. &. 1. p. q. 13. art. 4. dicit. Attributa diuina nõ solũ differunt ratione ratiocinãte, sed etiã ratione ratiocinata. Rationem ratiocinantis vocat intellectũ, vel conceptũ. Et ratio ratiocinata est ipse obiectiuus cõceptus, seu quidditas in re per definitionẽ declarata. Vult ergo dicere, quòd Dei attributa non sunt solum conficta ab intellectu: sed sunt in re formaliter: hoc excepto, quòd ex parte rei non sunt duæ res: sed distinctio eorum in Deo est fundamentaliter, & formaliter in intellectu.

Ratio ratiocinans. Ratio ratiocinata.

Ad formam arg. primi. ¶ Ad argumenti formam: negatur relationem non habere aliud esse, nisi per intellectum. Nã quando est inter entia realia talis respectus, & inter res realiter distinctas, secluſa omni operatione intellectus cõtingit ex natura rei: vt pater in ordine ad filium: licet verũ sit relationem rationis non nisi per intellectum habere esse: non potest tũ negari, quin aliæ, quæ reales sunt, habeant esse secluſa omni operatione intellectus.

* ¶ * Vnum tamen cõsiderandũ: quod & si omnis substãtia creata, respectũ dicat causalitatis, ad primã causam: nõ eò sequitur, quòd illa quę absoluta sunt, relativa dicantur: quia: ad esse relativũ, requiritur, quod alterũ, secundùm suum esse, dicatur: vt pater est filij pater: vel quod in quidditate sua importet respectũ: modo potest intelligi substãtia, & quidditas hominis: sine tali respectu causalitatis: nõ enim includitur in eius diffinitione, non erit respectiuũ homo: sed absolutũ: sicut est verum, nõ omnia esse relativa, quæ absoluta sunt: negari nõ potest quin relativũ, sit aliquod realiter & vera sit relatio realis secluſa operatione intellectus: in quo cõmẽtator Auerro. 12. Meta. cõm. 19. aberrauit, dicendo relationẽ non esse ens reale: nam cũ ens sit diuisum in decem prædicamẽta, quæ verè & realiter, & inter ea relatio: sequitur quod vere sit realiter, & aliqua relatio apud Arist. 12. Meta. text. 52. de perfectione vniuersi est vt ordo, qui est in rebus: vt in exercitu intelligitur.

Ad. 2. ¶ Ad secundum argumentum dicendum, q̃ scibile refertur ad sciẽtiam, & scientia ad scibile: & quando infers: & tamen non est per aliquid reale, sed solùm per operationem intellectus, negatur minor: nam scientia ad scibile refertur realiter, & secluſa omni operatione intellectus: quando quidem nõ potest esse scientia, quin sit alicuius scibilis: sed tamen scibile refertur ad scientiã, per operationem intellectus: quia nihil reale est in ipso scibile, quãdo actu est de ipso scientia. Et sic contingit in relatiuis secundũ dici, quòd creatura refertur realiter ad creatorẽ, relatiõe reali existẽti in ipsa creatura: sed non correspondet talis realitas in alio extremo, scilicet in ipso creatore. Sufficit ergo quòd relatio sit realitas quædam etiam in relatiuis secundùm dici, dato non sit in vtroq; extremo. De quo aliàs latiùs in Resolutionibus Theologicis.

Ad. 3. ¶ Ad tertium quando dicis. Si relatio esset ens reale, produceretur sicut alia accidentia: concedo: sed quando arguis, hoc est cõtra Arist. dicentem, ad relationem nõ esse per se motum, negamus: nam Arist. illis verbis non voluit dicere, relationem non esse reale quid, neq; negauit absolutè generationem: sed dicit, quod relatio nõ proprie producitur, sed comproducitur: nã ipsa ad productionẽ fundamenti resultat, ob id ad eam nõ est per se motus, sed ad fundamẽtũ est ipse motus de per se: & ad relationẽ nõ per se, sed mediante fundamento: nam vltra motũ generationis, qui ad substantiam est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,est augmentatio,quæ ad quantitatem: & sic sequitur æquale,vel in æquale: quæ est relatio,duplum,& subdupl[um]. Et est alteratio,quæ est motus ad qualitatem,& cõ sequitur simile, & dissimile. Et est motus ad vbi,ad quod consequitur propinquum, & remotum.Et sic apparet quomodo non est proprie,& de per se motus ad relationẽ est tamen ad fundamentũ, quod consequitur relatio.

Ad.4. ¶Ad quartũ, conceditur non esse propriũ quarto modo,vt dicantur relatiua ad conuertentiam.Nam cum illa conueniat relatiuis secundum dici, etiam conuenit omnibus denominatiuis.Et iustus,iustitia est iustus:& sapiens,sapientia sapiens, & quantus,quantitate quantus,&c.

* ¶Dixit ad conuertentiam : & non ad conuertibilitatem , vel conuersionem: nam conuertentia est in relatiuis: & conuertibilitas in propria passione,& suo subiecto,& diffinito,& diffinitione:& conuersio est in propositionibus.

Ad.5. ¶Ad quintum tangitur dubiũ apud Arist. quomodo ipse ponat exemplum,quòd aliqua relatiua non sint simul natura,vt scientia,& scibile:nam potest esse scibile,& non scientia:vt de quadratura circuli, quod est scibile sine scientia. Nam si vtrunq; in actu capiatur,sunt simul natura, & si vtrunque in potentia,similiter. Sic intellexit Amonius,& alij antiqui expositores. Amonius. Et. B. Augustinus. August.in suis Cathegorijs,cap. 11. ad propositum ait.Sunt qui huic definitioni velint mouere superfluam quæstionem,asserentes inueniri posse ad aliquid dictum,quod ante fit,& postea nascatur:quod de ipso debeat nuncupari : vt etiam videantur hæc duo,neque ortu,neque occasu esse sibi coniuncta : atque dant exempla scibilis,& scientiæ, asserẽtes ante scibile fuisse,& post eius scientiam cõsequutam.Verbigratia.Ante Geometricos circulus fuit: sed hæc eorum scientia postea à sapientibus comprehensa est.Et post subdit . Hæc solent parum diligenter naturam rerũ considerãtes astruere:omnia enim quæ sunt , aut naturali tentia dicuntur esse, aut operatione faciendi,quam Græci dynamin,& energiam vocant:quas si quis separare voluerit, neque vllas societ[ates] confundere,intelliget : ad aliquid,esse non posse sine altero, cuius esse dicitur.Scibile enim grammi, siue circulo, in ipso ortu naturæ scientia sociata est:simul nanq; vt scibile esse cœpit,habuit scientiam sui : sed necdum energiaid est operatio,monstrata est.Non ergo tunc cœpit esse scientia eius,quando cœpit operari:sed cum ipso scibili orta est,& operatio postea est consequuta.Hæc.B.Augustinus.ex quo apparet eum sentire,sciẽtiam,& scibile etiam simul esse.Et quando fuit scientia,fuit scibile:& econtra. Nam scibile in actu , habuit scientiam in actu:& scibile in potentia,sciẽtiam in potentia.

¶Verum.S.Thom. 1.par. quæst. [illegible].art.7. ad.6.dicit. Aliqua relatiua secundum dici, vt scibile,& scientia non esse simul:quia est talis natura,quòd vnum simpliciter includit aliud in actu : sed tamen aliud simpliciter:solum includit aliud in potentia:vt sciẽtia non est simpliciter sciẽtia, nisi actu sit,id est nisi habitus sit actualiter in intellectu: scibile tamẽ,id est obiectum,quod,est causa scientiæ,actu est,quando producitur habitus:& ideo scientia dicit relationem realem ad scibile,sicut effectus ad causam: sed scibile non indiget actu sciẽtia:quia nomina in bile solum dicũt potentiam. Dicitur enim simpliciter scibile,quia de illo potest esse scientiæ& sic solum dicit relationẽ rationis ad scientiam, quam alij dicunt aptitudinalem:ob id Arist. dicit , quòd scibile est simpliciter prius scientia. S.Thom.

¶*Et sic etiam potentia,& actus,cum sint relatiua secundum dici : & potest intelligi prioritas,in quantum res sunt : non in conuenit vnam præcedere aliam : sed ratione respectus,simul concipiuntur: de quo li.9. Metaph. *

¶Hic obiter notãdum,quòd Doctor subtilis in.3.d.1.q[illegible].& in.4.d.13.q.1.&quolib. 11. distinguit relationem extrinsecus adueniẽtem,& intrinsecus adueniẽtem.Relatio intrinsecus adueniens est illa, quæ necessario consequitur suum fundamentum intrinsecum:vt quantitas, quam consequitur æqualitas,& qualitas quam simile.Vndo: vel est illa,quæ necessario cõsequitur fundamento,& termino positis. Diuisio Scoti. Relatio intrinsecus adueniens, & extrinsecus.

¶Relatio extrinsecus adueniens est, opposito modo:vt vnio materiæ,& formæ:nam materia , & forma ligni essent in eodem loco, in quo nunc sunt , non tamen essent vnitæ,& postmodum fierentur:illa vnio nõ consequetur aliquam rationem fundandi absolutè,putà quantitatem,aut qualitatem: & sic stat ambo extrema esse,& quod non sit vnio. Idem dicit de vnione humanitatis ad verbum . Et ponit exemplum de relatione vbi, quam ponit extrinsecus aduenientem:

¶Secundò dicit, quòd ad relationẽ extrinsecus aduenientem est per se motus : quia per motum acquiro esse in hoc loco , ex quo est respectus ad centrum terræ , vel ad orientem.

¶Tertiò dicit,omnia alia sex prædicamenta,exceptis quatuor primis,esse relationes extrinsecus aduenientes. Hæc distinctio ante Doctorẽ subtilẽ non fuit inuẽta,sicut neque illa de distinctione formali . Et posset sentẽtia Doctoris subtilis impugnari, quia est contra Arist. qui distinxit omnem relationem , in illam quæ fundatur in qualitate, vel in quãtitate,vel in actione: & quælibet earum sequitur fundamentum intrinsecũ. Item ad hominẽ. Vnio materiæ, & formæ consequitur aliquid absolutum . s. actionẽ formæ in ipso subiecto qua vnitur : sicut enim posita in Petro albedine,fit similis alteri : sic posita actione formæ qua vnitur materiæ, consequitur vnio . Sic in vnione humanitatis in verbo,consequitur esse substantiale,& in eo fundatur relatio. Contra opi. Scoti.

Impugnatur Scot. ¶Nec valet quod dicit ipse de relatione extrinsecus adueniente,quòd stat fundamentum,& terminũ poni,& q̃ nõ sit ipsa:nam si intelligat de remotis , etiam contingit in trinsecus adueniente : quia stat me esse, & Petrum, & q̃ non sit similitudo, si ipse fiat niger.Sic etiam potest esse de materia , & forma.Tamen sicut non potest esse,q̃ sint fundamentum,& terminus propinquè ponantur,quin & relatio sit:sic & nõ potest poni materia,forma,& actio illa,vel esse substantiale resultans ex vnione, quæ est fundamentum propinquũ , quin sequatur vnio. Et fortè in hoc est sua opinio, quia nõ credit aliud fundamentũ propinquius, quàm ipsa res vnitas, cùm tamẽ sit aliud,scilicet esse resultans ex tali vnione,

¶Neq; sequitur bene (vt ipse infert) ad relationem esse per se motũ : quia in vnione illa non est motus ad relationẽ,sed ad substantiam:quia illa actio est generatio. Et sic in incarnatione verbi illa actio terminata est,non ad solam vnionem,quæ sit relatio, sed ad hoc q̃ est Christũ esse hominẽ,quod est prædicatũ substantiale. Et dato motus terminetur ad vbi,vbi, non est relatio secũdum esse,sed secundum dici,nam.5. Physicorum Arist. comm.10.cùm dixit, quòd ad relationem non est motus, vt intelligeret de relatione secundum esse:ait , ad substantiã non est nisi mutatio. Et subiungit, est motus ad quantitatem,& ad qualitatẽ, & ad vbi.Ex quo videtur,quòd vbi, est relatio,sicut quantitas,& qualitas, quæ sunt secundum dici solum. Arist.

¶Sequit ex dictis,stãdo in opinione cõmuni,q̃ propinquitas,est relatio intrinsecus aduenie[ns] , surgens ex ista actione meã, quòd [illegible] in isto loco:& me esse hic est fundamentum propinquũ talis relationis. Corollar.1.

¶Secundò sequitur, q̃ sex vltima prædicamenta, vt post dicemus, nõ sunt relationes extrinsecus aduenientes: quia nulla talis datur:sed sunt intrinsecus aduenientes, & habent sua fundamenta intrinseca : sunt enim res absolutè extrinsecus adiacentes: quia non sunt relatiua secundum esse, seu secundum dici. Corollar.2.

QVÆSTIO II.

Vtrùm relatio distinguatur realiter à suo fundamento.

ARguitur quòd sic.Omnia prædicamenta(vt dictum est in præcedentibus) dicuntur entia realia, & nõ fictitia:ergo & relatio : relatio autem non est suum fundamentum:ergo sequitur,quandoquidem est ens reale,quòd ab eo distinguitur realiter. Primũ argumentum.

¶Secundò argumẽtatur D.Thom. 1. p.q. 13.ar.7.&.q.28.ar.1. & de potẽtia.q.7.ar. 9.& Scotus in.2.d.1.q.5. Sunt aliquæ relationes quæ dicunt reales perfectiones : vt est vnio materiæ,& formæ : & ordo vniuersi:& inhærentia accidentis ad subiectum, & relatio causæ ad effectum:esse patrem:esse dominũ.&c.& omnes istæ , seclusa omni operatione intellectus, important hãc perfectionẽ,ergo sunt reales relationes : & sic consequenter sequitur distingui à suis fundamentis. Secundò. S.Thom. Scotus.

Tertiò.Ex sentẽtia Doctoris sub.in.3.dist. 1.q.1.stat aliquando quodcunq; accidens absolutum,quod prius erat in Petro,manere destructa eius relatione:ergo relatio Petri distinguitur realiter à quocunq; absoluto in eo existente. Quod probatur : quia Petrus albus est similis alijs albis : si alia alba destruantur , Petrus desinit esse similis, nullo corrupto accidẽte absoluto in Petro ergo similitudo Petri distinguebatur ab albedine in qua fundabat:aliàs,si similitudo esset albedo, & manet albedo , deberet & Tertiò. Scotus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

manere similitudo, & nō manet: quia non sunt alia alba: ergo manet, & non manet.

Cōfirmatio ¶ Confirmatur. Quia stat simi[illegible]udinē Petri intendi nullo accidente absolu[illegible]to in Petro intenso: vt si Petrus sit al[illegible]us vt sex, & Paul. vt duo, & fiat vt quatuor, tu[illegible] est maior similitudo in Petro ad ipsum Paulum, nisi hoc quod albedo Petri sit intensior.

Ocham. ¶ Quarto. Ocham in. 1. d. 8. q. 1. ait. Impossibile est contradictoria verificari de eodē successiue, nisi sit vel mutato loco, aut tempore, aut aliquare de nouo producta, aut destructa. Tunc si materia, & forma ligni sunt in eodem loco penetratiuē, & nō vnitæ, possunt vniri à Deo, nec tempore, nec loco mutatis, neque re aliqua destructa: ergo si ante erat verum, quod non erant vnitæ, & modo sunt, est propter productionē nouæ rei, quæ est vnio. Et sic fit argumētū in. 3. sen. q. 1. ad probandum, q vnio humanitatis ad verbum sit relatio distincta.

Contrariū. ¶ In contrariū est authoritas Arist. 5. Physicorū. tex. 10. vbi ait, ad relationē nō esse per se motū: vt suprà diximus: quia stat altero mutato, & altero nō mutato relatiuè dici, hoc est stat sine rei acquisitione noua realiter referri, qualiter ante nō referebāt.

¶ Quæstio hęc est inter modernos, quæ nimiam habet difficultatem, propter opinionum diuersitatem, & ipsorū relatiuorum cōditionem, & variam naturam: & solum rationem ipsam sequentes, quia in nullius verba iurauimus.

* Caietan. p. p. q. 28. art. 2. ¶ * Prima opinio est Capreol. in. 1. sent. d. 30. q. 1. & Caiet. in commentarijs ad prima par. q. 28. ar. 2. Isti tenent omnem relationem realē distingui realiter à suo fundamēto: & id cōtendunt probare esse de mente S. Tho. Secūda opinio in alio extremo est Heruei in. 1. sen. d. 30. q. 1. art. 1. & Grego. Arimi. in. 1. d. 28. q. 2. Isti tenent relationē realem identificari cum suo fundamento.

3. Opinio. Tertia opinio media tribuitur Scoto in. 2. sen. d. 1. q. 5. & in quolib. q. 3. qui tenet omnem respectum extrinsecum, distingui à suo fundamento: intrinsecū autem esse idē & relinquenda est imaginatio illorum, q[illegible] realem relationē negabant: de quibus Auicen. 3. Metaph. 10. & similiter non est sustinenda opinio Aureo. qui idem dicebat: ad quæstionem ergo quæ videntur probabiliora per conclusiones, quarum prior.

Conclus. 1. ¶ Nulla relatio est à fundamento realiter distincta, vt sint ipsa, & fundamētum, duæ res: sicut aqua, & frigiditas: homo, & albedo. Hæc probatur authoritate Arist. addu

Arist. cta in contrarium. Nam si ad relationem non est per se motus, non est res realiter distincta à suo fundamento.

Ratio. 1. ¶ Ratione sic. Quis credet, q ēō q quis in Roma fiat albus, in me oriatur aliquid reale, quod ante non erat? Et quia Petro nascētur filius, accrescat illi aliqua entitas, quæ non esset, si antequàm in lucem progrederetur, esset mortuus.

Ratio. 2. ¶ Secūdō. Si relatio esset res distincta à suo fundamento, posset illā Deus separare, fundamento manente, & termino: nam si realiter distinguitur à termino, & fundamēto, nō est dubium. Potest enim esse, quando quidē vnū nō est de essentia alteri us: & realiter distinguuntur: quod tamē repugnat. Et quidem hoc quod docet ista conclusio, ante Scotum non erat difficile intelligere: sed postquàm ipse in. 3. d. 1. ait, q æqualitas, & similitudo à suis fundamētis realiter distinguuntur, quia possunt fundamēta esse sine eis, &c. hinc emanauit hæc opinio. Et licet S. Tho. nunquàm formaliter asserierit relationē distingui à fundamēto sic, sequaces eius Thomistæ expresse ei hoc tribuerunt. Vnde Socinas. 5. Meta. q. 28. Socinas. ait circa hanc quæstionē, quod nullibi expresse habetur, quid senserit Philosophus, vel Cōmentator, aut S. Tho. aut alij Peripatetici: & ipse tenet negatiuam partem, vt positum est in conclusione, & Soto in Soto. Capreol. isto loco, quæstione secunda: licet Capreolus in. 1. d. 30. & alij Thomistæ post eum, teneant affirmatiuā partem. Et dicit Soto. S. Tho. potius fuisse de opinione, vt dictū est in conclusione, vt expresse in opusculo. 48. in præ[illegible]camento ad aliquid fatetur ca. 2. vbi dicit. Similitudo Sortis in albedine ad Platonē nō est alia res distincta ab albedine sed solū ipsa albedo, vt se habet ad Platonis albedinē: quia aliàs si aliquid adderet similitudo, nullo modo posset q[illegible] alicui fieri similis sine sui mutatione. Et. 5. Physicorum lectione. 3. exponens id. Ad relationem non est motus, ait. Cum ego habeo quantitatem, per eam cōuenit mihi vt sim æqualis omnibus illis, qui eandem habent.

¶ * Et quod sit de mente Aristo. patet. 5. * Physic. tex. 10 & 7. Phylicorum text. 17. probans nō esse alterationem ad primam speciem qualitatis: sic arguit, in ad aliquid non est alteratio sicut neque motus: sed habitus est ad aliquid, ergo: patet quod si relatio fundata super habitum, esset res alia ab habitu, non valeret, non enim sequitur in ad aliquid non est motus ergo in habitu

bitu non est motus: nisi in virtute istius medij, habitus, & sua relatio, sunt eadem res. &c. Et probatur quod sit de mēte Com mē. in libro de substantia orbis dicit q potentia materiæ est ipsa materia &. 1. Physicorum com. 70. vbi vult quod potentia, differat à materia: quia potentia, est de prędicamento ad aliquid: si igitur dictum primum debet concordare cum secundo, nec dicit quod relatio & fundamentū sunt idē re, licet differāt ratione. Quod si quis obijciat quod cum relatio sit in prædicamento ad aliquid: quod est accidens, & ipsa relatio est idem cū fundamento, quod contingit esse substantia: sic substantia esset in prędicamento ad aliquid. Respon. 1. cessario concedendum: nam cum motus, & terminus motus, sint idem realiter: generatio passiua, & substantia genita erunt idem: & generatio passiua est in prędicamento passionis, & sic substantia est in prędicamento accidentis, non ergo in conuenit substātiā esse in prædicamento accidentis, non tamen ratione substantiæ: quia prædicamenta formaliter sunt impermista. Sit secunda conclusio, & posterior.

Conclus. 2. ¶ Dato, relatio nō sit res realiter distincta à fundamento, & termino, est tamē forma

Ratio. liter distincta. Probatur. Quia dato, quod eadem res quæ est quantitas, sit æqualitas, & quæ est qualitas sit similitudo; tamē est negandum; quod simpliciter quantitas sit æqualitas, vel albedo sit similitudo: quia istæ propositiones faciunt sensum formalē, scilicet quod quantitas inquantū quātitas sit æqualitas: vt scilicet definitio quātitatis sit definitio æqualitat[illegible]: quod falsum est: ob id dicit conclusio, quod formaliter distinguuntur: quia alia est definitio quantit[illegible]as, inquantū quantitas, quàm sit equalitatis, in quantum æqualitas est: quæ ad aliud dicitur: & quia hoc est secluſa operatione intellectus, sequitur quod relatio sit qui[illegible] realiter, & quod non distinguatur realiter à suo fundamento, & termino. Et hoc modo distinctio formalis Scoti probāda videtur, licet vniuersaliter non ab omnibus approbetur. Respondeamus nunc ad argumenta.

Ad. 1. argu. ¶ Ad primum concedimus, vt suprà dictū est, decem prædicamenta dicere decem entia realia, vt Aristot. docet. Et quando infers: ergo sunt decē realitates distinctæ: negatur consequentia: sed sequitur quod sunt. 10. ratione distinctæ entis, secluſa omni operatione intellectus, primò diuersæ: quia habent definitiones quidditatiuas distinctas, ratione cuius vnum prędicamentum in se su formali de alio nō affirmatur licēt de ominatiuè sic vt suprà dictū est, scilicet, quan[illegible]cū est quale, & quale est quantum. &[illegible].

Ad. 2. ¶ Ad secundū. Fatemur ita esse, omni operatione intellectus secluſa, in vniuerso ordinem esse partium, & vnionem materiæ, & formæ, & in hærentiam accidētis in suo subiecto, & tales respectus, & alij similes esse reales relationes: quia rebus conueniunt ex natura sua: sed quādo infers: ergo distinguuntur à suis fundamentis realiter, negando est consequentia, propter argumenta posita in conclusione: sed solum infertur, quòd distinguuntur formaliter: quod concedo, sicut dicit secunda conclusio.

Ad. 3. ¶ Ad tertiū, quando probatur distingui relationē, quia stat bene q Petrus, qui erat similis, desinat esse similis sine deperditione albedinis. &c. respondetur: si sit sensus huius, q illa relatio corrumpitur, quocunque alio absoluto remanente inuariato, negatur: nam res, quę est similitudo, est ipsamet albedo, quæ licet maneat, similitudo tamē non est, si de perdatur in alio: & fit variatio absoluti, licēt absolutū non sit perditū. Et nil contra conclusionem: nam licēt res nō corrumpantur, scilicet, albedo: tamen albedo desinit esse similitudo, & sic stat albedinem in quantum albedo remitti: & in quantum similitudo, intendi, & ecōtra: & non multiplicata albedine, inquantum similitudo multiplicari, multiplicatis similibus. Et ad exactam solutionem argumenti considerandum, non dici aliquem similem solum propter albedinem, quam in se habet, sed etiam propter terminum ad quem fit relatio illius similitudinis. Quapropter non mirum, quòd si eram ego similis, iam non sim similis: quia si in alio deperdatur albedo, à qua dependebat quòd ego essem similis, & similitudo in me deperdita est. De materia huius argumenti, vide Ægidiū quolib. 5. q. 13. Ægidius.

Ad. 4. ¶ Ad quartum. Conceditur vt Ocham argumentatur: nunquam contradictoriā verificari sine acquisitione, vel deperditione alicuius rei. Et ad argumenti formā: si materia, & forma nō erāt vnitæ, & nūc sunt, ambæ sunt mutatę per actionē: quia sunt vnitæ, per quam actionem compositum incipit esse quod non erat. Et si humanitas nūc non esset vnita, & postea sic, esset mutata per actionem, per quam est assumpta, per

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam consequutum est, quòd Deus sit homo:& sic patet solutio ad argumentum,& manet absoluta quæstio.

¶Pro complemento huius præmenti oportet cõsiderare,vnum relatiuum aliud referre,vel in ordine ad aliud,secundum diuersos casus:nam aliquãdo in genitiuo: vt pater,filij pater,& filius patris filius:interdũ in datiuo:vt simile,simili simile:& æquale,æquali æquale:& vicinũ, vicino vicinũ. Alia referũtur secundùm casum ablatiuũ: vt maius,minore maius:& ecõtrario. Alia referuntur secundũ casus diuersos:vt sciẽtia,scibilis scientia,& scibile,non est scientiæ scibile,sed est scientia scibile: & sensibile,sensu sensibile:& sensus, sensibilis sẽsus: habituatus, habitu, dicitur habituatus: & habitus,habituati habitus:& dispositio, dispositi dispositio:& dispositũ dispositione dispositum. Aliquãdo fit relatio mediante præpositione:vt mõs paruus ad magnũ,& magnus mons ad paruũ. Et tandẽ relatiua sic fũt,quorũ esse est ad aliud, vel quomodolibet aliter ad aliud:& quia relatiuum refertur ad aliud tanquam ad terminum.

QVÆSTIO.III.

Vtrum in relatiuis, diffinitio circularis detur.

* Videtur quia sit dabilis: patet ex verbis expressis Arist.qa pater,est filij pater: & filius,est patris filius:& sic ad conuertentiam dicuntur: vt simul posita ponant: & interempta, se interimant.

¶ In contrarium tamen est quia sequeretur, quod aliquid esset notius & ignotius: nam si diffinitio, erit notius:& si diffinitũ, erit ignotius:sed hoc repugnat.

¶ Ad dubium Burleus in.1. Physicorum text. 29. dicit nullum relatiuum, diffiniri posse per reliquum diffinitione compta:eo quod omnis talis debet esse per notiora & priora, & cum in contrarium sit Porphyrius in capitulo de genere, & Commen. 9. Metaphy. commẽ. 11. dicit non esse inconueniens: vt actus, per potentiam:& potentia, per actum diffiniantur: cum sint relatiua quia non est completa diffinitio:pro decisione notandum quod diffinitio quædam est essentialis: & est illa in qua quæ diffinitionem intrant, de essentia sunt diffiniti:vt in hac,animal rationale,respectu hominis. Alia est diffinitio quæ non per essentialia datur, sed per additamentum: & est vbi non omnes partes diffinitionis sunt de essentia diffiniti: vt si accidens per subiectum diffiniatur sit.

1. Cõclusio ¶Prima conclusio diffinitio, quæ per essentialia datur,circularis non datur: quia aliquid esset notius & ignotius: in quo sensu Commen. 1. Physic. text. 29. & idem S.Tho.est intelligendus.

2. Conclusio ¶Secunda conclusio quando diffinitio datur per additamentum, tam in absolutis, quàm in relatiuis, non inuenitur quod sit circularis: nam interdum passionem propriam per subiectum diffinimus: vt risibilitatem per hominem: & aliquãdo subiectum per propriam passionem,& in talibus non est necessarium quod diffinitio, detur pro notiora simpliciter & notiora: sed sufficit per notiora,quo ad nos:& quia talibus contingere potest circulatio:& oberit esse diffinitio & in relatiuis est manifestum vnum per alterum diffiniri. Ex istis potest esse concordia dictorum Commen.quiin diuersis, diuerse videtur loquutus: & quidem de circulari demonstratione,inferius erit sermo,de quo vide Anto. Andream.9.Metaph.q.3.& Iandunum eodem libr.48.sic soluitur argumentum.

QVÆSTIO.IIII.

Circa textum ad aliquid.

Quæritur quatò, Vtrũ terminus sit de conceptu quidditatiuo relationis, sicut est fundamẽtum. Videtur quòd sic. Nam paternitas in patre, mortuo filio nõ manet:& ipso existente perseuerat,& non quia fundamentum paternitatis nõ maneat: ergo est quia terminus, scilicet filius, ad quem dicitur paternitas, non manet:ergo de essentia eius est terminus. Primũ argumentum.

¶ Secundò. Sicut in præcedẽti quæstione dicebamus,albedine eadem manente, desinit relatio similitudinis, & non ob aliud,nisi quia in termino facta est mutatio, vel variatio:ergo sequitur de cõcepto quidditatiuo relationis esse terminum. Secundò.

¶ Tertiò. Terminus est de primaria ratione relationis:ergo & de cõceptu eius quidditatiuo. Patet antecedẽs:qa primaria relatiui ratio, vel est esse ad se, vel ad aliud:sed non est esse ad se: ergo est esse ad aliud: & hoc est ad terminum. Tertiò.

In cõtrariũ ¶ In contrarium tamen est: quia quod est de conceptu quidditatiuo alicuius, continetur in eo formaliter, cùm sit de essentia eius: sed in relatione quæ est paternitas, nec filius,nec filiatio formaliter includitur ergo non est de essentia eius.

Notan.1. ¶ Pro solutione notandum, quòd relatio pendere dicitur à duobus, scilicet à fundamento entitatiuè, & à termino specificatiuè. A fundamento entitatiuè, quia realitas relationis,est realitas fundamenti:quando quidem non distinguitur realiter à fundamento, vt dictum est in quæstione præcedenti:& à termino dependet specificatiuè per hoc,q sicut motus à termino specificatur,sic & relatio in specie cõstituitur penes terminũ ad quẽ,vt ita loquar:vt quia albedo respicit aliã albedinem pro termino,vt dicatur similitudo:& quia quãtitas,ad aliã dicitur,vocatur æqualitas.

Notan.2. ¶ Secundò notandum. Aliquid potest dupliciter definiri, scilicet, quidditatiuè, & per additamentum. Quidditatiuè tunc est, quando definitio nil aliud significat, nisi eandẽ naturam:& sic animal rationale,definitio hominis quidditatiua est. Per additamentum est, quando aliquid includit, quod est entitas distincta à definito:vt illa definitio,Simitas est nasi curuitas:nam nasus dicit entitatem distinctã ab ipsa superficie,vbi est simitas, cùm nasus sit substantia,& superficies accidens. His dictis, sit cõclusio bimembris.

Conclusio. ¶ Licèt terminus ponatur in definitione relationis,non tamen est de cõceptu quidditatiuo eius,nec de eius definitione quidditatiua. Probatur quo ad primam partem, authoritate Philosophi in isto loco: quia relatiuorum hæc est conditio,vt vnum cognosci nõ possit distinctè sine alio: & cum per definitionẽ relatiuũ cognoscatur,oportet in finitione relatiui ponere terminum. Ratio.p.p.

Ratio.2. ¶ Item, quia ratio relationis est ad aliud esse: sed hoc est terminum importare, vt patet.

Tertiò. ¶ Item,quia relatio pendet à fundamento, & termino: & cum illa, ex quibus aliquid pendet, debeant in definitione poni,sequitur quod terminus debet poni.

Ad quæstionem. ¶ Secunda pars cõclusionis probatur, per quam de directo respondetur ad quæstionem. Conceptus quidditatiuus,vel definitio quidditatiua alicuius est, quæ constat ex genere & differentia: sed terminus relationis neque est genus, neque differentia eius: ergo nec hæc ponitur in definitione quidditatiua:neq; in cõceptu quidditatiuo includitur. Patet minor: nã maior constat ex Arist.7.Meta. Paternitas habet suũ proprium genus.s.relationem,& propriã differentiam,qua constituitur:nam per filiationem non constituitur:quia vna differentia non constituit diuersas species, vel oppositam speciem:sed filiatio est relatio opposita ad paternitatem: quia respectu eiusdem non potest quis esse pater,& filius:ergo sequitur q̃ non constituitur paternitas in tali specie per filiationem,vel per filium,quẽ respicit velut terminum. Ratio.1.

Ratio.2. ¶ Secũdo. Quicquid includitur in cõceptu quidditatiuo alicuius,includit in eo formaliter,quia est de essentia eius: sed in paternitate nec filius,neque filiatio includũtur formaliter, quia aliàs paternitas esset filiatio, & pater esset filius.

Obiectio. ¶ Nec valet dicere,quòd si sic esset,sequeretur quòd paternitas quidditatiuè non esset ad aliud,quod est falsum. Quia hæc obiectio soluitur,eo quòd genus,& differentia, quæ sunt principia intrinseca paternitatis, sunt ad aliud. Nã relatio est ad aliud, & paternitas,quæ est differentia,secundũ suum quidditatiuum conceptum est ad aliud: & sic manet, quòd in definitione quæ est per additamẽtum, bene ponitur terminus relationis:quia cùm dependeat à termino specificatiuè,opus est ponere:nõ tamen sequitur quod sit de essentia eius. Solutio.

Ad.1. ¶ Ad primum argumentũ dicendum, q̃ licet paternitas,mortuo filio, paternitas nõ dicatur:sed tamen si entitas cõcipiatur, vt est generãdi principium,sic nominatur potentia generatiua:& hæc manet etiam filio mortuo. Si tamen concipiatur collatiuè ad filium,vocatur paternitas, & mortuo filio non manet. Non tamen sequitur quòd filius sit de essentia paternitatis: sed quòd requirit terminum,tanquam id à quo specificatur,vel inquantũ per additamentum definitur.

Ad.2. ¶ Patet solutio ad secundùm ex præcedẽti quæstione, & ex dictis in ista. Verum est enim,quod finit esse relatio termino variato:sed non ex hoc sequitur, quòd esset de eius quidditate terminus.

Ad.3. ¶ Ad tertium dicendum sicut dictũ est ad primum. In relatione enim includitur ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus, sicut in definitione simi, nasus, & quia concipitur collatuè: si tamen non sic conciperetur, sed solùm sua qualitas, non esset opus.

Diuisio. 1. ¶Solent diuidere relationem, in relationē æquiparantiæ, & disquiparātię. Primo modo, vt simile simili, simile, & æquale æquali æquale: & vicinus vicino, vicinus. Disquiparantiæ est, quando ad aliud nomen refertur: vt pater non dicitur patris pater, sed filij pater: & dominus serui dominus.

Diuisio. 2. ¶Itē: diuidunt disquiparātiæ, in ad aliquid suppositionis, & superpositionis. Superpositionis est, quando secundum relationem digniorem dicitur, vt dominus serui dominus: pater filij pater: creator creaturæ creator: & sunt ista nomina, gubernator, imperator, dux, episcopus, magister. Suppositionis erunt, quando per relationē non ita dignā, vel inferiorē fit relatio: sicut seruus domini seruus: & creatura creatoris creatura: filius patris filius, & sic de alijs. Et sic est finis prædicamenti ad aliquid.

CAPIT. VIII.

De quali, & qualitate.

Textus. 1. QValitatē verò dico, qua quales quidam dicūtur. Est autē qualitas ex hisce, quæ multis modis dicuntur. Atq; vna quidē species qualitatis, habitus, dispositioq; vocetur.

¶Differt autem habitus à dispositione: nam magis permanet, atq; diuturnior est. Tales sunt ipsæ scientiæ, & virtutes. Scientia nanque ex eorum numero videtur esse, quæ permanent, & cum difficultate dimouentur, etiam si quispiam mediocriter scientiam acquirat nisi magna mutatio vel à morbo, vel à re quapiā alia simili fiat: similiter & virtus, vt iustitia, temperantia, & quæcunq; tales, haud facilè dimoueri, mutari ve videtur. Dispositiones autem eæ sunt, quæ faciliter dimoueri, mutariq; possūt: vt caliditas frigiditas, morbus, & quæ sunt hisce similia. Nam his ipsis homo aliquo modo disponitur, & facilè quoque mutatur, ex calido frigidum subiens, & ex valetudine morbū: & in cæteris etiam simili modo. Nisi & harum ipsarum aliqua ob diuturnitatem, versa iam in naturam sit, dimoueriq; nequeat, aut summa cum difficultate mutari possit, quam quidem hac ratione quispiam habitū nuncupauerit.

¶Patet autē, ea homines habitus dicere velle, quæ sunt diuturniora, neq; dimoueri facilè possunt: eos enim qui scientias non admodum tenent, sed eas amittere facilè possunt, habitum habere non dicunt: ea licèt scientia aliquo modo deteriùs, meliùs ve dispositos vigeant. Itaque sic à dispositione habitus differt, vt ille facilè dimoueri possit: habitus autem diuturnior sit, & cum difficultate moueatur.

¶Sunt autem habitus quidem, & dispositiones: dispositiones verò haud necessariò habitus sunt. Quinanque habet habitus, ij aliquo modo etiam disponuntur: atqui disponuntur, ij nō omnino & habitus habent.

¶Aliud autē qualitatis genus est: Textus. 2.
quo ad luctā aliquos, aut ad cursum,

sum, aut ad sanitatem, aut ad morbum aptos esse dicimus: & simpliciter ea, quæ per potentiam naturalem, impotētiam ve dicūtur. Nō enim quicquam horum ex eo dicitur tale, quia aliquo disponitur modo: sed quia naturalem potentiam habet, vt facilè quippiam aut faciat, aut non patiatur. Vt ad pugillatum, cursum ve apti dicuntur, ideo non quasi rerum eorū facultatē iam aliquā teneant, seu tantùm quia naturalem, aut vim, aut imbecillitatem facilè aliquid facientem habent: sic apti sanitati, quia vim naturalem haud facile obnoxiam: morbidi contrà, quia obnoxiam facile, seu quia vi non facilè obnoxia careat, dicuntur. Eiusdem generis est & durum, ac molle. Durū enim ex eo dicitur, quia potētiā habet, vt non facilè diuidatur: molle autem ex eo, quia eiusdem habet impotentiam.

Textus. 3. ¶Tertiū qualitatis est genus, qualitates passiuæ, ac passiones, quæ quidē talia sunt: vt dulcedo, amaritudo, & ea quæ sunt generis similis: caliditas præterea, frigiditas q̄;, & albedo, atque nigredo.

¶Has igitur qualitates quidē esse perspicuū esse videtur. Ea nanque quæ hęc susceperunt, qualia sanè dicuntur: vt mel ex eo dicitur dulce, quia dulcedinem suscepit: & corpus etiam albū, quia suscepit albedinem: similiter & in cæteris res se habere videtur.

¶Qualitates autem passiuæ dicūtur, non ideo quòd ea quæ susceperunt aliquid sunt: neque enim mel ex eo quia passum aliquid est, dulce dicitur, neq; cæterorum talium quicquā: similiter & caliditas, & frigiditas, nō ex eo passiuæ qualitates dicuntur, quia ea quæ susceperunt aliquid passa sunt: sed quia quæque qualitas dicta, passionis in sensibus est efficax. Dulcedo nanque passionē quandam in gustu facit: & caliditas in tactu: cæteraque simili modo. Albedo autem, & nigredo, cęterique colores, non eodem modo qualitates passiuæ dicuntur, sed quia à passione sunt factæ.

¶Nam q; per passionem mutationes cōplures colorū fiāt, certum est. Puduit enim quempiam, atque erubuit: & timuit quispiā, atque palluit. Quare si quispiā etiā natura talium passionum, incursuū ve aliquid subijt, similē colorem verisimile est illum habere. Quæ nanque nunc dum pudet, dispositio circa corpus emersit, eadem, & in naturali constitutione dispositio fieri potest, vt & color natura similis fiat.

Quæcunque igitur affectionum nouū initiū ab aliquibus sumpserunt passionibus quæ permanēt, cum difficultateq; dimouentur, passiuæ qualitates dicuntur. Siue enim in naturali cōstitutione pallor, aut nigredo sit orta, qualitas dicitur: nā circa eadē quoque dicimur

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur quales: siue ob diuturnum morbum, aut colorem h. ceadē acciderint, modo non facilè dissoluātur, aut per vitā permaneāt, qualitates sanè passiuæ & ipsæ dicuntur, cùm hisce similiter quales dicamur. Quæ verò ab hisce fiunt quæ facilè dissoluuntur, passiones dicuntur, non qualitates: non enim per hasce quales dicūtur: neque enim erubescens, ob verecundiam rubeus: neque pallens, obtimorem pallidus appellatur: sed aliquid passus potiùs dicitur esse: quare passiones hęres, & non qualitates dicuntur.

¶ Similiter & in anima qualitates passiuæ, passionesque dicuntur. Quæ enim in generatione continuò à passionibus quibusdam, ipsa quæ sine difficultate dimoueri non possunt, sunt orta, qualitates dicuntur: vt insania, iracundia, & quæ sunt similis generis: quales enim ob hæc ipsa dicuntur, vt iracundi, atque insani. Similiter & quæcunque mentis egressiones non naturales, sed à quibusdam alijs casibus factæ sunt, quæ aut sine difficultate dimoueri non possunt, aut omnino immobiles sunt, qualitates itidem & hę dicuntur, quippe cùm hisce quales dicantur. Quę verò ab hisce fiunt quæ facilè dissoluuntur, atque exeunt, passiones dicuntur: veluti si turbatus quispiam, iracundior fuerit: non enim iracundus dicitur, qui tali in perturbatione iracundior est, sed potiùs aliquid passus dicitur esse, quare passiones talia nō qualitates dicuntur.

¶ Quartū qualitatis genus est fi Textus. 4.
gura, & ea quæ circa vnumquodque est forma: & insuper rectitudo, & curuitas, & quicquid est hisce simile: horū enim vnoquoq; quale quippiā dicitur. Ex eo nanq; quia triāgulus, aut quadratum quippiam est, quale quid dicitur: & quia rectum idē tidē est, aut curuū, forma etiam quodq; dicitur quale. Rarū autē, & densum, & asperum, atque lene, quale quidem significare quid videbuntur: à qualitatis tamen diuisione remota esse videntur: partiū enim potiùs positionē videntur quādā significare. Etenim densum quidem ex eo quippiam est, quia partes ipsius sibi ipsis propinquæ sunt: rarum autē ex eo, quia à se se distant: lene etiam est ex eo, quia ..ectè partes sunt sitæ: asperum verò ex eo, quia quædā partium eminentes, quædam ..u miles sunt. Atque forsitan quidem, & alius quispiam qualitatis modus videbitur esse: qui tamen maximè dici s lent, tot ferè sunt.
¶ Ea igitur quę diximus, sunt qua Textus. 5.
litates, vt patet. Qualia verò sunt ea, q̄ denominatiuè ab ipsis, aut alio aliquo modo dicuntur. In plerisq; igitur, quin potiùs ferè in omnibus, denominatiuè dicū tur: vt ab albedine albus: à musica mu-

ca mu̇sicus, & à iustitia dicitur iustus, & in cęteris simili modo: sed in quibusdam ex eo, quia nō sunt nomina in qualitatibus posita, non fit vt ab ipsis denominatiuè dicantur: vt aptus ad luctam, aut ad cursum, qui quidem naturali potentia talis dicitur, à nulla qualitate dicitur denominatiuè. Potētijs em̄ hisce, quibus ij quales dicuntur, non posita nomina, sicut artibus, quibus militares, aut cursores ob dispositionē dicunt̄, sunt. Militaris enim dicitur ars, & cursoria, atque ab his ij, qui dispo nuntur denominatiuè dicuntur. Interdum etiā est positū & qualitati nomē, non tamen id quod ipsa quale dicitur, nomine illius denominatiuè dicitur. A virtute nanq; honestus quispiā dicitur, ex eo sanè, quia virtutem habet, sed non denominatiuè dicitur à virtute. Non tamen in multis id ipsum fit. Ea igitur qualia dicuntur, quæ à dictis qua.. tatibus denominatiuè, aut aliquo alio mo-
Textus. 6. d dicuntur.
¶ Atqui contrarietas in qualitate esse videtur: iustitiæ nanq; cōtrarium est in iustitia, & albedini nigredo, & cætera eodem modo. Et etiam quę ab ipsis qualia di..ūtur, contraria esse videntur: vt in iustum iusto, & nigrum albo. Non tamen in omnibus hoc esse videtur. Flauo enim, aut fusco, aut talibus coloribus, quæ quidem sunt qualia, nihil est contrarium. Ad hæc. Si contrariorū alterum qualitas est, & reliquum omninō qualitas erit. Hoc autō ita esse patet ex singulis prædicamentis: nam si iustitia contrariū est iniustitiæ, atque iustitia qualitas est, est & iniustitia. Nam cæterorum prædicamentorum, neque quātum, neq; ad aliquid, neque vbi, neq; aliorum quicquam omnino, nisi qualitas iniustitiæ, accommodatur. Eadem in cæteris, quæ sunt in qualitate contrarijs dici possunt.
¶ At verò qualia ipsa gradus susci Textus. 7.
piunt: ac magis talia, minùs ve dicuntur: album enim aliud alio magis, minùs ve dicitur: & iustū alio magis, minùs ve. Et ipsa etiā intensionem suscipiunt: fit enim vt album albius se euadat. Non tamen omnia, sed plurima conditionem hanc subire videntur. Nam dubitauerit quispiā, si magis, minùs ve iustitia dici possit, & de dispositionibus etiam cæteris simili modo. Sunt enim qui talibus contendunt: iustitiam nanque, aut iustitia, aut sanitatē, sanitate magis, minùs ve dici debere: haud omnino dicūt. Sed aliud sanitatem, iustitiam ve, aut Grammaticem, aud id genus dispositionem magis, aliud minus habere, concedunt admodū. At tamen ea quæ hisce qualia dicūtur, gradus sine cōtrouersia suscipiūt, magisq; talia, atq; minùs dicuntur. Iustior enim, & sanior

Universidad de Deusto
Biblioteca

alius alio dicitur, & in cæteris ſimili modo. Triangulus iuté, & quadratum, cæteręq; figuræ, non videntur talem conditionem ſubire: nam ea quidem quæ trianguli rationẽ, circuliq; ſuſcipiunt, triãguli ſimiliter, aut circuli ſunt omnia. Eorum verò quæ rationẽ hanc non ſuſcipiunt, nihil alio magis, minùs ve tale dicetur: non enim quadratum magis quàm altera ex parte longius, circulus eſt: quippe cùm neutrum circuli ſubeat rationẽ: atq; ſimpliciter, ſi non ſubeant propoſiti rationem, alterum altero magis tale, minus vè minimè dicetur. Nõ ergo omnia qualia gradus ſuſcipiunt, vt magis talia, minus ve dicantur.

Textus. 8. ¶Eorũ igitur quæ dicta ſunt, neutrum proprium qualitatis eſſe videtur: ſimilia autem, diſſimiliaq; per qualitates ſolas dicuntur. Simile enim quippiam cuipiã nulla alia profectò ratione eſſe videtur, quàm ea qua quale eſt. Quare proprium qualitatis erit hoc ipſa ſimile, atque diſſimile dici.

Textus. 6. ¶Nõ autem perturbari oportet, ſi quiſpiam nos duxerit de qualitate tractantes, cõplura eorũ quę ſunt ad aliquid cũ qualitatibus ipſis enumeraſſe. Habitus enim & diſpoſitiones ad aliquid eſſe dicimus. Et ẽ in omnibus ferè talibus genera quidem ad aliquid eſſe dicuntur: ſingularium verò nihil. Scientia nanq; quæ quidẽ eſt genus, hoc ipſum qod eſt, alicuius dicitur eſſe: cuiuſdã enim ſcientia dicitur: ſingularium verò ſcientiarũ nulla id ipſum quod eſt alicuius dicitur eſſe: vt grammatica nõ dicitur alicuius grammatica: neq; muſica cuiuſpiam muſica: niſi generis rationẽ ad aliquid & ipſæ dicantur. Grammatica enim alicuius ſcientia dicitur, non alicuius grammatica: & muſica, cuiuſdam ſcientia, nõ cuiuſpiã muſica. Quare ſingulæ nõ ſunt, vt patet, ad aliquid: at quales ſingulis his dicimur, quippe cum & has ipſas habeamus. Scientes enim ex eo dicimur: quia ſingularum aliquas ſcientiarum habemus. Quare ſingulæ erũt qualitates, quibus & quales qui eas habent, dicũtur. At hæ non ſunt ad aliquid, vti diximus. Præterea. Si quid idẽ, & quale, & ad aliquid ſit, in vtriſq; ipſum generibus collocari, enumerariq; haud abſurdum erit.

Circa textus declarationem. In primo textu, vbi definit ſic qualitatem. *Qua quales eſſe dicimur*, eſt dubiũ apud Boetiũ: quia ſi ſic definitur qualitas per quale, & ipſum quale poſſet definiri per qualitatẽ: ſic Quale eſt quod habet qualitatẽ: & ſic eſſet circulus: quod vitio datur apud Ariſtot. 6. Topicorum ca. 3. Reſpondetur, ibi non dari definitionem quidditatiuam qualitatis: quia nullum generaliſsimum eam habet: ſed eſt deſcriptio, quæ per notiora datur: & quia compoſitum eſt notius, vt tradit Comm. 1. Phyſi. com. 3. quàm ſit ipſa forma quoad nos, datur qualitas per quale intelligi. *Dubium.* *Dilutio.*

telligi. Notius eſt enim nobis album, quod experimur, quam albedo: & ſapiens, cuius opera videmus, quàm ipſa ſapientia, cuius entitatem ſolo intellectu cognoſcimus.

Qualitatis diuerſa conſideratio.

¶Notandum eſt, nomen qualitatis multipliciter ſumi, vt Ariſt. docet. 5. Meta. com. 19. Vno modo: omnis differẽtia tã ſubſtãtiæ, quàm aliorũ prædicamentorũ, ſic vocatur: & rationalitas qualitas eſt, & in quale prædicatur: quia contrahit genus ad eſſe ſpecies: & vniuerſalia, ſeu ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur qualitates: quia quale quid ſignificãt: ſed tamen non proprie iſta dicuntur quales, nec differentiæ, quia ſubſtantialem quantitatem ſignificant.

¶Secundo modo ſumitur quale, vt contra eſſentiale diuiditur: & de omni prædicamẽto dicitur, excepto ſubſtantiæ.

¶Tertio, vt diſtinguitur cõtra alia accidentia: & ſic accipitur in preſenti.

¶Statim ponit diuiſionem qualitatis, quæ velut genus generaliſsimum continet ſub ſe quatuor ſpecies, quę etiam ſunt genera, licet non ſint generaliſsima, vt ipſa qualitas eſt.

Quatuor ſpecies qualitatis. Habitus & diſpoſitio.

¶Prima ſpecies eſt diſpoſitio, vel habitus, quę diſtinguuntur penes perfectum, & imperfectum: nam habitus eſt qualitas perfecta, vel diſpoſitio perfecta: ob id non de facili mobilis, ſed difficilè, à ſubiecto. Et diſpoſitio dicetur habitus imperfectus: quia eſt via ad habitum perfectum: & quia non dum eſt habitus perfectus, de facili poteſt remoueri ab illo, qui habet: vt ſi quis per aliquos actus acquirit diſpoſitionem in digitis, citharizando: ſed quia non frequẽtes habet actus, nõdum eſt habitus acquiſitus ad perfectè citharizãdum: ſic in habitibus bonis, quàm malis. In hac ſpecie continentur omnes habitus animæ, & omnes corporis. Et animæ, tam intellectuales: vt ars, intellectus, ſcientia, ſapientia, prudentia, opinio, fides, quàm volũtatis. Habitus voluntatis eſt, qui in volũtate ſubiectatur, vt ſunt habitus morales virtutes, atque vitia. Ponuntur etiam omnes ſcientiæ tam naturales, quàm ſupernaturales, & omnes Mathematicæ, & ſermotionales: ponũtur itidem illi, qui ad partem ſenſitiuam pertinent: & habitus corporales, qui in corpore ſubiectantur: vt habitus citharizandi, ſaltãdi, ludendi, pugillandi, currendi, ſcribendi. Neceſsè enim eſt ponere in illis qui tales habent artes, talem habitum, quo habituati, vel diſpoſiti, faciliter, & delectabiliter, & bene ſumiles producant actus.

Quæ ponũntur in prima ſpecie.

¶Et non ſolã hic ponũtur tales habitus acquiſiti perfectus tam corporis, q̃ animę, ſed etiam ponuntur habitus qui infunduntur à Deo: ſunt virtutes Theologales infuſæ, & morales ſimiliter, quæ in Baptiſmo infunduntur in puero. Item & ſpiritus ſancti dona, quæ à virtutibus diſtinguuntur, ſcilicet, ſapientia, ſcientia, intellectus, fortitudo, conſilium, pietas, & timor domini. *S. Th. 1.2. q.68.ar.1.*

¶Sub hac ſpecie etiam aliqui ponunt ſpecies intelligibiles, & ſenſibiles, quæ ſe habent ad modũ habitus. Nam eo modo quo per habitum quẽ quis habet, exit in actũ ſic per ſpecies intelligibiles abſtractas à phantaſmatibus, virtute intellectus agẽtis, & reſeruatas in memoria intelligibili, exit in actum intellectus: & intellectus poſsibilis fit actu intelligens. Sic etiam in ſenſationibus: nam ſpecies ſenſibiles reſeruantur in abſentia obiecti in memoria ſenſibili: mediantibus quibus etiam in abſentia obiecti poteſt eſſe ſenſatio, pertinent ad hanc ſpeciem qualitatis. De quibus ſpeciebus latiùs in libris de anima. *Species pertinẽt ad hãc primam ſpeciem.*

¶In hac prima ſpecie, loquẽs de diſpoſitione, ponit Ariſt. exemplũ de frigore, & calore, cum tamẽ pertineant ad tertiã ſpeciem: ob quod D. Tho. 1.2.q.49.art.2. ad primũ dicit, q̃ ſi frigiditas, & caliditas ſumãtur vt ſunt obiecta ſenſuum, pertinẽt ad tertiam ſpeciem, & dicuntur paſsibiles qualitates: ſi tamen ſumantur in ordine ad ſubiectum in quo ſunt, dicuntur diſpoſitiones, vel habitus, & ob id ad primã ſpeciem pertinent, in quantum. ſ. ſunt principia operandi. *S.Thom.*

¶In ſecundo textu loquitur de ſecũda ſpecie qualitatis, quæ eſt naturalis potẽtia, vel impotentia, vbi ly vel, ſumitur loco de ly &. Naturalis potẽtia eſt, quædam qualitas cõgenita, & ideo naturalis à naturali complexione proueniens, per quam quis reddi tur potens ad aliquid agendũ, vel ad alicui reſiſtendũ: vt quidã homines ex cõplexione naturali ſunt ſanatiui, vel ſalubres, in quibus viget ſanitas: & ſi quãdo infirmentur, per talem naturalẽ potẽtiam acquirũt ſanitatem. Habent etiam extali potentia reſiſtere poſsint illis, quæ ſunt cõtraria. Econtra: quidã homines ſunt ex naturali impotentia diſpoſiti ad ægritudinem, vt ſint æ[illegible] infirmã tur, nec reſiſtere valent cauſantibus ægritudinem. Sic eſt naturalis potentia in vno ad ſalutem, & in alio naturalis impotentia ad id: Ita durum (vt dicit Ariſtot.) ſignificat quandam naturalem potẽtiam ad reſiſten- *Secũda ſpecies eſt, naturalis potẽtia, vel impotentia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

stendum secanti: sicut molle impotentiam ad id. In vno est naturalis potentia ambulandi, currendi, pugillandi, & in alio naturalis impotentia. Hæc ergo ponuntur in hac secunda specie qualitatis.

Omnes potentię in. 2. specie.

¶Ponuntur etiam in hac specie omnes potentiæ & vires naturales animæ, & corporis. Per vires animæ intelligendo illas, quæ propriè sunt animæ, & non sunt in organo corporeo, licet indigeant pro isto statu ad suas operationes eo: vt sunt intellectus, & voluntas, & memoria intellectiua. Et ponuntur potentiæ, quæ corporeæ sunt, quę habēt organum corporeū: vt sunt omnes potentiæ sensitiuæ interiores, vt sensus cōmunis, phantasia, seu imaginatiua, æstimatiua, cogitatiua, memoria sensitiua.

¶Ponūtur etiā nutritiua, augmētatiua, digestiua, quæ sunt vires animæ vegetatiuæ.

¶Ponuntur etiā in hac specie virtutes naturales herbarum, & lapidū, quibus herbę, vel lapides habent naturalem quandā potentiā ad agendum, vel faciendum. Similiter & virtutes occultæ astrorum, quibus influunt in istis inferioribus, virtute superiorū, possunt, & debent in secunda specie collocari.

¶Ista naturalis potentia, & impotētia differt à prima specie qualitatis. s. habitu, & dispositione: quia habitus, & dispositio, saltim nō infusi, acquirunt à nobis per actus proprios: sed tamē hæc naturalis potētia, vel impotētia non sic, sed à principijs naturæ. Et propria passio dicet qualitas in ista specie naturalis potētia: vt risibile, flebile, disciplinabile: nam per naturam habet homo talē potentiam, & non est habitus, vel dispositio, quæ sunt in prima specie.

De. 3. specie. Passio vel passibilis qualitas. August.

¶In tertio textu Aristo. loquitur de tertia specie qualitatis, quæ est passio, vel passibilis qualitas, quæ distinguuntur penes hoc, quòd passio sit quæ cito transit, & passibilis qualitas, quia durat. Vnde ait D. Augusti. in suis Cathegorijs. c. 12. Hæ igitur qualitates (loquens de pallore, & rubore, albedine, & nigredine) si in corpore perseuerēt, quia secundū eas quales dicimur, ipsæ quoque qualitates passiuæ censentur: sin verò ad breue tempus extiterint, aut citò discedāt passiones eas potius nominamus. Hęc exp[onit] Aug[ustinus]: quando cito transit, vt rubor ex ortus in facie ex verecundia, vel pallor ex metu subito. Et vocatur passibilis qualitas, quia perseuerat: vt albedo, nigredo, calor, &c. sed quia hoc, quod est durare, vel non diu esse non cōstituit essentialem differentiam: sub vna specie collocantur. Non enim magis est homo, qui per centum vixit annos, q̄ qui solùm durauit per diem.

Qualitates primæ, & de cūdæ ponūtur in tertia specie.

¶In hac ergo specie ponuntur omnes qualitates, quæ primæ vocantur, & secūdæ. Similiter ponuntur omnia obiecta sensuum exteriorū: vt omnes colores, omnes soni, omnes sapores, & omnes tangibiles qualitates: & crassum, subtile, durum, molle, lubricum, aridum, rarum, spissum, graue, leue, quæ dicuntur qualitates secundæ: licet molle, & durum in secunda specie sint posita: nā ibi ponūtur, vt dicit naturalem potentiam, vel impotentiam ad resistendum: hic verò, vt important quasdam secundas qualitates, tactu perceptibiles: sicut non repugnat secundum aliam, & aliam considerationem vnam rem poni in diuersis prædicamentis. Neque repugnat vnam qualitatem, in diuersis speciebus poni qualitatis. Sic rarum, & densum, secundum quod important quendam situm partium, secundum elōgationem, vel compressionem, ponuntur in prædicamento situs: sed prout tactu percipiuntur, in hoc prædicamento, & in hac tertia specie sunt.

Quære de cæteris pas. & reliquis qualitatibus.

¶Istæ vocatæ sunt passibiles qualitates, quia vnaquęq; earū officit in sensu passionem: vt color in visu, mouēdo potentiam: & odor in sensu odoratus, & sic de alijs sensibus. Non enim eò dicūtur passibiles, quia subiectum in quo sunt ab eis aliquid patiatur, sed in sensu dicto. Et hoc potest dupliciter contingere: causant enim passionem in sensu penes hoc, q̄ species diffundunt, & recipiuntur in obiecto: & illa specierum receptio dici potest passio: vel potest contingere, quòd ipsis receptis speciebus, sequitur in sensu operatio per præsentiam sui obiecti: ex quo si sit delectabile, causatur passio gaudij: & si sit triste, & non gratum, causatur tristitia: sicut ex hoc quòd quis bonum audit sonum, gaudet: si tamen malū, tristatur: & de odore similiter, & gustu dicendum.

¶In hac specie tertia includuntur omnes animæ passiones: vt amor, desiderium, gaudium, delectatio, timor, odiū, tristitia, spes, & dolor, ira, audacia.

¶In hac oportet etiā collocare omnes actus potentiarū, tam animæ, q̄ corporis: vt omnes volitiones, intellectiones, memorationes: & sensationes tam interiorum sensuum, quàm exteriorū. Hæc omnia videntur esse passionibus similia, quia trāseunt, & non

& non durant: neq; est in qua specie ponātur congruentiùs, quàm in ista. Et similiter impetus impressus ab exteriori, & qualitas quæ à corporibus cœlestibus. Aliqui ponunt hic species intelligibiles & sensibiles, quas nos in prima specie posuimus: quæ sunt similiores habitibus, quàm actibus.

¶*Et pro maiori intelligentia tertię speciei: in qua passio & passibilis qualitas, notabis, quod passio tripliciter accipit: primo in quantum respicit agens, à quo est actio, cuius effectus est passio: in hoc sensu non est in specie qualitatis sed propriū habet prædicamentum. Secundo capitur pro motu appetitus sensitiui, vt timor, ira &c. & sic passio est in secunda specie, sicut potentia animæ appetitiua. Tertio sumitur pro qualitate sensibili, ab aliquo. 5. sensuū, cito transiens, neq; denominans, & de hac loquitur Aristot. vt palor ex timore, & rubor ex verecundia. Passibilis qualitas, vel semper durat, vel difficulter separatur: quædā sunt congenitę vt albedo inniue, dulcedo in melle, calor in igne. &c.

De. 4. specie figura & formæ.

¶In quarto textu Aristot. agit de quarta specie qualitatis, quæ est forma, & figura: & in Aristot. sic legitur. Figura, & quæ circa vnumquodque constans forma. Et sic prioriloco poni debet figura, & secundo loco forma. In Græco sic habetur, Τέταρτον δὲ γένος πρῶτος λόγος, ἢ ἡ περὶ ἕκαστον ὑπάρχουσα ἕξις καὶ μορφή. Ad literam est. Quartum genus qualitatis est figura: & quæ circa vnumquodque est forma.

¶Sub hac specie continentur omnes figuræ, & formæ, tam naturales, quam artificiales: vt forma, seu figura equi, asini, arboris, lapidis, metalli, & cuiuslibet artificialis: vt lecti, domus, templi, statuæ.

Differentia inter figurā & formam.

¶Differentiam inter figuram, & formam aliqui assignant, vt Boctius, figuram dicit trianguli: & formā eo esse, quòd sic illæ lineæ dispositæ, illam faciant figuram (vt ita dixerim) vt, ipsa figura vel pulchrior, vel mediocris, vel alio quodam modo constituta, qualitas nominetur. Sicut dicimus hominem pulchrū, quia habet talem membrorum dispositionem, & delineationem.

¶Alij verò figuram ad artificialia referūt, & formam rebus naturalibus dicunt convenire: sed hoc non semper est verum, confunduntur enim vocabula sæpe.

¶Vel dicito, figuram esse ipsam rei formā; prout abstrahit ab ente naturali mobili, putà ligno, vel ferro. Forma verò est figura rerum artificialium, aut naturalium, vt domus, statua, ac si essent nomina simplicia significantia formas naturales, seu figuras. Et hoc videtur sentire Aristo. 5. Meta. tex. 19. vocans hanc speciem qualitatis immobilia mathematica: id est figurā, prout abstrahit à motu. De quo latiùs in sequenti quæstione.

¶In hac specie ponuntur omnes species geometricæ, siue sint perfectæ, siue imperfectæ. Illæ vocantur perfectæ, quibus non potest fieri additio, & suis terminis constant: vt figura triangularis, & quadrangularis.

¶Imperfectæ sunt, quibus manēte specie, potest fieri additio, vel substractio: vt recti tudo, curuitas, cōcauitas, conuexitas, &c. de quibus alibi.

¶*De concreto, & abstracto, Aristot. facit mentionem in præsenti: vt de albo, & albedine: album est concretum, & albedo dicitur abstractum, & est interea cōuenientia, & differentia: conueniunt in vno, scilicet in principali significato: nam sicut album puram albedinem significat, secundum Aristot. & non substantia, sic albedo: licet cum pręcisione subiecti: differunt in quatuor, primo quia abstractum subiectum excludit & non concretum.

¶Secundo quia abstractum non prædicatur in recto, de eo cui in est: & concretum sic: quia hæc est falsa nix est albedo.

¶Tertio quia abstractum se habet vt causa formalis: concretū vt effectus formalis.

¶Quarto quia abstractum secūdum se, est genus, vel species, in prædicamēto: & concretum.

¶In sexto textu vbi dicit contrarietatem in qualitatibus &c.

¶Notandum, quod contrarietas, non conuenit omni qualitati: quia in quarta specie non inuenitur: item neque secundū Arist. conuenit coloribus medijs, neq; medijs saporibus: cum cōtraria propriè debeant maximè distare: & sic loquendo de perfecta contrarietate: neque in prima specie, neq; in secunda: sed solum in tertia reperitur: [illegible] perfecta contrarietas, requirit quod sint formæ actiuę & passiuę, adinuicem: & secundum eas, fiat alteratio: quod non potest in prima, neque in secunda specie sed tantum in tertia & quando Aristote. dicit quod maxime sit contraria in iustitiæ: & ex consequenti omnis virtus, vitio sibi oppositio: intelligendum est de contrarietate non proprijssime dicta: nam illa non est contrarietas proprijssima, vbi aliqua

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi aliqua conditio de est,ad proprijsimā contrarietatem: quæ sunt quatuor conditiones: prima quod sint forma eiusdē generis:secūda quod maximè distent: tertia quod sint actiuę,& passiuę a.in..icē: quarta quod non simul se compatiant r,in eodem subiecto, sed mutuo se expellant,per alterationē.Omnes istę solū in tertia specie reperiuntur,ob id ibi proprijsime contrarietas, & quando Aristo.dixit quod in qualitate est contrarietas:non sumit qualitatem pro genere generalissimo: quia qualitas,vt sic non habet genus sub quo contineatur.

QVÆSTIO. I.
Circa qualitatis textum.

PRo clariori intelligentia huius prædicamenti quæritur,vtrùm quę ab Aristo. hic sunt tradita, sint conuenienter posita.Et videtur quòd non.

Primū argumentum. ¶Primò: quia species quatuor qualitatis, non sunt sufficienter positæ: quia omnis qualitas disponit subiectum per modū habitus:& omnis est actiua,& sic potētia omnis est terminus passionis, quia producta per alterationem:& omnis est subiecti forma: ergo non conuenienter distinguūtur quatuor species,sed coincidunt omnes.

Secundò. ¶Secundo. Habitus ab habendo dicitur: sed habitus ponitur prædicamentū distinctum: ergo non congruè in prima specie qualitatis.

Tertiò. ¶Tertiò.Caliditas, & frigiditas ponuntur ab Arist.in prima specie: ergo malè collocantur in tertia:nam prout dicunt conuenientiam vel disconuenientiam ad subiectum,in prima ponuntur.

Quarto. ¶Contra quartam proprietatem argumētatur. Quia vel forma illic sumitur generaliter:& sic non est quarta species, cum omnis qualitas sit forma: vel specialiter capitur pro figura quantitatis: & sic nulla erit differentia inter figuram,& formam.Quare illa species non bene posita est per duo membra distincta.

Quinto. ¶Contra illud quod dicit circa secundam proprietatem.*Quod intenditur, & remittitur*, &c. Aut intensio per additionem gradus ad gradum fit, aut maiorem radicationem in subiecto:si primum, iam nō maneret eadem qualitas: si secundum, illud est generale omnibus accidentibus, magis vel minùs radicari:ergo non est proprium.

In contrarium Notandum

¶In contrarium est Aristo.authoritas.

¶Est considerandum Arist. in isto textu, post qualitatis definitionem quam posuit per quale,tāquam per notius(vt diximus) in quatuor species diuisisse,&sufficienter, & ordinatè,vt bene Doct.S.1 2.q.49. ar.2. loquēs de habitibus,pbat. Quia ratio qualitatis est,esse modum substantiæ,quæ est mensura rei,vel terminatio alicuius potentię rei. Hoc enim sonat modus rei. Et quia potentia mate..ę per formam terminatur: differenti substantialis .i,vt rationalitas in h..mine, quæ à forma sumitur, dicitur qualitas,licet sit substātialis:sic modus accidentalis,terminās aliquam potentiā subiecti, appellatur qualitas. Iste modus potest sumi vel in ordine ad naturā subiecti, vel in ordine ad actionē subiecti, vel in ordine ad quantitatem subiecti: si in ordine ad naturam, ponitur prima species qualitatis:nam dispositio,& habitus, ipsam perficiunt naturam.Sic ait Aristo. habitū esse dispositionem perfecti ad optimum, si sit habitus virtutis. Itē quia prima perfectio naturæ in vita consistit. Sanitas ergo vt dicit debitam humorum proportionem hāc perfectionem præstat naturæ. Et inquantum anima est rationalis,perfectio eius est per habitum & intellectus, & volutatis: & sic in prima specie ista ponuntur.Et consequenter cùm opposita debeant fieri circa idem,in eadem specie contraria istis ponēda sunt. Si sit determinatio subiecti secundùm actione..i,ponitur naturalis potētia, vel impotentia in secū..a specie qualitatis: si sit quantum ad principium,& si sit quantum ad terminum actionis, ponitur .tia species qualitatis: & si modus sit determinatio subiecti quoad quātitatem, ponitur quarta species,forma,& figura. Et quia natura subiecti præsupponitur ad actionem & passionem,& quantitatem, præsupponitur prima species omnibus. Et quia actio passioni,secunda,tertiæ: & sic de alijs. Ecce quomodo positæ sunt quatuor species qualitatis, & hispositæ ab Aristot. sufficienter.

S.Thom.

Quid habitus virtutis

¶Conclusio est affirmatiua ad quæstionē responsiua,ibi ab Aristo.tradita,& posita, sufficienter esse enumerata: quod per amplius in argumētorū solutione probatur.

Ad quæst. conclusio.

¶Ad primum. Cōceditur omnem qualitatem,quia accidens,esse subiecti dispositionem:

Ad primū.

nē:tamē quia alia, & alia est dispositio,scilicet vel ad actionem,vel passionem,vel quātitatē,ponitur alia, & alia dispositio: & sic alia,& alia species qualitatis.

Ad.1. ¶Ad secundum S.Tho.1.2.q.49.art.1.respondet distinguendo ly habere.Et est doctrina Aristo.5.Metaph. text.28.Habere vno modo idem est quod habitio, qua vna res aliam habet,inter quas sola mediat relatio:aut possessionis,aut quæuis alia: vt habere seruum:& sic nō ponitur specialeprædicamentum,sed pertinet ad post prædicamenta. Secundo modo habere dicit habitionem, qua vna res habet aliā, inter quas aliquid n..diat per modū actionis,aut passionis,licet non sit vera actio: vt esse vestitum:esse armatū:nam hoc dicit habere vestem vestitam: & nō habere primo modo. Et sic cōstituit habere, prædicamentum distinctum,

¶Tertio modo habitio, vel habitus,sumitur p qualitate,qua res aliqualiter se habet in se ipsa,vel in ordine ad aliud, cōuenienter ad naturam suā: & habitus, vel habere, pertinet ad primā speciem qualitatis. Quibus

Ad.2. notatis, soluitur argumentum secundum: quod licet habere,vel habitus, sit distinctū prædicamentum:sed tamen vt hic sumitur in prima specie qualitatis, non est habitus distinctum prædicamentum.

Ad.3. ¶Ad tertium. Verum est frigiditatem, & calorē poni in tertia specie qualitatis, pro quāto sunt passibiles qualitates: tamen nō obstat, quin etiam ponantur in prima specie: quia si calor sit qualitas radicata in subiecto,& firmata,vt nō possit moueri à subiecto:sicut ethica,quæ est calor confirmatus,& paralysis frigiditas perpetua,tūc debent calor,& frigus,quæ habent rationem habitus,poni nō in tertia specie,sed in prima:nam per accidens ista effecta sunt habitus:& .olutum est argumētum.Licet enim ponatur calor,& frigus in tertia specie,hic ponuntur in prima,sed non secundum eandem rationem:vt diximus in declaratione literæ.De quo vide D.Tho.1.2.q.49.ar.2 ad secundum.

Ad.4. Diuersę sententiæ. ¶Circa materiam argumenti.4.diuersa est diuersorum opinio: quibusdam dicentibus, quòd forma & figura eo differrant, quòd forma sit modus quātitatis discretę, vt par,& impar:& figura sit terminus quātitatis cōtinuę,& triāgulus,&c. vt dicit Clithouæus:sed sine fundamento dicta sunt.

Clithouæus

Boetius. ¶Boetius dicit, quod forma accipitur pro qualitate, à qua homines dicūtur formosi: ita vt forma sit decor superadditus figurę: tamen hoc non videtur:quia pulchritudo, & deformitas ad primā speciem pertinent: quia dicunt rei conuenientiam.

Reijcitur sententia Boetij.

¶Albertus dicit, quòd forma,& figura solum differunt ratione: vt forma dicatur rei figura,in quantum conueniens speciei, & formæ substantiali: & figura, in quantum est terminus quantitatis.Hoc etiam est falsum:quia figura inquantum conuenit speciei,dicit speciem qualitatis.

Albertus.

Non tenetur opi. Alber.

¶Sed tamen vt videtur ex Arist.figura, & forma differūt: quia figura dicit superficiē lineis certis terminatā, vt abstrahit ab hac, vel ab illa materia: vt cadit sub consideratione mathematica:& forma dicit figuram rerum naturalium, aut artificialiū:licet aliquādo figuram vocemus formā, & econtrà.

Opinio Aristot.

In quo differant forma, & figura.

¶Pro solutione quinti argumēti (de cuius materia in Physicis latius notādum, quòd susciperemagis,vel minus formaliter, non est esse magis,aut minus intēsum, vt aliqui putant,sed est,quòd nomen accidentis prędicetur cum magis,& minus,aut cùm comparatiuo:& ideirco concretum est quod recipit magis, vel minus, & non abstractum. Vnum enim album,est alio albo albius: & calidum est alio calido calidius: sed ipse calor vel ipsa albedo non est magis calida, neque magis alba: licet dicatur intensior calor,vel intensior albedo.Sic. D.August. in suis cathegorijs cap. 12.ait.Sit regula,qualitates ipsas magis,vel minus non posse susciperere:ea verò quæ ex his fiunt comparata, vel magis vel minùs recipere posse. Et sic dicendum ex isto loco Aristo.intensionem in qualitate non fieri per additionem gradus ad gradum,sed penes maiorem radicationem in subiecto: nam si fieret per additionem gradus,ipsa albedo diceretur magis albedo:sed non sic,sed album ipsum:ergo signum est, quòd intensio in ipsa albedine fit per hoc, quòd melius participatur à subiecto,& melius actuatur subiectum per talem qualitatem. Et quando argumentaris, quod hoc non sit prius in specie qualitatis,negamus quia propria denominatio qualitatis importat hoc, vt magis, vel minus denominet subiectū, quod modificat. De .. Theologicis:vbi disputandū erit,vtrum intensio fiat penes maiorem radicationem: vt ait S.Th. vel per gradus ad gradum additionem, vt tenent communiter Philosophi.

Augustt. Regula.

QVÆ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆSTIO II.

An actio immanens potentiæ rationalis sit in hoc prædicamento.

Quæst.2. CIrca prædicamētū qualitatis secūdo quæritur, vtrū actio potentiæ rationalis, quæ immanēs dicitur, sit in hoc prædicamento.

¶ Videtur quod non. Quia si essent actus immanētes vt intelligere,& velle,ponendi in prędicamēto qualitatis, essent in prima specie, sed non ponitur in prima specie:ergo nullo modo ponuntur.Probatur maior: quia non ponuntur in secunda, eò q; ibi naturalis potentia vel impotentia,sed hoc nō est actio immanens:nec in tertia, quia ibi passio & passibilis qualitas, secundum quas fit alteratio sensibilis:sed secundum actiones potentiæ rationalis non fit talis alteratio sensibilis, sed perfectio in sensibilis: neque ponūtur in quarta, cum non sint forma neque figura:ergo in prima essent ponēdę tales actiones:sed ibi nō ponuntur,quia in prima solum ponuntur habitus & dispositio, qui sunt actus primi:sed intelligere est actus secundus,quia præsupponit actum primum s.habitum vel speciem intelligibilem. &c. de quibus infra in libris de anima: ergo sequitur quòd in nulla specie qualitatis ponuntur.

2 ¶ Secundò nulla res ponitur de per se in duobus prædicamentis:sed actiones potētiæ rationalis ponuntur in prædicamento actionis:ergo non ponuntur in hoc prædicamento.Probatur minor. Si non ponuntur in prædicamēto actionis, eò esset, quia de ratione actionis est, vt per eam aliquid fiat,vt in ædificatione & calefactione: sed hoc non est necessarium: nā licèt in.9. Metaph. Aristo.distinguat actiones immanētes à transeuntibus penes operatum in primo Ethicorum transeuntes distinguit penes hoc, quòd in aliquibus ipsa operatio est finis, aliquando aliquid operatum: exēplum pr... cū di ędificare:sequitur ergo quod operatum non est de necessitate actionis: & sic sicut citharizare est in prędicamēto actionis, & intelligere etiam.

3 ¶ Tertiò si intelligere non est in prædicamento actionis,est,quia actio immanēs est motus qui est actus perfecti,& actio prędicamētalis est motus imperfecti,ex.3.Physicorum.Sed actio immanens non est motus perfecti, imo est actus imperfecti,quia est perfectio agentis, vt infra suo loco erit manifestum, quia perficitur potentia per actum.&c.

¶ In contrarium est quę dicta sunt ab Aristo.& à nobis in expositione huius prædicamenti.

Conclu. ¶ Conclusio. Actio seu actus potentię rationalis, vt est intelligere, &c. ponitur in prędicamento qualitatis. Patet.Est actio immanens,vt patet ex.9. Mecaph.t. 16.sed actio immanens est in prędicamento qualitatis,ergo.Et hęc,quia eadem est ratio de vna & de omnibus.Et probo de illa,de qua loquitur Philo.10. Ethicorū de delectatione.Quia delectatio vel est in prædicamento qualitatis,vel actionis:quia cum non sit substantia sed accidens,solū in aliquo istorum duorum collocabitur: sed non est in prędicamento actionis.Actio prędicamentalis est motus Physicus secundum Philo. 3.Physi.tex. 19.sed delectatio non est motus Physicus,vt patet expresse. 10. Ethicorum.c.4.vbi ait,propter quod neq; motus est delectatio.Et cōfirmatur. Motus est de genere imperfectorum, cum sit partim in actu,& partim in potētia:sed delectatio est de genere perfectorum, quia in omni parte temporis in quo est,habet complementum suę speciei,vt ibi probat Arist. non enim generatio tribuitur visioni, sicut neque punctus nec vnitati hæc enim non generantur, sed consequuntur quorundam generationē:& sic delectatio cum sit quoddam totum in indiuisibili habet perfectionem suam.Sequitur ergo quòd cum nō sit delectatio motus Physicus,non potest poni in prędicamento actionis,& erit in prędicamento qualitatis:& sic intelligere, cū sit in instanti & nō in tempore,quia nō est motus Physicus ponitur in prędicamēto qualitatis.Et in tantū est verū quòd fiat in instanti ea ratione qua est actio perfecti, quia est actus intellectus actu actu specie intelligibili,vt visio, quæ ab oculo actuato specie visibili,vt non sit apta fieri in tempore. Nam actio quæ est in tempore est actio imperfecti.i. existentis in potentia ad perfectionē, quia est partim in actu & partim in potentia: & sicut in tempore sunt partes successiuæ, sic actus factus in tempore successiuè perficitur, sicut & subiectum, sicut in calefactione & sanatione. Et quanuis actio immanens cū tempore non fiat,cōseruatur in tempore,sicut & illuminatio ex præsentia luminosi,& visio ex obiecto astāte extra debitè approximato, sic intelligere,pendet quo ad cōseruationē ex imperio voluntatis:& per accidens à multis alijs à positione & remotione à bona vel mala dispositione corporali.

1.Conclus. ¶ Actio immanēs, quæ in prædicamento qualitatis est, in prima specie collocatur. Hæc patet ex supra dictis.Et probatur etiā eò quòd ibi ponitur habitus & dispositio: ergo & actus,ex quibus habitus & dispositiones causantur, & à quibus emanant.Et probari posset à sufficienti diuisione.Nam vel ponetur in prima,vel in secunda, vel in tertia,vel in quarta:sed non in quarta,non in tertia, quia non passio,neque passibilis qualitas:non in secunda:quia non est naturalis potentia vel impotētia:ergo ponetur in prima.Ex hoc manet solutū primū argumentū:ponitur enim in prima specie.

Ad.2. ¶ Ad secundū dicendū q̄ ratio quare actiones immanentes non ponūntur in prędicamēto actionis nō est illa,scilicet q̄ eius nō sit aliquid operatū,sed est illa, quę in prima conclusione ex Philo.adducta,quia nō est motus Physicus. De differētia actionū immanentiū & transeuntium infra erit sermo.Nā in prædicamento actionis solum illa ponuntur,quæ sunt actiones imperfecti quæ & in tēpore fiūt:sed actiones immanētes sunt perfecti,& fiunt in instanti,& non sunt aptę fieri in tēpore, vt in secūda cōcl. declaratum est.

Ad.3. ¶ Ad tertiū negatur quòd actio immanens non sit perfecti.Et nō dicitur esse actus perfecti,quia agēs, à quo emanat,sit perfectū, imo (vt bene probat argumentū) per talē actionē perficitur agēs, vt homo intelligēdo.&c. sed dicitur ipsa actio immanēs actus perfecti:quia ipsa actio est perfecta & tota (vt ita dicā) & est cōplementū & perfectio, & non caufatur motu Physico,qui est imperfecti, vt de delectatione & visione ex Arist. probatum est ex. 10.Ethicorū, quæ in instanti habent suum complementum: actio tamen transiens via ad perfectionē est,vt calefactio ad calorem.&c.

CAPIT. IX.

De actione,& passione.

SVscipit & ipsum agere, pati ve, cōtrarietatē. Calefacere nāq;,& frigefacere,& calefieri,& voluptate, ac dolore affici, cōtraria sunt: quare cōtrarietatē suscipiunt. Gradus quoque suscipiunt,vt magis, atq; minùs dicātur.Fit enim vt magis quippiam, minùs ve calefaciat,& itidē calefiat:& doleat magis, minùs ve:quare agere,pati ve gradus suscipiūt: vti diximus. De his igitur tot à nobis sint dicta. Dictum est autē & de situm esse,in hisce quæ dixi mus de ijs quę sunt ad aliquid,de nominatiuum ipsum à positionibus dici.De cæteris verò,vt de quando, & de vbi, & de habere, quia sunt manifesta, nihil aliud dicitur, quàm ea quæ in principio diximus:habere quidem, indutum, atque armatum esse significat.vbi verò,in Lycio esse, & cætera quæcunque de ipsis sunt dicta. De generibus ergo propositis ea quæ sunt dicta sufficiant.

QVÆSTIO AN actio transiens sit subiectiuè in agente vel in patiente.

QVæritur circa actionis prædicamentum, vtrum actio transiens sit subiectiue in agēte,vel in patiente,vel in vtroque.

Primum. ¶ Et videtur quod sit in agēte. Vbi est formalis effectus, ibi & forma: quia hæc sunt ad inuicem inseparabilia: sed in agente est

Universidad de Deusto
Biblioteca

formalis effectus actionis: quia agens actione agit: ergo ibi erit actio. Sicut quia calor est in igne calefaciente: calefaciet etiam erit.

2 ¶ Secundò Arist. 8. Physi. te[xt.] probat Deum primā causam nō incipere nouo agere: quia aliàs mutaretur. Tunc est argumentum: nō posset esse mutatio nisi de nouo aliquid in se reciperet, & hoc non videtur nisi actionē: ergo actio est in agente, vel alias male argumentatur Aristo.

3 ¶ Tertiò actio, agens de denominat: vel ergo denominatione intrinseca, vel extrinseca: non extrinseca, quia denominans aliud intrinsece denominat: sic visio hominē denominās visum extrinsecè oculum intrinsecè denominat: in quo est visio: quia oculus visione est vidēs: quę est ab eo, & in eo: si ergo actio agens denominat, non potest signare qd intrinsecè denominēt nisi agēs, non passum, quia passum passione dicitur intrinsecè, & nō actione: ergo denominat agens intrinsece, & sic habetur intentum.

In cōtrariū ¶ In contrarium Arist. 3. Phys. tex. 20. vbi Commentator probat, quòd doctrina est actio docentis, & est in addiscente.

1. Nota. ¶ Pro solutione notandum, quòd duplex est agens quod: vnū quod agit in aliud extra se: & non in se ipso: vt ignis lignum cōburens: & aquā calefaciens. Aliud est agēs quod in se ipsum: quando est idem suppositō agens & patiens: vt quando Sortes se ipsum mouet: nam licet mouens parū differat à moto: est tamē suppositum idem vbi actio & passio: vt si percuteret seipsum: vel sanaret seipsum.

Duplex est agēs quod.

2. Nota. ¶ Actio transiens dupliciter sumitur. Primò pro reali respectu, qui est agētis, ad passum: sicut & passio, est respectus realis patientis ad agens: vt in prædicamento relationis dictum est. Alio modo sumitur pro re, siue forma, ab agente causata, acquisita à passo: sicut calefactio actiuè sumpta, est ipse calor realis causatus à calefactiuo: receptus in calefactibili, putà in aqua.

Actio transiens dupliciter.

1. Conclus. ¶ Si actio transiens, pro respectu sumatur agentis ad passum: subiectiuè tantum in agente est: vbicunque est fundamentum respectus: ibi & subiectiuè respectus erit: vt probat Aristot. li. 5. Metaphy. cum relatio & fundam[entum] batum est: sed respectus, ille fundatur in potentia actiua agentis, quæ in agente solū est subiectiuè: ergo ibi erit & ille respectus qui est actio. Item vel ponetur respectus in agente subiectiuè, vel in passo, sed non ponitur in passo: quia ibi non habet fundamentum, cum potentia actiua non sit in passo: ergo est in agēte, vbi est potentia actiua.

Aristot.

1. Conclus

¶ Secunda conclusio. Actio secundo modo sumpta, nō est subiectiuè in agente, sed in passo. Probatur. Nā vel est in agente vel in passo: sed non est in agente: nā si in ipso est: quæro quid ponit in ipso: nam vel potentiā actiuam vel aliquem actum absolutum acquisitum in agēte. Non primum: quia illa potentia erat quando non erat actio: aliàs cum potentia actiua continuè erat in agente, esset continuè actio. Neque potest dari secundum: quia sic omne quod acquiritur ab aliquo, in eo quod acquirit, se habet vt actum: & sic non erit vt agens: ergo in quantum agens non acquirit aliquid in se realiter & subiectiuè sicut mouēs vt mouens, moto opponitur: sequitur ergo, quòd cum actio sic considerata non sit in agente: quod erit in patiente. Et hoc dicit Aristote. 3. Physicorum text. 20. & 30 Arist.

Hervæus. 3. Conclus.

Commentator ibidem declarat, quòd doctrina sit actio docentis in addiscente. De quo vide Herueum in. 4. quolib. q. 4.

¶ Tertia conclusio. Actio agentis actione transeunte, vel inmanenti, nō in alterum, sed in se ipsum, subiectiuè in agente erit. Hæc ex dictis est manifesta: quia actio oportet sit subiectiuè in passo per secūdam cōclusionē: & cum suppositum agens & patiens sint idem, oportet quòd sit in eodem, sicut visio in vidente est, & intellectio in intelligente.

Ad. 1.

Ad primum argumentum respondetur, distinguendo de effectu formali: quia est duplex. Quidam secundum rem, & denominationem: vt homo est albus. Et re, & denominatione, quia ab albedine quam habet, verè denominatur. Alius est formalis effectus, qui solum denominatione est: sicut locatum denominatiuè à loco dicitur, quitamen locus non est subiectiuè in locato: nam superficies corporis continentis in locante est, & non in locato. Ad argumentum dicēdum, quod effectus formalis in agente solum denominatione extrinseca, & non re: non ponitur in eo, sed in passo: vt in secunda cōclusione dictum est: neque actio cum dicatur esse agentis, verificatur de eo vt sit vt in subiecto: sed ratione principij à quo.

Effectus formalis duplex.

Ad. 2.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum Philosophum Deus mutaretur, sed non eò quòd per quod agere, de nouo aliquam

quam acquiret qualitatem in se: sed per hoc quod inciperet velle, quod ante non volebat. Hæc erat Philoso. imaginatio, vt ibidem Comment. Sed de his in suo proprio loco, vbi à Theologis ex proposito disputatur.

Ad Tertiū. ¶ Ad tertium dicitur, quòd eadem res, quę est actio: agens, & patiens, denominat: agens extrinsecè, & patiens intrinsecè: & licet vna sit res tamen non eodem nomine nominat: nam vt est ab agente agens dicit, & vt est in passo recepta, denominat patiēs: neque hoc inconuenit: sicut vna eadēq; actio sub nomine doctrinæ denominat docente. n: & sub disciplinæ nomine discipulum.

QVÆSTIO VNICA,

Vtrùm sex prædicamenta quæ rest nt, sint relationes, aut dicant rem, aut res absolutas.

QVæstio hæc pro parte disputata est in præcedētib⁹, saltim ibi tactquādo Scoti diuisio posita est relationis, in intrinsecùs aduenientem, & extrinsecus aduenientem.

Scotus.

¶ Ad quæstionem de mente Scoti solutio est, sex prædicamēta dici relationes extrinsecùs aduenientes: vt ibi adduximus: sed tamen sit conclusio ad quæstionem.

Ad quæstio conclu.

¶ Sex prædicamenta non sunt relationes extrinsecùs aduenientes, sed sunt res absolutæ, & relatiua secundū dici tātum. Prima pars probatur. Relatio secundum Arist. 5. Meta. tex. 10. super actionē, & passionem fundatur: sed vna relatio non fundatur super aliā: ergo actio, & passio saltim nō sunt relationes. Et patet etiā hoc expresse: quia Arist. 3. Phy. tex. 19. dicit, quòd actio est motus: sed motus non est relatio.

Ratio. 1. p.

Secundò.

¶ Secundò. Vbi, est esse in hoc loco: & quādo, esse hodie: & habitus, esse vestitū: hæc autem exsita significatione non dicunt relationem: quia esse hic, significat rem absolutam: & esse vestitum, habere vestem.

Ratio. 2. p.

¶ Secunda pars probatur. Nā in rebus tria possunt considerari. Vel id quod est substātia, aut accidens, quod est formaliter in substantia: aut res quæ sunt extrinsecùs circa substātiā. Res primi generis ponūtur in primo prædicamento, quod est substātia: res secundi generis in tribus alijs prædicamentis positis: nā si accidens quod est in substātia, est absolutum, est quantitas, vel qualitas: & si relatiuum, est relatio. Res tertij generis pertinent ad ista. 6. prædicamenta. Et probatur q̄ sint relatiua secundū dici solū. Patet: relatiua quæ sunt secundū esse, sunt f[undamentū] ictū est: sed quod est extrinsecùs, circa subiectū vt vestis, non est formaliter in vestito: nec res, in tempore, nec in loco: sed solùm ista dicuntur secundum denominationem ab extrinseco: vt esse in isto loco, vel in illo: à tali, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

tali loco,vt in ecclesia:vel in domo. Et sic est vestitum, significat vestē ipsum, taliter se habentem in ordine ad vestitum.

¶Hinc sequitur, q̄ quærēti quid sit esse vestitū: vtrum sit relatio? respondendum est, q̄ nō est relatio,sed est esse vestitū, aut habere vestem: nec vlterius oportet respōdere.

¶Oportet ergo de quocunque. 6. prædicamētorum aliqua dicere breuiter, & primò de actione,& passione.

De actione, & passione. ¶Actio(inquit Gilbertus)vel factio, est ratio,seu forma,per quam in materiam subiectā denominamur agere, vel facere: passio vero est effectus agentis.

Notandum ¶Ad intelligēdam hanc definitionē, oportet considerare,q̄ dato,actio passio, & motus,sint vna res materialiter, differunt tamen formaliter: & pertinēt ad diuersa prædicamenta: nam motus neq; est in prædicamento actionis,neq; passionis,sed directè est post prædicamentum: sed reductiuè est in prædicamento ratione sui termini: & sic motus augmentationis est in prædicamento quantitatis: & alterationis in prædicamento qualitatis. Cùm ergo ignis calefacit lignū,ille motus est,& dicitur actio: inquātum procedit ab igne,& passio in quātum recipitur in ligno: & idem calor prout consideratur in igne,est à quo actio: & potest dici actio: & idem prout in passo recipitur,passio agētis est. Verùm licèt actio, & passio sint tñ res absolutæ: quia non possunt explicari nisi per respectus, dicuntur relatiua secundùm dici solùm.

Duplex est actio. ¶Actio est duplex. Animę, & corporis. Corporis illa est,quæ in corpore subiectatur: vt calefactio actio. Animæ,quæ in anima: vt volitio,nolitio,intellectio.&c. Vbi actio est, inquantū elicit,& passio, inquantum recipit.

Actio,& passio suscipiūt q̄ suscipiunt contrarietatem: quod nō est intelligēdum de per se: sed ratione qualitatum cōtrariarū,in quibus est actio,vel passio: vt calefactio actio,contraria est frigefactioni,quæ est actio: sed tamen ipsæ actiones secundùm se non habēt talē contrarietatem: nec hoc conuenit omnibus actionibus: quia illuminatio actio, nō habet cōtrariū: sicut nec lumen: sicut describere in superficie t[illegible] quæ non habet contrarium. Et tandem dicendum,q̄ illæ actiones,quæ imprimunt, vel causant qualitatem, quę habent contrarium: etiam ipsæ actiones ratione taliū qualitatum habebunt contrarium.

¶Actiones suscipiūt magis,vel minùs: quę proprietas sicut præcedens intelligenda est: nam ignis,qui fortior est,dicitur magis calefacere: & qui non ęque fortis, minùs calefacere: tamen hoc non competit actioni de per se,sed ratione maioris, vel minoris caloris. Suscipiunt magis, vel minus.

¶Passio dicitur in ordine ad actionē, quia passio est impressio actionis, vel eius effectus. Non enim agēs dicitur,nisi [illegible]patiēs: neque patiens,nisi sit agens: neque actio, vbi non est passio: neq; propriè passio,vbi non est actio. Illa quæ dicta sunt conuenire actioni [illegible]licet,quòd [illegible]rietatem,& magis & minus recipiat,ratione qualitatis, de passione similiter dicendum.

¶* Et sub generalissima sunt sex sub alternā: generatio,corruptio,augmentatio, diminutio,alteratio,& secundum locum mutatio: & cūp[illegible]o, & dicatur pro illo quod finitur ab essentia, & pro cōceptu mentis,& pro passione appetitus sensitiui,& pro [illegible]na inflicta, & pro qualitate in tertia [illegible]cie solùm quando pro ipsa vt emanat ab agente & recipitur in passo: est in hoc speciali prædicamento. *

De prædicamento vbi. ¶Prædicamentum vbi,sumitur vt dicit locum in quo res est,vt in domo, vel in templo, in aqua vel in aëre, sub tecto, vel sub diuo. Et definitur sic. Vbi(vt dicit Gilbertus) est circunscriptio corporis, ex circunscriptione loci prouenięs. Nam,vbi, ex eo dicitur,quòd est in tali loco aliqua res: neque explicari potest sine respectu: ob id relatiuum est secundùm dici. Gilbertus.

¶Nonnulli dicunt, vbi, in simplex vbi, & compositum: vt simplex dicatur habitudo alicuius locati ad locum simplicem, & in diuisibilem: vt est esse angeli in loco: non debetur certus locus determinatus: quia non habet quātitatem molis, per quā sit in loco: vel etiam potest dari ei locus diuisibilis, sed ipse indiuisibiliter se habebit: vt quia esse in loco angelū, est ratione suæ operationis, vbi cuius substantia est: si in loco magno operatur, in illo loco dicitur esse: sed indiuisibiliter est in toto loco: quia non pars in parte, & totus angelus in toto loco. De quo. D. Thom. Sic posset dici de anima rationali quæ est definitiuè in toto corpore quod animat,& informat, quę est tota in toto, & tota in qualibet eius parte. Et Christus Iesus in Venerabili & sacramē torum dignissimo Eucharistiæ: dicitur esse in loco indiuisibiliter: nā licèt sit vbi species visibiles panis: tamē sic est i[illegible]ota Hostia consecrata, quòd sit in qualibet parte, quantuncūq; minima. Aliter tamen quàm anima in corpore: quia illa ibi diffinitiuè: sed Christus solum sacramētaliter. De quo in resolutionibus. Theo. S. Th. p. 3. q. 76. & infra.

Hoc sic distinguū incō. Flaren. ¶Vbi compositum vocatur habitudo, seu respectus ipsius loci diuisibilis,ad locatū diuisibile: sicut omnia corporea dicunt esse in loco: & hoc vocat esse in loco, circūscriptiuè: quia locatum circunscribitur à loco sic,quod pars locati est in parte loci, & totum locatum est in toto loco. De quo in libris de Physico auditu latius. Et cum esse in loco contingat circunscriptiuè,diffinitiuè,repletiuè,seu vniuersaliter solum primo modo hic consideratur.

¶Vbi,non habet contrarium, loquendo propriè de contrarietate: nam impropriè, vbi,sursum, est vbi, deorsum, contrarium. Physicè cōsiderando possent illa dici contraria: quia ex eis sumuntur motus contrarij.

¶Vbi,non suscipit magis,vel minùs: nam supposito quod sit quis in domo,& alius in templo, non magis habet vbi, vnus, quàm alius. Et si vnus sit in ampla domo, & alius in angusta, non magis est in domo vnus,q̄ alius. Et si vnus ad horam,alius ad multum diem: non perampliùs vnus alio.

Notandum ¶Hic est notādum,q̄ locus, vt ponitur in prædicamento quantitatis: differt ab vbi, vt in isto collocatur: nā locus,ibi dicit quātitatem solùm, non habendo respectum q̄ sit tale vbi,vel in ecclesia, vel in domo, vel Mexici,vel Salmanticæ: sed solum inquantum dicit vltimam superficiem corporis continentis: vt habetur. 4. Physicorum: tñ vbi hic significat esse in hoc, aut illo loco, q̄d non potest explicari, nisi in ordine ad aliquod punctum fixum,puta quòd sit in tali altitudine respectu centri terræ: quia altior vel aer aqua: vel in tali lōgitudine, quę sumitur à certo puncto orientis, vel occidentis: vel in tali latitudine distās ab æquinoctiali,vel à polo, sicut Mexicum est distans in longitudine à Toleto per septem horas ferè. Et ab æquinoctiali distat Mexicum,per. 19. gradus: cùm tamē Toletū per 41. gradus &. 20. minuta. Locus tñ nō significat talem respectum: nam etiamsi tale pūctum non sit,tamen quis dicetur esse Mexici,vel Hispali, in domo,vel in tēplo. Itaque distare taliter ab Oriente, est verè relatiuum secundum dici: sed esse Salmanticæ, vel Mexici,non est relatiuū, licèt non posset explicari, nisi per talem distantiam.

Distantia lōgitudinis Mexici à Toleto. per. 7. horas ferè. De quo in. 1. de cœlo tr. de cœlo speculatione. 7. coacl. 2.

¶Quando, est id quod exadiacentia temporis relinquitur: vt esse hodie, vel fuisse heri: nam a sensus est,quòd quando, dicit habitudinem quandam rei temporalis ad tēpus, per quod mensuratur. De prædicamento quā do.

¶Quando, diuiditur in quando simplex, & cōpositum: vt simplex sit,habitudo rei ad tēpus indiuisibile, vt esse angeli in æuiternitate: & esse hominis in hoc momento quæ habent indiuisibilitatem. Esse tamē in æternitate propriè loquendo, nō ponitur in hoc prædicamento: quia cū soli Deo cōueniat esse sic in æternitate,& ipse solus sit sua æternitas, cùm ipse nō ponatur in prædicamento, neq; sua æternitas poni debet. S. Tho. 1. p. q. 10. art. 5. S. Tho. 1. p. q. 10. ar. 5.

¶Quando autem,compositum, est habitudo rei temporalis ad tempus diuisibile: vt esse in hoc anno,vel in hoc mēse, vel in hoc die, vel in hac hora. Non tamen est idem quando,vt est prædicamētum distinctum, & tempus, vt est species quantitatis vt ibi diximus: nam tempus,vt est de prædicamēto quantitatis, solum mēsuram durationis dicit. s. durare per mensem, vel per annum: sed quando, est tali die natum, vel tali die mortuum fuisse,vel sedisse,vel legisse. Multùm refert considerare de tempore, prout extrinseca mensura est rerum,quæ tempore mensurantur: vel considera re quando factum est hoc, heri,vel hodie,&c. vbi non quærimus de duratione,vel mensura.

¶Quomodo distinguatur ęternitas,& æuiternitas,& tempus,suo loco dicemus, & in Physicis, & in Theologicis, vbi erit sermo de Dei æternitate. S. Tho. 1. p. q. 10. & Magist. sent. d. 8. primi.

De prædicamento situs. ¶Positio,est quidam partium situs, & generationis ordinatio: vt q̄ in homine sint partes dispositæ,& ordinatæ, vt sit in loco superiori caput, & pedes in infimo, &c. & hoc à natura determinatum est, vt partes sic se habeant,& ordinem habeant inter se, & ad ipsum, cuius sunt partes.

¶Vel contingit istarum partium esse situ non per naturam ordinatum: sed quia contingit,vt homo quando sedet, vel stat, vel genuflectit, aliter, & aliter partes sunt dispositæ. Ratione huius, dicitur in definitione,est situs,partium positio: & ratione primi quando sunt per naturam partes ordinatę,dicitur generationis ordinatio. Et tā[illegible] d [illegible] est prædicamentum distinctum ab alijs: nec coincidit cum situ,vt locum dicit: secundum quā rationem in prædicamento quātitatis fuit signatus locus.

Notandum ¶Pro quo oportet notare,quòd situs,in re

Universidad de Deusto
Biblioteca

dupliciter potest considerari: vno modo, vt dicit situ, vt totū, respiciattoti locum in quo disponitur, & collocatur res, à quo circunscribitur: & pars partem respiciat. Pars (inquam) locati: & sic res dicatur habere situm in ordine ad locū: & isto modo situs pertinet ad prædicamētū quantitatis. Alio modo situs capitur, prout dicit dispositionem partium alicuius totius, nō in ordine ad locum, sed in ordine ad se, & in ordine ad totum: vt alia est consideratio capitis, inquantum in tali loco supereminente est ipso homine: quàm sit ipsius, vt est in tali loco, vbi totum est. Secūdū ergo ordinē quem pars habet ad partem in situ, & pars ad totum, dicitur situs: & constituit hoc prædicamentum distinctum. Non obstāte dicat de Castro in suis prædicamētis, & Soto, quòd situs dicat ordinē partium totius ad partes loci: sed debet intelligi, pro quanto partes adinuicem positæ, & sitæ, sic etiā ad locum ordinem habent.

Contra Castro, & Soto De prædicamento habitus.

¶ Habitus est corporum, & eorū quæ circa corpus sunt ādiacentia: vt esse vestitū, esse armatum, coronatum, galeatum, anulatum, & esse calceatum. &c.

¶ Habitus potest susc ipere magis, vel minus, sed improprie valdè. Recipit (inquàm) vt si quis habens duas tunicas, dicatur magis alio vestitus: & habitus maior. &c. sicut improprie dicemus magis patrem, qui decem habet filios, quàm qui duos.

¶ Habitus non recipit cōtrarietatem: quia calceatio, non est contraria pileationi, vel anulationi.

¶* Et nota quod habitus apud Aristot. 5. modis sumitur, primo pro qualitate radicata, & de difficile mobilis: secūdo pro forma debita alicui subiecto determinato: cui opponitur negatio eiusdem formæ, vt oculo debetur visus: oppositum est cæcitas. Tertio vt deriuatur ab habere, vel haberi: vt dicitur liber habetur à me. &c. Quarto pro veste sic figurata. 5. pro accidente consurgente ex veste, vt vestita, & homine vt vestiente seu habente vestitam: & in hoc ultimo sensu ponitur prædicamētum distinctum ab alijs: & sicut quando, non est tempus, mensurans neque res tēporalis mēsurata, sed est respectus consurgens ex adjacentia, & appo-
porale: sic habitus non est vestis, neque homo vestitus: sed est respectus consurgens, & mediās inter vestem & hominem: & ex eo quod vestis adjacet, & applicatur corpori, & id quod dicitur tanquàm propriū habitus, quod semper est in pluribus existens, est falsum: si habitus ponatur esse vnum accidens numero, & quod subiectiue sit in pluribus: nam idem accidens numero, non potest esse in multis subiectis. Sed tamen est verum in isto sensu: vt in vno sit vt in subiecto: puta in habente: & in alio vt in termino, puta in re habita vel econtra sicut de actione. &c.

QVÆSTIO.
Circa sex vltima prædicamenta.

Væritur pro leniori intelligentia istorū sex prædicamentorum, an dicant quid absolutū, vel respectum.

Primum.

¶ Et quod dicant respectum, patet authoritate Gilberti auctoris sex principiorū, qui ait, quando, inquit, est, quod ex adiacentia temporis relinquitur: vbi autem, est circūscriptio corporis: ex loci circunscriptione procedens, &c. ex quo patet quòd respectum dicant.

¶ Secundo vel dicunt absolutum, vel respectum, vel quid ex vtroq; compositum: nō absolutum: quia sic vel in prædicamento substantiæ, si substantia est: vt habitus: vel in prædicamento quantitatis: si quantum est: vt vbi, & situs: si qualitas, in prædicamē to qualitatis: q si respectus: in ad aliquid. Quòd si vtrunque: iam esset vnum per accidens: & sic poneretur in prædicamēto: vt supra dictum est.

¶ Huius quæstionis difficultas in resoluendo, pēdet è duobus potissimè: primo Aristo. parum loquutus est de istis sex prædicamentis. Nam suam considerationē terminauit in quatuor supra citatis, & positis: quæ inter decem generalissima sunt potissima. Et in Metaph. vbi exacta consideratio: quando dicit ens in decem prædicamēta: exemplum ponit in quatuor supra citatis: & si vltra progreditur, vt in 5. capitulo de ente nunquàm vsq; ad decem peruenit. Et licet exemplum daret de omnibus, tamen solum de quatuor primis fecit tractatum.

Nota.

¶ Et pro studiosis S. Doctoris etiam est difficultas: quia ipse idem doctor cū aliàs tam exactus sit Philosophus: sicut & Theolorum cōsummatissimus, & facile princeps: est varius vt apparet & quia in . Physicorum

Theologorū princeps S. Thom.

corum text. 22. & lib. 10. Metaph. videtur sentire, quod sex prædicamenta posteriora absolutum dicāt: vt tamen denominant aliud, extrinseca denominatione, vt à primis alijs distinguat: & in. 5. Metaphy. in. c. de habere, expresse dicit quòd importēt absolutum & respectum.

Varietas in S. Th. quomodo intelligēda. Socinat.

¶ Sed idem doctor. S. in eodem lib. cap. ad aliquid, videtur sentire: quòd solum dicāt respectum: & non rem absolutam. De hoc varias opi. recitat Socinas. 5. Metaph. resolutio tamen videtur in sequentibus cōclusionibus.

1. Concluſ. ¶ Prima concl. sex vltima prædicamētaneque dicunt absolutum simpliciter, neq; purum respectū. Prima pars probatur. Quia si dicerent absolutum simpliciter: vel esset substantia, vel quantitas, vel qualitas: & sic nulla esset distinctio istorum sex prædicamentorum ab illis tribus absolutis. Quia si aliquod istorum sex esset substantia, in primo collocaretur, & si quantitas, vel qualitas in secundo vel in tertio: sed posita sunt distincta prædicamenta: ergo non important absolutum. Secunda pars probatur. Quia cum motus localis sit in prædicamēto vbi, si vbi, vt est vnum de sex posteriorib⁹ prædicamentis, purum dicit respectū: ad relationem esset primo & per se motus: quod est contra Philo. 5. Phy. licorum tex. 10. nam solū de per accidens, concesit motū in ad aliquid: vt quādo aliquis per se dealbatur, per accidens fit similis alteri. Item quia si illa sex posteriorā dicerent purum respectum, nō distinguerentur ab vno illo ex primis quatuor: sed ponūtur distincta: ergo non dicunt purum respectum.

2. Concluſ. ¶ Secunda cōclusio, sex posteriora prædicamenta nō dicūt absolutum cū respectu: Probatur: quia cum omne ens sit substātia, vel quantitas, vel qualitas, & respectus realis omne, sit in prædicamēto ad aliquid: si dicerent sex ista absolutū cū respectu, nil aliud dicerent, nisi aggregatum ex duobus prædicamentis: hoc autem vt sæpe dictum est, repugnat seriei prædicamentali. Et etiam sequeretur aliud inconueniens, quod esse rent vnū per accidens, & nullū tale est prædicamētū, neq; reponitur in prædicamēto.

3. Concluſ. ¶ Tertia cōclusio. Sex posteriora prædicamenta absolutū dicunt, cum denominatione extrinseca. Pro cuius intelligētia notandum, vt notat Herueus in quoḥb. 1. q. 9. q denominatio potest tribus modis fieri. Primo ab aliquo absoluto intrinseco ipsi denominato: vel per identitatem, vt Sortes est substātia: Sortes est rationalis, vel per inhærentiam, vt Sortes est quantus, Sortes est qualis. Secundo modo fit denominatio ab aliquo intrinseco ipsi denominato, importante tamen quod extrinsecū, vt terminū ad quem denominatū, relatiuè se habet: vt Sortes est pater. Vbi etiam extrinsecū interuenit. s. filius. Tertio modo ab aliquo extrinseco, quod non est idē cū denominato: neq; est subiectiuè ineo: vt Sortes est locatus: quia locus nō est subiectiuè in locato, sed in locante. Prima denominatio: fit ex istis trib⁹ in prædicamēto substātiæ, & quātitatis, & qualitatis: secūda cōtingit in prædicamento ad aliquid: tertia fit per vltima prædicamenta, penes hoc q ad aliquod extrinsecum est respectus & ab eo denominatio. Probat cōclusio existis præsuppositis. Nā oportet distinctionē ponere inter quatuor prima prædicamēta: & alia sex sequētia: & non est per absolutū, quod absolutè importet: neq; est per relatiuum, erit ergo per aliquid aliud: & non videtur nisi per denominationē extrinsecam declaratā: ergo per eam distinctio in prædicamētis positis fit: & hæc est doctrina S. Tho. 3. Physicorum tex. 22. vbi ait. Tertius modus prædicandi est, quando aliquod extrinsecū de aliquo prædicatur per modū alicuius denominationis, exemplū ponit de agere, & pati: de quando, & vbi, situ, & habitu.

S. Tho.

¶ Ex quibus sequitur, q licēt sex prædicamenta vltima non differant à tribus priorib⁹ absolutis quantū ad rem denominātē: quia vel substantia, vel quātitas, vel qualitas &c. differūt tamen quantū admodū denominādi, & prædicandi: quoniā in tribus primis prædicatio, & denominatio ab absoluto intrinseco: & ab istis ab extrinseco ab soluto. Et ista diuersitas sufficit ad distinctionē prædicamentalē: non enim necessario est omnia prædicamenta realiter distinguī, quia sic actio, & passio, non essent duo distincta prædicamenta.

4. Concluſ. ¶ Quarta cōclusio. Et si vltima prædicamēta absolutū cum denominatione importēt extrinseca: ad eā tamen denominationem consequitur quidā respectus inter denominans & denominatū: vt vestem, & vestitū. &c. quos tamen respectus hæc vltima prædicamenta nō significant. Quod cōsequan-
tur denominans, nisi quia aliud est denominatū: neq; denominatū, nisi quia ab alio denominat. Quod tamen talē respectum nō significēt, patet ex supradictis in secunda cōclu. quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicunt absolutum & non absolutũ cum re respectũ: quia sic aliquod per accidens diceret.

Ad primũ. ¶ Ad primũ, quod ex auctoritate Gilberti adducitur, non est necesse di ũ as sustinere, quia sequitur contra Philo ad relationem esset primo per se motus, vt probatum est.

¶ Ad secundum ex dictis patet solutio.

CAP. X.
De oppositis.

Textus. 1. DE oppositis autem quot modis opponi soleãt, deinceps dicẽdum esse videtur. Opposita nãq; modis quatuor opponi dicũtur: aut vt ea, quæ sunt ad aliq̃d: aut vt contraria: aut vt habitus, & priuatio: aut vt affirmatio, atque negatio. Atq; vt in summa dicam, duplum: & dimidiũ, vt ea quæ sunt ad aliquid: bonũ, & malum, vti contraria, cæcitas, atque visus, vt habitus, & priuatio: sedere, & non sedere, vt affirmatio, atque negatio, opponuntur.

Textus. 2. ¶ Quæ igit̃ vt ea quæ sunt ad aliquid opponũtur, ea id quod sũt, oppositorum esse: aut aliquo alio modo ad illa dicũtur: vt duplũ dimidij: id quod est, alicuius dicitur duplũ: & sciẽtia scibili eodẽ opponitur modo: atq; ipsa id quod est scibilis dicitur esse: & scibile etiã id quod est ad oppositũ, ipsam, ir quã, scientiã, dicitur: scibile nãq; aliquo id scientia dicitur scibile. Quæ igitur vt ea quæ sunt ad aliquid opponũtur: ipsa id qđ sunt aliorũ esse: aut aliquo alio modo vicissim dicuntur. Ea verò quę vt contraria opponuntur, nullo pacto legem hanc subeunt: neque enim bonum mali dicitur bonũ, sed contrarium: neque album nigri dicitur album, sed contrariũ: quare oppositiones hæ differũt.

Textus. 3. ¶ Atqui cõtraria quidem, quæ talia sunt, vt ipsorum alterũ necessariò rebus ijs insit, in quibus aptum est fieri, aut de quibus prædicatur, ea nullum prorsus mediũ habent: quorum autem alterum inesse non necesse est, inter hæc aliquid omnino medium cadit: veluti sanitas, ac morbus in animalis corpore fieri apta sunt, eque alterum insit animalis in corpore, sanitas inquam, aut morbus, necesse est, & de numero par, atque impar prædicatur, & alterum par, aut impar insit numero necesse est, atque nullũ inter hæc, aut inter par, & impar, aut inter sanitatem, ac morbum, medium cadit. At quorum alterutrum ineſse necesse non est, horum medium est aliquid: vt albũ & nigrum in corpore aptum est fieri: & non necesse est in corpore alterum horum ineſse: non enim omne corpus aut albũ, aut nigrũ est. Vitiosum quoq;, studiosumq;, de homine quidem, cæterisq; complurib⁹ prædicatur: at non necesse est alterũ illis ineſse, de quibus hęc prędicari possunt: nõ enim omnia aut vitiosa sunt, aut studiosa, atq; est inter hoc medium sanè: fuscum quidem, & flauum,

uum, cæteriq́ue tales colores, inter album, & nigrum: id autem quod neque vitiosum est, neque studiosum, inter vitiosum, ac studiosũ. In quibusdã igitur media nomen habent: vt fuscũ, pallidũ, rubrum, cæteriq; tales colores, qui medij sunt inter album, & nigrum: in quibusdam verò nomine quidem nõ est facile medium assignare, vtriusq; tamẽ extremorum negatione ipsum mediũ definitur: vt id quod neque bonum est, neque malum, neq; iustum, neque iniustum.

Textus. 4. ¶ Priuatio autẽ, atque habitus dicitur quidem circa quippiã idẽ, vt visus, & cæcitas, circa oculum: vt simpliciter autem dicam, in quo solet habitus fieri, circa id vtrunq; ipsorum dicitur. Atque priuatũ esse dicimus vnunquodq́ue eorũ, quæ susceptiua sunt habitus, cũ est habitus, non quouismodo, sed in eo, vel in quo cõsueuit esse, vel quando illud consueuit ipsum habere. Edentulum enim non ex eo dicimus, quia dẽtes nõ habet: & cæcũ itidem non ex eo, quia visum non habet, sed quia nõ habet, cũ est aptus habere: sunt enim quæ orta non cõtinuò visum, dentesq; habent: at non edentula, aut cæca dicũtur. Priuatum autem esse, habitumq; habere, non est priuatio, atq; habitus: nam visus quidem est habitus, cæcitas verò priuatio. At habere visum, non est visus, neque cæcũ esse, cæcitas est: etenim cæcitas est priuatio quædam, cæcũ autem esse, est priuatum esse, & non priuatio. Præterea: Si cæcitas idem esset, ac cæcum esse, vtraq́ue profecto de eodem prædicarentur, at homo dicitur quidem cæcus, cæcitas autem nullo dicitur pacto. Et ipsa tamẽ priuatum, inquam esse, habitum q; habere, perinde vt priuatio, atque habitus opponi videtur, modus enim oppositionis idem est. Nã vt cæcitas, & visus, sic & cæcum esse, ac habere habitum opponuntur.

Textus. 5. ¶ At enim neq; etiã id quod sub affirmatione, negationeq́ue est, affirmatio est, atque negatio. Affirmationem nanq́ue, negationẽq́ue orationem esse constat, alteram affirmatiuam, alteram negatiuam at: nihil eorum, quæ sub affirmatione, negatione ve cadũt, oratio est, vt patet. Dicũtur tamẽ & hæc ipsa perinde opponi atq; affirmatio, negatioq; opponuntur, & in his enim idem oppositionis est modus. Nam vt affirmatio, veluti sedet, negationi, ceu non sedet, opponitur, sic & res, quæ sub vtrunq; cadunt, sedere inquam, & nõ sedere, sibi mutuò aduersantur.

Textus. 6. ¶ At verò priuationem, ac habitum non esse oppositas, vt ea quę sunt ad aliquid, patet: nõ em ipsum id quod est, oppositi dicitur esse, visus enim nõ est cæcitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis visus, neque vllo alio ad illam dicitur modo: similiter neq; cæcitas visus cæcitas dicetur: sed cæcitas ipsa, priuatio quidem dicitur visus: cæcitas autem visus non dicitur: neque, visus dicitur cæcitas. Præterea. Vniuersa quæ sunt ad aliquid, ad ea sanè dicuntur, quæ conuertuntur: quare si cæcitas ex ijs esset, quæ sunt ad aliquid, & illud, ad quod ipsa dicitur, profectò cõuerteretur: at nõ conuertitur: non enim visus cęcitas dicitur visus.

Textus. 7. ¶ Atqui neque perinde atque cõtraria priuationẽ, ac habitũ oppositionẽ subire, ex eo perspicuum fore videtur, quòd cõtrariorum, quæ medio vacant, alterum in his, quibus apta sunt esse, aut de quibus prędicãtur, inesse semper necesse est: inter enim ea mediũ nullum cadere diximus, quorum alterum inesse susceptiuo necesse est: vt in sanitate, ac morbo, in pari, ac impari, intueri licet. Quorum autem est ad aliquid medium, nunquam horum alterum omni ineſt necessariò. Neq; enim albũ, aut nigrũ neq; calidum, aut frigidũ esse, omne quod horũ susceptiuũ sit, necesse est: nã vt inter hæc mediũ aliquod cadat, nihil sanè prohibere videtur. Et insuper ea diximus mẽdio vacare, quorũ a[illegible] in susceptiuo, nisi in hisce, in quibus vnũ ineſt natura: vt igni caliditas ineſt, & niui albedo. In his enim alterũ definitè: nõ vtrũuis susceptiuo ineſse necesse est. Nõ em̃ aut ignẽ frigidum, aut niuẽ esse nigrã contingit: itaq; nõ omni susceptiuo ineſse alterũ cõtingit, sed illis tantũ, quibus vnũ natura inest, atque vnũ definitè, nõ vtrũ uis: In priuatione autẽ, atq; habitu, neutrũ dictorũ est verũ: neq; enim alterũ ipsorũ semper ineſse necesse est: quod enim nondũ aptũ est visum habere, id neque cæcum dicitur, neque visum habere, quare non ex ijs erunt contrarijs, quæ medijs vacãt. sed nec ex ijs, quæ mediũ habent: quoniam omni susceptiuo, ipsorũ alterũ insit necesse est: cùm enim est aptũ visum habere, tunc aut cæcũ, aut visum habere dicetur: atq; horũ alterũ non diffinitè sanè, sed vtrũuis sine discrimine vllo dicetur: at in hisce contrarijs, quę medio non vacant, nunquam fit, vt alterum insit omni, sed quibusdã: atque hisce alterum diffinitè, & non vtrumuis. Quare patet, neutro modo priuationem, & habitum, perinde atque contraria oppositionem subire. Præterea. Inter contraria quidem, sit modò quòd ipsa recipere possit, fieri commutatio potest, nisi vnum ipsorum natura, cuipiam, vt igni caliditas insit. Potest enim sanum ægrotationem subire, & frigidum calidum, & album effici nigrũ, ex studioso quoq; vitiosus, & è vitioso studiosus euadere potest,

test: vitiosus enim si moribus prę stabilioribus, præceptisque instituatur, aliquid saltem in probitate incrementi suscipiet. Quòd si parum licèt incrementi semel susceperit, patet, aut penitus illum mutari, aut ingentia incrementa susc̃ipere posse. Semper enim habilis magis ad consequendam ipsam virtutem sumpto paruo etiã incremento ht: quare verisimile est maiora quoque illud incrementa susc̃ipere: quod quidem si semper ita fiat, in contrarium penitus habitum deducetur: nisi tempore fortasse excludatur. In habitu verò, priuatione ve fieri non potest, vt commutatio vnquàm efficiatur: ex habitu nanque quanquam ad priuationem mutatio fit, ad habitum certè ex priuatione fieri nequit: nõ enim quisquam cæcus factus, visum vnquã recuperãuit, neq; caluus factus comam, neque edentulus vllus dentes emisit.

Textus. 8. ¶ Atqui patet, & ea quæ vt affirmatio, negatioque opponũtur, nullo dictorum modo oppositionem subire. In his enim solis alterum verum, alterum falsum esse necesse est, quod neque in contrarijs, neque in relatiuis, neque in habitu, priuatione ve necesse est, semper alterum verum, alterum falsum vt sit. Sanitas enim, ac morbus contraria sunt, & neutrum ipsorũ verũ est, aut falsum: similiter & duplũ, & dimidiũ relatiuè quidẽ opponũtur, neutrũ tamen verũ est, aut falsum: cæcitas etiam neq; visus, habitus quidẽ, & priuatio sunt, vt patet: at neutrum verum est, aut falsum. Omnino autem nihil eorum, quę nulla cum complexione dicuntur, verum est, aut falsum. At vniuersa quæ dicta sunt, sine complexione dicuntur. Equidem idipsum in hisce cõtrarijs maximè accidere videbitur, quæ cum cõplexione dicuntur: valere enim Socratem, & ęgrotare Socratem, contraria sunt. At neque in hisce necessarium est, alterum verum, falsum alterum esse. Nam si existat quidem Socrates, alterum verum, alterum falsum erit: si verò non existat, ambo falsa erunt, vt patet. Si enim Socrates omnino non sit, neutrum erit verum, neque, ægrotare ipsum, neque valere. In priuatione quoque, ac habitu si Socrates omnino non sit, neutrum verum erit: sin sit, non semper alterum erit verum, alterũ falsum. Visum enim habere Socratem, & cęcum Socratẽ esse, vt habitus, atque priuatio opponuntur: & si sit Socrates, non necesse est alterum verum, alterum [illegible]sum esse. Quo enim tempore nondũ est aptus habere, vtrunq; est falsum. Sin omnino nõ sit, fal[illegible]e, & visum ipsum habere, & cęcum esse. In affirmatione verò, negatione ve, semper siue sit, siue non sit,

alterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

alterum erit falsum, alterum verum. Horũ enim, ęgrotare, inquã Socratẽ, & non ægrotare Socratem, siue sit, siue nõ sit Socrates, alterum verum, alterum falsum esse patet. Si enim non sit, ægrotare illum est falsum, non ægrotare verum: quare hisce solis hoc competit alterum, inquam, ipsorum verum esse, alterum falsum: quæ vt affirmatio, atque negatio opponuntur.

Textus. 9. ¶At verò malum quidem bono necessariò contrarium est: quod quidem esse patet inductione. Morbus enim sanitati, & iustitiæ iniustitia, & fortitudini timiditas aduersatur: & in cæteris simili modo. At malo interdũ bonũ, interdum malum cõtrarium est: defectui enim, qui quidem est malum, exuperatio, quæ quidem & ipsa malum est, cõtrarium est: similiter & mediocritas, quæ quidem est bonum, vtriq́ue aduersatur, vt patet. In paucis tamen idipsum esse videtur: sed in plurimis malo bonũ semper contrarium est. Præterea. Non necessarium est, si contrariorum alterum sit, & reliquum esse. Nam si omnes sint sani, sanitas quidem erit, morbus verò non erit: similiter si sint omnia alba, albedo quidem erit, nigredo verò non erit. Pra[illegible] contrarium est huic, Socratem ægrotare, fieri verò non potest, vt ambo simul eidẽ insint: impossibile est, si contrarium alterum sit, & reliquum etiam esse. Nam si stat valere Socratem, ęgrotare Socratem stare non potest. Patet etiã, & circa idẽ, aut specie, aut genere contraria fieri solere: vt morbum quidem, & sanitatem in animalis corpore: albedinẽ autẽ, & nigredinem in corpore absolutè: iustitiam verò, & iniustitiã in hominis anima. Contraria insuper omnia, aut eodem in genere, aut contrarijs in generibus esse, aut ipsa genera esse necesse est: nã album quidem, & nigrum, eodẽ in genere sunt, color enim ipsorum est genus: iustitia verò, ac iniustitia, sub generibus contrarijs collocãtur: alterius enim virtus, alterius vitiũ est genus, vt patet: at bonum, & malum non sunt in genere, sed aliquorum ipsa genera sunt.

INter post prædicamenta, primum locum obtinet, de oppositis consideratio. Et sicut illa quę præambula erãt: prędicamẽta, anteprædicamenta sunt dicta, sic ista quæ consequũtur prædicamenta, post prędicamenta vocantur. Et verè edita fuere ab Arist. licèt Andronicus (vt refert Boëtius) Andronic. id negauerit. Veru ordo, & eloquutio ostẽdant, sapere saliuam ipsius.

¶Quinque ponuntur post prędicamenta. Oppositio, prius, simul, motus, & habere. Quorum tria, quæ priori loco posita sunt, conditiones generales omnium prædicamentorum habẽt. Nam inter se omnia oppositionem habent, quia sunt primò diuersa: & habẽt naturæ ordinem. Substantia enim quãtitate prior est, & quantitas qualitate: & oppositio priuatiua, in differentijs diuisiuis inuenitur. Corporeum, & incorporeum in substantia. Continuum, & discretum in quantitate. Contrarietas in qualitate, & ad aliquid. Oppositа, in ipso prædicamẽto ad aliquid. Et priùs est genus, quam species: nam licèt sint simul tẽpore, motus proprię sumptus consequitur tria prædicamenta, scilicet, quantitatem, qualitatem, & vbi. Et habere conuenit substantiæ habere seruum, habere qualitatem, &c.

¶Circa literam Aristo. in primo textu notanda est sufficientia oppositionis: nam vel est inter ens, non ens: & sic est contradictio. Aut inter ens, & non ens in subiecto apto nato: & est priuatiua oppositio. Aut est inter ens, & ens, quæ mutuò se expellunt: & est oppositio contraria. Aut inter ens, & ens, quæ mutuò se respiciunt: & est relatiua oppositio. Et si fiat consideratio proprię contradictoria, est maxima oppositio

Dubium. Bruxellis. ¶An verò oppositio dicatur vniuocè de omnibus quatuor modis, Petrus Bruxellis dicit quòd analogicè: sed de tribus non est dubium. Nam cum oppositio dicat impossibilitatem simul existendi in eodem subiecto: & tribus modis oppositorum, id ex æquo conueniat vniuoce, oppositio de eis dicetur: sed relatiuè oppositа non sunt simpliciter oppositа, sed secundùm quid, id est respectu eiusdem: est enim idem pater, & filius respectu diuersorum.

De contrarijs quædã dicitur immediata, quædã mediata. ¶Circa cõtraria notare oportet, quædam dici contraria immediata, alia mediata. Illa immediata dicũtur immediata, quæ sic habẽt, quod alterum eorum in re necesse est, & mediũ non datur: vt sunt ęgrum, aut sanum: nam animal esse ægrum, vel sanum, necesse est, & inter hæc medium non datur. Similiter de numero est verum, quod sit par, vel impar: nec aliquę medium dari potest.

Notandum ¶Mediata cõtraria illa sunt, inter quæ est medium: vt album, & nigrum: non est necesse alterum inesse, quia potest esse fuscũ. Item, neque est necesse frigidum, aut calidum esse: quia potest esse tepidum. Vbi ergo reperiri potest medium inter contraria, ibi non sunt contraria immediata: sic quod vnum inesse sit necesse. Boetius diuidit etiam hæc mediata contraria: vt quædam sint, quæ solùm vnum habent mediũ: vt frigidum, & calidum, solùm habent tepidum. Alia quæ plura habent: vt album, & nigrum, habent colores medios plures.

Ponit aliam diuisionem, vt quædã sint media, quibus nomen sit impositum: alia sint quæ non habent propria nomina.

¶Circa opposita priuatiuè notandum, q cæcus, & videns sic opponuntur, vt cæcus dicat priuationem in subiecto apto nato: nam lapis nõ dicitur cæcus, sed non vidẽs: quia non est aptus. Et requiritur id in tempore determinato per naturã: sicut catulus ante nonum diem non dicitur cæcus: esset tamen, si post nonum diem non videret. Similiter paruulus infans non dicitur edentulus, si ante tempus à natura determinatũ careat dentibus: sed dicetur, si post illud tẽpus non habeat. Notandum

¶Est tamen notanda differentia inter contraria, & priuatiuè opposita: quia in contrarijs fit ab vno in alium regressus: ab albo in nigrum: & à nigro in album, vbi alterum necessariò non inest per naturam: vt est nigredo in coruo, & frigiditas in aqua, &c. sed in priuatiuè oppositis, ab habitu ad priuationem fit transitus, non tamen à priuatione ad habitum per naturam. Nam cæcus non fit per naturam videns, & si videns fiat cæcus: licèt Diuina virtute id fieri valeat: sicut & per miraculum sæpe factum est.

¶Etiam circa hoc considerandum, quædam esse priuatiuè opposita, in quibus potest fieri transitus: sicut in contrarijs contingit: sicut lumen, & tenebræ opponuntur priuatiuè, & fit transitus ab habitu ad priuationem: & rursus à priuatione ad habitum: fiunt enim circa idem subiectum, nempe circa aerem, qui ex tenebroso illuminatus fit: & ex sciente ignorãs per ęgritudinem: sicut ex ignorante sciens per acquisitionem. Aduertẽdũ

QVÆSTIO.

An priuatio sit ens reale distinctum à suo subiecto.

IT probatur primo q priuatio sit ens reale. Illud est ens reale, quod aliquid operante, habet entitatem verè: sed priuatio est huiusmodi: nam etiã si nullus intellectus negocietur: verè negatio Primum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio visus in oculo est. Si enim esset solum ens rationis: nullam rationem entitatis habere posset sine operatione intellectus.

2 ¶ Secundo probatur quòd sit ens reale auctoritate Philoso. qui.4.Metaph. tex.secundo connumerat corruptiones, & priuationes,inter modos quibus dicitur ens: si ergo modus entis priuatio est: & ens erit: nam non intelligitur modus alicuius, nisi quia est.

3 ¶ Tertio probatur quo ad secundam partē dubium, an priuatio distinguatur à suo subiecto ex Philosopho in primo Physicorum,text.60. qui ait,subiectam materiā esse vnum numero cum priuatione. Tunc est argumentum. Quæ sunt vnum numero,non distinguuntur ab inuicem:sed priuatio est idem cum suo subiecto:ergo non distinguetur: & si non distinguitur apertè probatur,quòd sit ens: quia subiectū est ens:quod erat primò intentum.

In cõtrariũ ¶ In contrarium est Arist. qui per nõ ens, explicat priuationem.

¶ Quia ista duo sic coniuncta sunt: & esse, & cognosci: quia sicut res se habet ad esse, & ad cognosci: hic vtrunque de priuatione declarabitur, & quomodo cognoscatur:& quod esse habeat,an reale,vel solum per operationem intellectus.

1.Concluſ. ¶ Prima conclusio. Intellectus nõ & si priuationem cognoscat: hoc tamen non per propriam speciem, sed per speciem habitus.Patet primo quod cognoscat: nā eadē est disciplina oppositorum: si ergo habitum,puta visum intellectus cognoscit: & necessario cognoscet priuationem eius, & si lumen cognoscit: necessario cognoscet tenebras. Sed quòd non per speciem propriam, patet. Nam illud cognoscitur ab intellectu per speciem propriā,quod est per se primo motiuum intellectus: sed hoc nõ potest esse priuatio:ergo. Maior est manifesta, & suo loco probabitur exactè infra in libris de anima. Sed minor patet: quia ad hoc quòd obiectū moueat, oportet habeat rationem entis: sed priuatio est non ens,vt docet Aristote. & statim etiam ostendemus:sequitur ergo quòd priuatio per se primo intellectum non potest mouere ad speciem propriam. Item quia non potest per se pr... ...onem nisi cuius est phantasma in sensu,quia necesse est intelligētem phantasmata speculari:sed priuationis non datur phantasma, quia nulla fuit species recepta per sensus exteriores delata ad sensum communem,quod est necessarium ad phantasma, vt etiam suo loco erit exploratissimum. Sequitur ergo, quòd si priuatio est non ens: non potest habere rationem motiui primò: nam sicut esse mobile,supponit esse,sic esse motiuum quod & dignitatis est: præsupponit esse.

¶ Secunda pars probatur scilicet,quòd intellectus cognoscat priuationem per speciem habitus. Nam si sit propria species habitus,& erit propria cognitio eius, vt scilicet per speciem visus cognoscatur & potentia visiua: sed non potest habitus cognosci vt debet cognosci: quin cognoscatur vt eius priuatio. Nam si intellectus per speciem propriam cognoscens bonum:intelligit appetibile esse & prosequendum, & esse perfectionem appetentis, & si hoc exactè cognoscit, necessariò infert: malum contrarium fugiendum, & imperfectionem causare in potentia: & si hoc intellectus non cognoscit, nondum ad perfectam cognitionem boni peruenit: nam eadem species est principium cognitionis habitus: & priuationis. Sequitur ergo in proposito, quòd dato priuatio per speciem propriam non posit cognosci:quod per speciem habitus cognoscetur:per quā dam illationem necessariam.

2.Concluſ. ¶ Secunda conclusio. Licèt per vnam & eandem speciem & habitus & priuatio cognoscatur, differenter tamen. Patet primum ex dictis.Secundum probatur. Quia vbi species respectu vnius est principium primo, repr...entatiuum: & respectu alterius solum illatiuum: non eodem modo dat cognitionem:vel concurrit, ad cognitionem: sed differenter: sicut & diff...runt primo repręsentare,& solum inferre & nõ repręsentare:sed species sic se habet respectu habitus & priuationis, quia respectu primi repræsentat primo,& respectu secundi infert solum: quia habita notitia habitus, cõsequitur ...otitia priuationis. Et hoc prouenit, non solum ex specie, neque solum ex intellectu,sed ab vtroque. Ex specie quidem:quia commune est perfectum, ducere in cognitionem imperfecti: vt ex scientе ignorantē. Ex ipso intellectu: quia cum non solum simpliciter apprehendat, sed discurrat: ex habitu cognito ad priuationis cognitionem ducit.Hæc est S.Thodoctrina in.10.Meta. lectione.4. Et in tm est verũ hoc q̃ per habitum cognoscatur pri-

priuatio,quòd cum ipsa indiffinitione habeat habitum, nam per habitum priuatio est diffinienda:& etiā habitus per priuationem vno & eodemactu cognoscitur habitus & priuatio: quia si diffinitū cognoscimus, & diffinitionē quæ cū eo cõuertitur, & econtra eodēactu. Verum est tamen, q̃ tā habitus,q̃ priuatio: seorsum possunt ab intellectū consid...rari: vt distincti actus & possun...sse: nam possum concipere quid sit visio: nihil apprehendendo de cęcitate. Sed tamē cognitio vnius perfecta sine alio non habetur.

3.Concluſ. ¶ Tertia conclu...Priuatio q...ntũ ad id quod est...on est ens reale: est tamen ...rè, quātum ad id quo distinguitur à simplici negatione. Primũ probatur. Nam priuatio quantũ ad id quod est, non dicit ens reale, quia dicit cæcitas priuationē visus, & tenebræ priuationem luminis:hę...on sunt entia realia. Quod patet ex philo.5. Meta.c. de priuatione:& per Cõmen.ibidē,vbi omnes modi priuationis declarantur per nõ habere id quod natum est haberi:sed negatio nullũ ens reale dicit, sed negat potius. Secūda pars cõclu. sic manifestatur. Inter priuationē & purā negationē, verè distinctio est:quia priuatio dicit negationē cum aptitudine in subiecto ad habitum: & negatio hoc non includit: sed hæc distinctio non posset esse nisi per hoc, q̃ priuatio vt distinguitur à pura negatione, aliquid reale esset:sequitur ergo,quod secundum hāc considerationem est ens reale. Nam sicut subiectum habet realem potentiam ad formam recipiendam,sibi vnib...sic & habet aptitudinem real...rad eandem formam: aliàs eodem modo lapis diceretur cæcus si cu...mo,nisi aptitudo aliquid esset in homine, qua dicitur cæcus, & non in lapide. Et quidem quia ista aptitudo ex connotato eli...non de essentia eiusdem priuationis, non importat absolutè ens reale.

Raclantus. 2.tomo. 4.Concluſ. ¶ Quarta cõclusio. Priuatio à subiecto suo distinguitur vt ens à non ente, quod non est propriè relatio,sed potius negatio. Probatur quod distinguantur: quia priuatio non manet, forma introdu...in subiecto: aliàs forma esset simul cum sua priuatione, quod intellectus non capit:adueniente enim lumine, non sunt tenebræ: & adveniente visu,nõ est cæcitas. Et secunda pars sic. Inter priuationem & suum subiectum est distinctio, & non sicut substantia distinguitur à substantia, vt notum est: neque sicut accidens ab accidente: neque sicut accidens,à suo subiecto: quia in omnibus istis modis vtrunque extremũ est ens reale, & non manet alia distinctio nisi entis à non ente: ergo sic priuatio à suo subiecto distin...a est. Et hæc distinctio non est propriè relatio: quia in relatione requiritur vtrunque extremum sit ens:& hoc nõ sit illud:sed quādo est negatio,sufficit hoc non sit illud: siue hoc sit ens,& illud non ens non obstat, imo etiam si vtrunque sit non ens,vt cæcitas nõ est surditas. Ex istis patet,quomodo priuatio cognoscitur per habitum,& est ens reale:cum connotatione, licet non simpliciter, & distinguitur à suo subiecto vt ens à non ente.

Ad argumē ta. ¶ Ad primum argumentum dico, quòd priuatio non est ens reale absolutè, vt dictum est:cum sit non ens. Et quando probatur quòd non sit ens rationis, quia seclusō omni intellectu priuatio est: dicimus, quòd ad ens rationis non est requisitum, quod sit fabricatum ab intellectu,sicut cõtingit in vniuersalibus in genere & specie: sed sufficit ad esse ens rationis, quod non sit alio modo ens, nisi quia apprehenditur ab intellectu, & circa ipsum negocia tur. Neque obstat, quia nullo intellectu existente, negatio visus est in oculo: quia æquiualet negatiuæ non est visus: cæcitas enim nõ est visus,sed tamen quia priuatio dicit aptitudinem in subiecto: quam negatio non dicit pura, hinc est, quòd intellectus negocietur circa ipsam priuationem, & alio modo intelligat,quàm puram negationē:& hoc sufficit ad hoc q̃ sit ens rationis: & secluſa consideratione intellectus: cæcitas sit,& oculus sit nõ videns: & secundum quod aptitudinem verè priuatio importat:habet quòd quid reale sit: quia per id verè & realiter à negatione pura distinguitur.

Ad secūdū. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Aristo. eò numerat priuationem inter modos entis, non quòd sit ens simpliciter, cum per non ens explicet hic, sed eo quòd non sit non ens simpliciter propter aptitudinem ...am necessario importat in subiecto,per quam à non ente distinguitur, & sic est ens & est non ens secundum rationem diuersam.

Ad Tertiū. ¶ ...ex.79.ex ...preſse contra Platonem loquēs, tenet priuationem distingui à subiecto:eo quòd materia est non ens per accidēs: priuatio autē est nõ ens per se:& matéria est de substātia rei, priuatio autē nõ: cum non maneat existente

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtente forma. Et quando dicit, quòd ſubiectũ eſt vnũ numero cũ priuatione: non eſt ſibi contrarius: quia debet intelligi, quòd ſunt idẽ numero: quia nõ vtrunque ponit in numero: quia ad hoc quòd vtrumq; ponat, eſt neceſſarium vtrumque ſit ens: ſed priuatio non eſt ens. &c. Eſt tamẽ conſiderandum, quòd licèt ſubiectum, & priuatio non ſint idem, & diſtinguantur: nõ poteſt tamen dici in rigore, quòd priuatio ſit diuerſa, à ſuo ſubiecto: quia ad diuerſitatem requiritur, quòd vtrumq; ſit ens: nam homo à Chimæra diſtinguitur: ſed tamen proprie non dicitur diuerſus: quia Chimæra non eſt ens. &c. De quo apud Philoſo. 10. Metaph. text. 11.

DE MODIS PRIORIS Cap. XI.

PRius quippiá alio quatuor dicitẽ modis. Primo quidẽ, & propriſsimè, tẽpore, quo pacto quippiá antiquius aliquo, & vetuſtius dici ſolet: quia nanq; plus eſt temporis, ideo antiquius atq; vetuſtius dicitur. Secundo verò, id quod non conuertitur eſſendi conſequentia: quo pacto vnum duobus eſt prius: nã ſi ſint duo, & vnum continuò ſequitur eſſe: at ſi vnum ſit, non neceſſariò ſequitur duo eſſe. Quare hoc poſito, non conuertitur conſequentia, vt illud ſit. Prius autem id eſſe videtur, quod eſſendi cõſequentia non conuertitur. Tertio modo, ordine quodã dicitur prius: vt in ſcientijs, quæ ... intueri licet. Inde monſtratiuis enim ſciẽtijs, prius eſt nimirum, atque poſterius ordine: elemẽta nanque deſignationibus ordine priora ſunt, quippe cùm principia priora ſint ordine, concluſionibus cõtemplandis: & in Grammatica ſyllabis priora ſunt elemẽta in orationibus etiam exordiũ: ſimili modo narrationem ordine antecedit: Præterea. Id quod eſt præſtabilius, honorabilius ve; priùs natura eſſe videtur. Vulgus etiam eos, qui ſunt honorabiliores, quosq; magis amant, vocare priores conſueuerunt: quanquam hic modus penè omnium alieniſsimus eſſe videtur. Totigitur ferè ſunt modi prioris qui dici ſolent. Videbitur autem & vltra iam dictos, alios quidam eſſe prioris modos: eorum enim quę eſſendi conſequẽtia conuertuntur, alterum quod eſt cauſa quouis modo vt alterum ſit, priùs natura non incongruè dici poteſt: atque eſſe quędam talia, patet. Eſſe enim hominem, ad orationẽ de ipſo veram, eſſendi conſequẽtia ſanè conuertitur: nam ſi ſit homo, vera eſt ea oratio, qua homo dicitur eſſe: & ecõtra, homo profectò eſt, ſi vera eſt ea oratio, qua hominem dicimus eſſe. Atq; oratio quidem vera vt res ſit, nullo pacto eſt cauſa: res tamen aliqua ex parte vt ſit oratio vera, cauſa eſſe videtur. Ex eo nãq; quia res eſt, aut non eſt, oratio vera dicitur, aut falſa: quare fit, vt quinque modis ipſum priùs dicatur, vt patet.

CA-

CAPIT. XII.

De modis ſimul.

SImul autẽ ea ſimpliciter, propriſimeque dicũtur, quorũ generatio eſt tẽpore in eodẽ: neutrum enim ipſorũ prius, aut poſterius eſt. Atque hæc tempore ſimul dicuntur: natura verò ea dicuntur ſimul, quæ eſſendi quidem conſequentia cùm cõuertantur, neutrum tamen vt ſit alterum cauſa eſt: vt in duplo, dimidioque intueri licèt: hęc enim conuertuntur. Nam ſi duplum eſt: dimidium eſt. & ſi dimidium eſt, duplum eſt: neutrum tamen eſt cauſa vt alterum ſit. Ea præterea quæ eiuſdem generis diuiſione ſibi opponuntur, ſimul eſſe dicuntur natura. Dicuntur autem eiuſdem generis diuiſione oppoſita ſibi, quæ in eadem ſunt diuiſione: qualia ſunt, volatile, greſsibile, atque in aquis degens: hæc enim ſub eodem genere contra ſe ſunt diuiſa: quippe cũ animal in hæc, vt patet, diſtribuatur, nihilque horum aut poſterius, aut prius ſit, ſed natura talia ſimul ſe videantur. Diuidi etiam vnum quodq; talium in ſpecies rurſus poteſt: vt volatile, terreſtre, aquaticum: quæ quidem & ipſa ſimul natura erunt, quę ſub eodẽ genere collocata, in eadẽ ſunt diuiſione. Genus tamen ſpecie prius eſt ſemper, non enim in conſequentia fit ab illo conuerſio. Nã ſi volatile eſt, animal eſt: at ſi animal eſt, non neceſſe eſt volatile eſſe: ſimul igitur dicuntur natura, ea, quæ in eſſendi quidẽ conſequentia cõuertuntur: nullo tamen pacto alterum cauſa eſt, vt alterum ſit: & ea quæ ſub eodem genere collocata, contra ſe ſe ſunt diuiſa. Abſolutè autem ſimul ſunt ea, quorum generatio eodem in tẽpore eſt, vt priùs eſt dictum.

CIrca id quod dicitur de modis ſimul, & quod illud dicitur alio prius natura, quod licèt conuertatur eſſendi cõſequentia, eſt nihilominus cauſa alterius, vt eſſe hominem, prius natura eſt, quàm quod oratio ſit vera. ¶ Eſt notandũ, quòd prioritas naturæ non eſt prioritas in quo: hoc eſt, prioritas non eſt explicanda per ly in, ſed per ly quia: nã ſol eſt prius natura lumine ſuo, quod ei eſt coæuum: ſed ſi quis inferat, eo quòd ſit prius natura, quòd in aliquo prior eſt ſol, in quo nõ eſt lumen, non rectè argumentabitur: fallacia enim erit. Ait enim Ariſt. q̃ prius natura ſubſiſtendi conſequẽtia dicitur cum poſteriori: & ſic non datur q̃ ſit in aliquo priori, in quo non ſit aliud: ſed nil aliud eſt ſolem eſſe priorem natura, q̃ hanc cauſalem eſſe veram: quia ſol eſt, lumen eſt. Similiter: rationale eſt prius natura riſibile: hęc eſt enim vera: quia rationale eſt, riſibile eſt. Si in eodem inſtanti quo Adam eſt creatus, eſſet creata propoſitio, homo eſt, prius natura fuiſſet Adã, quàm veritas propoſitionis: & tamen nulla eſſet prioritas in quo. Ex quo aduertẽdum, prioritatẽ originis in diuinis nõ dici prioritatẽ [illegible], vt dicit cauſam, ibi reperitur: qualicet Græci cõcedant cauſam patrem, non tamen pater eſt cauſa filij, ſed ſolũ dicitur pater prior origine, quia à patre filius, & non econuerſo: vt

Notandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicatur prioritas à quo, & non in quo. De quibus omnibus in primo ſent. late diſputabimus in noſtris Reſolutionib⁹ Theologicis.

CAPIT. XIII.

De ſpeciebus motus.

MOtus ſpecies ſunt ſex: generatio, corruptio, accretio, decretio, alteratio & ea mutatio, quę loco accommodatur. Atque cæteri quidem motus, vt patet, diuerſi ſunt: nõ enim corruptio eſt generatio, neque accretio eſt decretio: neque ea mutatio, quæ loco accomodatur, cæteriq́ motus ſimiliter. De alteratione verò dubitatio quædam exiſtit: ne forſitan neceſſarium ſit id quod alteratur, aliquo reliquorum motuum alterari. Hoc autẽ verum non eſt. Ferè enim omnibus impaſsionibus, aut plurimis, non accidit alterari, nullo motuum cæterorum communicante: neque enim incrementa, neque decrementa ſuſcipere neceſſe eſt, id quod paſsione mouetur. Et ſimili in cæteris modo, quare alteratio diuerſus eſt à cæteris motus: nam ſi eſſet idem, continuò id quod alteratur, creſcere, aut aliquo alio moueri cæterorum motuum o[illegible] ctò neceſſarium. Similiter & id quod augetur, aut aliquo alio motu mouetur, alterari oportet: at ſunt quædã quę augentur, non alterantur autem. Quadratum enim gnomone circumpoſito creuit quidem, at non eſt alteratum. Similiter & in cæteris rebus huiuſcemodi fit. Quare diuerſi ſunt hi motus omnes, vt diximus. Simpliciter autẽ mot⁹ cõtrarius quieti eſt: ſingulis autẽ ſinguli aduenianẽ: generationi quidem corruptio: accretioni verò decretio: & mutatiõi accõmodata loco quies in loco: & maximè vt videtur ea mutatio, qua cõtrarium ad locum itur: vt ei motui, quo ſurſum itur, is motus, quo deorſum itur, & è conuerſõ, opponitur. At reliquo aſsignatorum motuum quidnam contrarium ſit, non eſt facilè aſsignare. Nihil autem ipſi contrarium eſſe videtur, niſi quiſpiam & in hoc quietẽ in qualitate, dicat opponi ei mutationi, quæ ad qualitatem eſt oppoſitam: mutationẽ q́ue eam, quæ eſt ad qualitatẽ cõtrariam: perinde atque in mutatione loco accommodata, quietem in loco, & mutationem quo ad contrarium locum itur, contraria diximus eſſe. Alterationẽ nanq́ue mutationem eſſe in qualitate cõſtat: quare motui in qualitate, quies in qualitate opponitur: aut ea mutatio qua ad qualitatem contrariam itur: quo pacto album quippiam fieri, & nigrũ quippiam fieri, inter ſe opponuntur. Alterantur enim hæc, at que in qualitatis contrarios terminos mutatio fit.



CIrca hoc cap. 13. vbi de ſpeciebus motus: eſt notandum quod dicit. *Sũt quædam quæ augentur, non alterantur autem. Quadratum enim gnomone circumpoſito creuit quidẽ, at non eſt alteratum.* &c. Dicit hic Ariſt. ponẽdo diſtinctionem inter motum augmẽtationis, & alterationis, quia aliquid poteſt augmentari, ſine hoc quòd alteretur: & ponit exemplũ in Mathematicis, quę abſtrahũt à motu. Nam in naturalibus non poſſet contingere augmentatio ſine alteratione. Et dat exemplum de quadrato, cui ſi addas gnomonem, augetur ſine figurę mutatione. Exẽpli gratia. Gnomonis figura hæc, Quadratum, ſeu parallelogramum eſt: ſic contingit, quòd per additionem gnomonis, quadratum licèt ſit augmentatum, non eſt alteratum: quia ſemper manet eadem figura quadrati, ſeu parallelogrami. De quib⁹ in Mathematicis diſſerendum erit.

CAPIT. XIIII.

De modis habere.

HAbere, pluribus modis: aut vt habitum, diſpoſitionemq́, vel liquam aliam qualitatem dicitur: ſcientiam enim habere aliquam dicimur, & virtutem, aut vt quantum: velut eam quæ quiſpiam magnitudinem habet: nam cubitorum trium, vel quatuor habere magnitudinem dicitur: aut vt ea quæ circa corpus ponũtur, vt veſtem, tunicã, & gladium, & ſimilia. Aut in parte, velut in manu anulum: aut vt partem, vt manum, vel pedem: aut vt vaſe, vt modium habere triticum dicimus, aut dolium vinũ: hoc enim habere vt in vaſe dicũtur: aut poſſeſsionẽ: habere enim dicimur domum, fundũve. Dicitur & vir vxorem, & vxor virum habere: quiquidẽ remotiſsimus omniũ habendi modus eſſe videtur: nihil enim aliud dicendo virũ habere vxorẽ ſignificamus, q̃ virum vnà cum vxore habitare. Forſitam & alij quidam habendi modi eſſe videbuntur: ſed qui dici ſolẽt, omnes ferè ſunt à nobis enumerati.

Finis prædicamentorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LIBER POSTERIORVM

ANALYTICORVM ARISTOTELIS, RESOLVtus per Reuerendum pa[tr]em Fratrem Alphonsum à Vera cruce, artium, ac sacræ Theologiæ magistrum, & professione Augustinianum, Cathedraticum Primarium in Vniuersitate Mexicana, in partibus Indiarum maris Oceani.

POST librum prædicamentorum, qui de simplicibus vocibus est, ordinem [ar]isto. sequentes, liber Perihermenias, qui de interpretatione tractat, deberet sequi: vbi de cõpositione, & diuisione, & cõsequenter de syllogismis [a]bi docet rõcinari, & vnũ ex alio inferre: sed quia iã diximus in prima parte, sequentes ordinẽ, quẽ nunc seruant Dialectici, de propositione sufficiẽter, & de syllogismis: restat ista pars sequatur, quæ potissima est, & ad scientiã acquirendam necessaria: vbi Arist. nõ de syllogismo Dialectico, qui opinionem causat, vt in prioribus tradit, agit: sed de demonstratiuo, ex quo gignitur scientiæ habitus. Et hæc pars est velut colophon, & coronides totius Dialecticę: & difficilis: vt vere dictum sit: difficile in finem peruenire. Est liber abditissimus, & obscurissimus, in quo vno supra omnes alios tractatus Arist. videtur affectasse obscuritatẽ: si The[o]istio credimus: & rei probat experientia. Dolendum valde est, vt hic liber [a]omnes scientias capessendas necessarius, & velut via, tã sit in accessus: ex quo [c]sequutum est, quòd Dialectici quidam huius tẽporis, sensum Arist. non intelligentes, loco demonstrationum materiam notitiaru[m] adduxerint, ipso Arist. intacto relicto. Curandũ ergo erit, sensum p[ro]ius in medium proponere, & nonnulla cõgruẽtia ad[d]ucere, sicut in aljs fecimus, resecatis superfluis.

¶ Titulus libri sic habet Græcè, analytica hystera. Quod latinè, resolutiua posteriora. Eò sic titulus, quia tractat de resolutione: vbi resolutio de[fi]nitiui examinatio: qua iudicium sumitur de aliqua re, an legitima sit, & perfecta secundùm suam naturam. Et eò dicitur resolutio: quia talis examinatio non contingit, nisi resoluendo eam vsque ad prima principia, ex quibus constat.

¶ Duo sunt necessaria ad tale iudicium & quòd sit syllogism[us] perfectus

ctus in forma, & figura, & ꝙ sit in materia necessaria. i. ꝙ præmissę sint necessariò: aliàs non causabitur scientia v[era] diximus: & primũ se tenet ex parte formæ: secundũ ex parte materię. De primo, scilicet, quod se tenet ex parte formæ, agit Arist in duobus libris priorum, quomodo quocunque dato syllogismo, ad perfectũ possit reduci. De illo quod se tenet ex parte præmissarũ, si sunt necessariæ: agit in istis posteriorũ libris, ideo vocantur posteriorum resolutionum.

Consideratio. ¶ Est notandum, ꝙ cùm natura cuiuscunque rei, definitione declaretur, quidditatiua: ipsa est causa omniũ passionũ, quæ de talire demõstrantur: & priores passiones sunt posteriorũ causæ. Et quia scire, est rem per causam cognoscere non priùs scimus aliquam conclusionẽ: quàm seriẽ illarum causarum cognoscamus: vsq; ad definitionẽ, quæ omniũ prima est: vt quia homo est animal rationale ideſt discursiuũ, sequitur qđ no simul omnia cognoscat: sed priùs effectũ, q̃ causã: & inde sequitur, ꝙ sit admiratiuus, & ꝙ sit risibilis. Fiat ergo sic demõstratio. Omne admiratiuũ est risibile: omnis homo est admiratius: ergo omnis homo est risibilis. Est demõstratio euidẽs rationeformę: quia in prima figura in Barbara: sed est ineuidens ratione materiæ: quia nõ demõstrat causam admirationis, quam maior significat: neq; cur homo sit admiratiuus: quod in minori ponitur. Hic docet Arist. quomodo vtrumq; in suam causam resoluatur: vt Omne animal quod priùs cognoscit effectum quã causam, est admiratiuũ: sed omnis homo est talis: ergo. Et rursus hæc minor sic. Omne animal rationale priùs cognoscit effectũ, q̃ causam: sed omnis homo est animal rationale: ergo. Et maior primi syllogismi sic: omne animal cui potest esse repentinum gaudium, est risibile: sed omni animali admiratiuo repentinum gaudium offertur: ergo omne admiratiuum est risibile.

¶ Quòd si fortè demõstratio procedat à causa remota, tũc applicãda est illa per causas intermedias ad cõclusionẽ probãdã: vt data hac demõstratione. Omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis: quia esse aĩal rõnale, nõ est causa immediata risibilitatis, sed esse admiratiuum, debet priùs demonstrari ex definitione: & pòst ex admiratiuo ostendere risibile.

Subiectũ libri demonstratio est. ¶ Subiectum huius libri proximũ est syllogismus resolutiuus. Et quia hic ordinatur ad demonstrationem, demonstratio potest dici subiectum. Et quia demonstratio ad scien[tiam], scientia potest dici subiectum, licèt sit finis: ob id non est propriè subiectum.

¶ Procedit Arist. primò definiẽdo quid sit demonstratio, & ostendendo ex quibus constet principijs, & quos habeat effectus, per comparationem ad alios modos sciendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPIT. I.
De præcognitis.

Textus. 1. OMnis doctrina, omnisq; disciplina intellectiua, præexistente è cognitione fit. Id, si omnes quo fiat pacto cõsideremus, manifestũ profectò fiet. Mathematicæ nanq; scientiæ illo comparantur modo, cęterarũq; artiũ vnaquæq;. Sanè circa orationes quoq;, siue illæ per ratiocinationes, siue per inductionẽ fiant, seruari modus idem solet. In vtrisq; nanq; per antea nota doctrina nimirum fit: quippe cùm in altera tanquam à cognoscentibus propositiones accipiantur: in altera per singulare iam notum ipsum vniuersale ostendatur. Simili profectò modo & oratoriæ rationes suadẽt: aut enim exemplis, quod est inductio, aut enthymematibus, quod quidem ratiocinatio est, facultas ipsa solet oratoria suadere.

Textus. 2. ¶ Dupliciter autẽ prænosse necesse est, quædam enim esse, quædã quid dictu significent, quædam vtroq; modo antea percipiamus oportet: veluti de quouis quid affirmationem, aut negationem dici, verum esse: triangulum autem hoc-
que modo, & quid significet, & etiam esse, non enim vnũquodq; istorũ simili nobis modo manifestum est.

Textus. 3. ¶ Fit autẽ, vt quæ cognoscimus, eorum quędam priùs etiã cognouerimus, quorũdam verò cognitionem simul accipiamus: veluti quæcũq; sunt sub vniuersali, quorum quidem habetur cognitio: nam omnẽ triangulum tres duobus rectis æquos habere, antea sciuimus: at id quod [illegible] in exedra triãgulũ esse, simul vt eo inductus sumus, agnouimus. Hoc enim pacto nõnullas discimus rerum, & nõ per mediũ extremum cognoscimus, scilicet, quæcunq; singulares rerum formę sunt, & de subiecto nullo dicuntur.

Textus. 4. ¶ Antea verò quàm facta inductio, vel ratiocinatio sit, partim fortasse nos scire, partim nescire dicendum est: quod enim nõ scimus an esset simpliciter, id modo aliquo nẽpe duobus rectis æquales habere: scire simpliciter licet: at patet q; hoc quidẽ pacto, scit enim vniuersaliter, simpliciter verò non scit: quod quidẽ an insit, ea profectò quæ in Mente hæsitatio est, vsu veniet: antea enim nihil quisquã discet, aut ea quæ scit, discet. Non enim ita respõdẽdũ est, q[illegible]aliter soluere quidã nituntur: omnem ne dualitatem parem esse scis? annuenti verò, dualitatem ei quãdam offert, quam quidem esse non putabat, itaq; nec parem esse putabat: soluunt enim, nõ omnem scire, dicẽtes esse parẽ dualitatẽ, sed eam quam

quam esse dualitatẽ sciunt. Et tamen sciunt quidem id, cuius demonstrationem tenent, cœperuntq;. At non eius omnis quod ipsi aut triangulum, aut numerũ esse sciunt, sed triãguli, & numeri simpliciter omnis demonstrationem cœperunt. Nulla enim huiusce nodi propositio sumitur, quem tu scis numerum aut quã tu scis rectilineam figurã, sed absolutè quodlibet sumitur: sed nihil, vt arbitror obstat, si id quod discit quis, partim quidem norit, partim verò ignoret. Non enim al surdũ est hoc, si id quod tenet, addiscat aliquo modo: sed si hoc pacto, eaq; ratione qua discit, eodem modo teneat.

Nota. 1. ADeuidẽtiam huius primi capitis notandũ est primo, q̃ cùm materia huius libri sit demonstratio, necessariũ fuit præsupponere demonstrationem esse.

Nota. 2. Opinio Platonis. ¶ Secudo oportet notare, [illegible]te Arist. duos fuisse errores diuersos. Quidam fuit Platonis, dicentis nostrum scire solùm esse reminiscentiam ideas ponebat, & principia essendi, & cognoscendi. Opinabatur, ideam hominis inducere in homine formam plenã omnibus speciebus intelligibilibus, ad omnes scientias, modo quo in angelis, ponimus species concreatas. Et quia anima erat immersa in materia: non poterat exire in actum, nisi ablatis impedimentis. Et tunc scit, vel potiùs rememoratur illorum, quæ sciebat. Vnde nostrum scire est reminisci. Contra opinionem de ideis, Aristo. 1. Metaph. text. 44. & in. 4. Meta. latè disputat, vt suprà diximns in quæstionibus proœmialibus.

S. Tho. p. p. q. 55. ar. 2.

Opinio Heraclit. & Cratil. ¶ Alia fuit opinio Heraclit: & Cratilli, qui prorsus negabant scientiam. Contra quos Arist. in libris Metaphysicæ.

¶ In præsentiarum ergo Aristote. vtramque opinionem, seu potiùs errorem excludit: na[illegible] affirmando posse esse scientiam, refuta Heraclitum, & Cratillum. Probando quod fiat ex præexistente cognitione, dissen[illegible] à Platone, & dicit sic. *Omnis doctrina, & disciplina fit ex priori cognitione. &c.* Vbi per doctrinam intelligit ipsam scientiam, prout procedit à magistro agente, vel tradente: disciplina tamen est ipsamet doctrina, prout recipitur in discipulo: quia doctrina, & disciplina, idẽ habitus sunt: licet vnũ non sit aliud formaliter.

¶ Sensus ergo est. Omnis doctrina, id [illegible] omne iudicium intellectiuũ, aut industria inuctum, aut doctore acquisitũ, fit ex priori cognitione: siue illa prior sit doctrina acquisita: siue aliud iudicium naturaliter insitum.

Notan. 3. Pau. Vene. ¶ Est etiam tertiò considerandum (vt Paulus Venetus notat ex Ægidio Romano) quòd omnis notitia intellectiua est conclusionũ, vel principiorum. Si conclusionum, illa fit ex principijs: & sic præexistente cognitione. Si principiorum, illa fit ex sensibus, memorijs, & experientijs, & per consequens ex priori cognitione. Probat ergo Arist. suam conclusionem: nam gradus certitudinis sunt tres. Primus in Mathematicis, in quibus præsuppositæ sunt propositiones notę lumine naturali: vt A quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducì: quod sensu percipitur. Et alia, super lineam datã triangulum constituere.

Tres gradꝰ certitudinis.

Primus gradus,

Secundus.

¶ Secundus gradus certitudinis est, in discursibꝰ Dialecticis, quos hic vocat orationes. Dialecticus enim procedit vel syllogismo, vel inductione: & vtrumq; præuia cognitione. Nam si volo ostendere pisces nõ respirare, præsupponq̃ pulmonem non habent: quæ recipitur tanquam si esset demonstrata. Tunc sic. Omne animal habens pulmonem respirat: pisces non habent pulmonem: ergo non respirant. Vel inductione sic ad sensum. Iste piscis nõ respirat: neque iste, &c. ergo pisces non respirat.

Tertius.

¶ Tertius gradus & infimus est in Rhetorica suasione: & hæc procedit ex cõiecturis, & ex alijs cognitis: & sic ex præexistente cognitione.

¶ In secundo textu dicit, quòd opus est [illegible] conclusionis scilicet an res sit, & quid nomen significet. Et aliquod istorum oportet præcognoscere de tribus, scilicet, de principio, id est an sit, ideſt qd verum sit: de passione verò qui significet: de subiecto, vtrumque, id

Universidad de Deusto
Biblioteca

est illud esse,& quid sit.

Notan. 1. ¶Ad cuius euidentiam notandum quòd subiectum demonstrationis est id quo demonstratur propria passio: & prima figura est minor extremitas, cuius ipsa est maior,& præmissæ sunt principium: vt in hac,Omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale:ergo omnis homo est risibilis.

Notan. 2. ¶Etiã considerandũ,q̃ quę faciũt obscurũ librũ,sunt exẽpla Arist.quæ sunt inaccessa valde.Nomine vnitatis intelligit subiectũ. Nomine trianguli,passionem:& in affirmatione,vel negatione,intelligit principium. Ratio exẽpli est, quia vnitas est primũ subiectũin Mathematicis,de quo dicũtur passiones:vt ternarius est trium vnitatum terminus, & triangulus trium linearũ figura. &c.Et triãgulus est prima figura,& sic propria passio prima:& quia primum principium per se notũ est,quodlibet est,vel non est,in subiecto, passione,principioque,posuit exempla in vnitate,affirmatione, & negatione,& triangulo.

Quot sunt scita de aliqua re. ¶Tot sunt scita de aliqua re,quot sũt interrogatiões:quę sũt numero quatuor .De incõplexo est,an sit, & quid sit: de cõplexo, an hoc sit illud,& propter quid sit illud.

Quæstio.4. ¶Sũt quatuor quæstiones.Prima appellatur an est,secũda quid est,tertia,quia est. s. an hoc sit illud,quarta,,ppter quid.Demõstratio solũ demõstrat quia est, & propter quid est:& alia duo,scilicet,an est, & quid est,præsupponuntur.Et hoc dicit Arist.de vnitate,id est,subiecto,supponimus an est, & quid est.De passione verò non supponimus q̃ sit, quia esse eius est inesse: & ideo hoc demonstramus. Nec præsupponimus de passione quid sit:quia non habet definitionem quidditatiuam,& definitur per aliquid extrinsecũ,scilicet,per subiectũ.Præsupponimus tamen quid nominis passionis,id est quid significet:vt si nescirẽ, quid risibile significaret:non interrogarẽ,an homo sit risibilis:& sic dicit de triãgulo, oportet prænosse,quid est quod dicitur.

In. 3. text. ¶Cùm dixerat in.3.text. de principio oportere verũ esse,& q̃ sint duo principia,maior extremitas,& minor: dicit maiorem nos præcognoscere ante conclusionem.Minor est cognosci,prius tẽpore q̃ conclu. quado sunt simul tẽpore & cõclusio licet sit prior natura: nã stat quis per lõgum tempus cognoscat omnẽ triangulũ habere tres angulos.&c.sed si cognoscat minorẽ, hic in exedra esse triangulum,statim cognoscit habere tres,&c.

Boetius. Argy. ¶In græco habetur,triangulus, qui est in semi circulo,est triãgulus,& sic vertit Boeti⁹.Argiropyl⁹ dicit in exedra :quæ equipollent : quia exedra est sedes trium pedũ ad modum semicirculi.

Regula. ¶Ex isto sequitur regula in ista materia,q̃ cognita maiori,& minori, simul tẽpore cognoscitur conclusio: licet prius natura minor cognoscatur quam conclusio.

In.4.text. ¶Pro intelligẽtia.4.tex.notandũ,q̃ Plato in Menone, qui est dialogus sic nuncupatus, explicat suam opinionem,quod nostrũ scire sit reminisci.Nam homo nesciens inquirit id quod scit, neque id quod nescit: nam licet inueniat,non cognoscet. Et hæc vocatur Menonis hæsitatio ab Arist.Et ad dubitationem introducit Plato Socratem dicẽtem:quòd homo inquirit id quod scit, cuius fuerat oblitus.Et quia locus est singularis:& obscurus, paucis oportet declarare. Probat nostrum scire esse reminisci.Quando rusticus quadratum æquilaterum,cuius quælibet costa sit pedalis, & sic tota peripheria quadripedalis.Interrogo rusticũ,si aliæ quatuor lineæ duplæ ad istam describantur in quadrato, in qua erit proportione illud ad istud?dicet rusticus q̃ in dupla. Tunc proferã quadratũ.b.cuius costę sunt duplæ ad. a. & si interrogo, quælibet costarum.b. qua proportione se habet ad costã. a?respondet,duplum est:ergo tota peripheria.b.est dupla ad.a.quod cõcedet statim.Tunc diuiso quadrato.b.ad modũ crucis in quatuor æqualia quadrata, interrogo de quolibet eorum an sit æquale.a?& dicit quòd sic:quia ad oculum patet. Rursus quæram , qua proportione quadratum b. excedit quadratum a?respondebit quadrupla:& sic ex costis duplis fit quadratũ quadruplum, contra illud quod antè dixerat. Ergo ille rusticus qui prius dixerat falsum, sine doctore respondendo ad interrogata, tandem respõdit veritatem. Signum ergo est ignorat,Socrates , quod id ante sciebat , sed fuerat oblitus.



¶Huic ambiguitati respondet Aristot.inquiens Non inquirimus, neq; addiscimus quòd simpliciter nesciebamus : sciebamus tamen in vniuersali , & in virtute: & id est, simpliciter nescire.Sic qui scit:Omnis triãgulus habet tres,&c.scit in vniuersali, quẽcunque singularem triangulũ id habere.Et sic dicit: oportet hac distinctione respondere ad dubitationẽ Menonis:alii inquiremus

remus quæ sciebam⁹:aut ea quæ nullo modo sciebamus.Hinc concedit Arist.scientias esse virtute in principijs: & singularia in vniuersalibus. Et illa quæ sunt naturaliter cognita, sunt velut semina in quibus alia sunt quę simpliciter sunt incognita:& fiũt actu cognita:per illa prius cognita,in quibus ipsa in virtute erant.

* ¶ * Resolutorie ergo ex Aristot. habetur primo quod omnis doctrina & disciplina intellectiua,causatur in nobis,ex aliquorũ præcognitione . Secundo quod de principijs complexis præcognoscẽdum quia, & non quid: de passione tamen quid, & non quia:de subiecto autẽ quid,& quia.Tertio quod præmissæ præcognoscãtur conclusione:sed maior prius tempore, minor autẽ si cognoscitur contineri sub maiori,cognoscitur simul tempore, cum conclusione:sed prius natura.Quarto contra Platonem,quod cõclusio ante quã demõstretur præcognoscitur secũdum quid in suis principijs: post demonstrationem autem cognoscitur simpliciter: & actu etiã propria & distincta cognitione.&c.

QVÆSTIO VNICA,

An ea quæ posita sunt ab Aristo. in textu de præcognitis, sint sufficienter dicta.

Argumẽtũ primum. VIdetur quòd non: nam si ois doctrina fit præexistente cognitione, quæro, aut per cognitionem intelligitur quę cunque notitia, siue sit notitia iudicatiua: siue apprehensiua:& hoc non:quia cùm ly ex, dicat causam efficientem, solùm intelligitur de cognitione præmissarum, quæ sunt causa conclusionis . Et isto modo notitia apprehensiua non causat notitiam conclusionis:sed solum in genere causæ materialis. Aut nomine cognitionis intelligitur habitus iudicatiuus: & tunc cùm ille habeatur per doctrinam,oportet sit pręsuppositа cognitio ad ipsum: & sic esset processus in infinitum.

Cõfirmatio ¶Et confirmari potest:nam sicut patet ex textu Arist.non solùm scientia,sed opinio constat ex præexistente cognitione. Tunc vel prima opinio generatur ex iudicio naturali non noto:& sic non opinio, sed euidẽtia deberet causari:vel generatur ex alia opinione & illa non esset prima:& daretur processus in infinitum. Vel dicendũ,quod datur opinio sine hoc quòd præcedat alia cognitio:& sic scientia erit sine præuia cognitione.

Argumẽ. 2. ¶Secundò.Contra illa quę in secundo textu dicit:Oportet de subiecto prænosse qd sit. Vel intelligit solùm de definitione quid nominis,aut de definitiõe quid rei:nõ primũ:quia in demõstratione a priori medius est definitio quid rei.Si intelligit de definitione quid rei:sequeretur quòd omnis scientia deberet præsupponere de suo subiecto, quid est:id est definitionem quid rei, quod est contra Arist. nam subiectum huius scientiæ est demonstratio:& hic eam definit:ergo non præsupponit quid sit.

Argumẽ. 3. ¶Tertio.Cõtrailla quę in tertio textu,vbi dicit,q̃ non stat,q̃ maior,& minor,cognoscatur:quin simul tẽpore etiã dignoscatur conclusio.Cõtra.Intellectus est finitæ actuitatis:sit ergo q̃ possit decem habere notitias:tũc numerus iste cõpleat in notitia maioris,& minoris:sequit q̃ nõ poterit habere aliam notitiã,& sic nec cõclusionis notitiã.

Quartò. ¶Quartò ad idẽ. Det casus q̃ quis habeat dissensum erroneum huius:Omnis triãgulus habet tres angulos,&c.& adducatur demõstratio,vt in instanti isto incipiat assentire præmissis,& conclusioni,in eodem instanti non assentit conclusioni.Patet:quia assensus conclusionis non stat cum contrario dissensu,neque in instanti potuit corrũpi:ergo stat præmissarum assensus cum dissensu conclusionis.

In contra. ¶In contrarium est authoritas Arist.

Nota.1. Duplex notitia. ¶Hic oportet primò nonnulla notare, ex quibus aperietur sententia Arist. & soluentur argumenta.

¶Pręsupponendũ ergo est duplicẽ esse notitiam:vt in terminis pro parte dictum est. Quædam est sensitiua,& hæc, interior, & exterior. Alia intellectiua, quã intellectus possibilis format:& est actu intelligens :informatus speciebus intelligibilibus,abstractis à phãtasmatibus, virtute intellectus agẽtis.Et hæc duplex est scilicet apprehensiua duplex, complexa,& incomplexa. Nam prius apprehẽdit seorsum extrema propositionis, deinde totam compositionem:& tertiò iudicat:quod iudicium est simplex qualitas præsupponens apprehensionem . Solum

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud iudiciũ dicitur actus scientiæ, vel opinionis, aut fidei: qa ex soloillo ist' habitus generari possunt, & non ex app ehesiua tantum.

Ordo cognoscendi. ¶Ordo cognoscendi (pro ut to st. u) est, vt primò sit notitia exterior sensitiua: secundo loco sensitiua interior: ex qua sequitur simplex apprehensio intellectiua: ex quibus apprehensionibus sequitur notitia apprehensiua composita, ex qua sequitur iudicium: vt sit verũ, nihil esse in intellectu, quin prius fuerit in sensu: &, necesse esse intelligentem phantasmata speculari.

Aristo. 3. de anima. co. 39.

Secũdò notan. ¶Notãdum, q̃ etiam ly ex, in dicto Arist. Omnis doctrina, & disciplina ex præexistẽte fit cognitione, sumitur in genere causæ efficientis: eo q̃ assensus cõclusionis, in omni syllogismo ex assensu præmissarum causatur. Ideo qui dicunt præmissas solùm concurrere in genere causæ materialis: nõ sufficienter loquuntur: nam non solum intellectus causa est efficiẽs assensus, sed etiã ipsæ præmissæ cum intellectu.

Notap. 3. ¶Aduertẽdum insuper, nomine doctrinę, & disciplinæ intelligi omnem habitum verum, iudicatiuum, acquisitum. Et hic dupliciter acquiritur. Vno modo per inuentionem: sicut ex admiratione venerunt homines in cognitionem: nam propter admirari, cœperũt homines philosophari ait Aristo. Aristo. 11. Meta. c. 2. Alio modo acquiritur vsu præceptoris viui, vel mortui: vt sunt libri, qui dicũtur muti magistri. Intellectus eñ illuminatus à magistro exteriùs docente, vel viua voce, vel per libros producit, vel causat scientiã: quia recipit species, ex quibus, virtute intellectus agentis, intellectus possibilis, fit actu intelligẽs. Ergo est verũ dictũ Arist. q̃ omnis habitus acquisitus, siue fiat per admirationẽ, vel doctorẽ, causatur ex alio priori iudicio acquisito, vel naturaliter insito: vt si proter iudiciũ huius, Quodlibet est, vel nõ est, cognoscat cõclusionẽ, & assentiat, illud habebat iam cognitum per naturã: quia insitũ ei, vt habebat cognitũ antè, quid termini significabant. Et si fiat cognitio alicuius vniuersalis, e.. per hoc, quod singulare fuit prẽcognitum: ex quo ad notitiã vniuersalis illa cognitio principij, non dicitur doctrina, sed potius semen do[illegible] vel scientiæ: quia ex tali præcognitione causatur scientia.

Conclusio. ¶Sit conclusio ad quæstionem, optimè ab Arist. posita esse, quæ tradita sunt in capitulo proposito. Nam illa dicuntur sufficiẽter tradita, quæ declarant rem, & in illis nulla est contradictio, & nullus defectus: sed sic est in traditis ab Aristotel. hic. Soluamus igitur argumenta: vbi clariùs respõdebitur quæsito.

Ad primum. ¶Ad primum dicendum, quòd loquitur Arist. propriè loquendo de cognitione, vt dicit assensum: qui nõ vocatur ab eo doctrina, quia habitus est per naturam: & sic ille assensus, non præsupponit aliam cognitionem. Nec notitia, quæ habetur per sensus est doctrina: sic non requirit aliam cognitionem. Ob id dixit: Omnis doctrina, & disciplina, fit ex præexistente cognitione.

Ad cõsũ. ¶Neq; quod sumitur in cõfirmatione concludit: nã in opinionibus nõ est processus in infinitum: sed ad primã opinionem deueniendũ, quæ generatur ex assensu euidẽti: sed cõsequentia est in euidens: qua propter non causatur scientia, sed opinio: vt in inductione ex singularibus cõtingit. Et de fide (pro nũc) dici potest, quòd licet sit assensus ineuidens, ex euidenti tamen causatur. Sicut euidens est in lumine naturali, q̃ homini sapienti sit credendum, & euidens est dicta Christi esse credibilia: ex quo sequitur fides: quod Christus dicit est verũ: & ipse dicit hoc, ergo est verum.

Fides assensus ineuidẽs est.

Ad 2. Circa secundum argumentum dicendum est, Arist. intellixisse de subecto, & de propria passione, esse præsuppositũ cognoscere, quid est quod dicitur: in quo intellexit, q̃ de subiecto esset quid rei definitio cognita, & de propria passione, quid nominis, quia ipsa haberi potest: non tamẽ est intelligendum: quod omnis scientia præsupponat quid est' de suo subiecto, quod non definiat, quid sit subiectum: nam hoc est manifestè falsum. Hìc enim subiectum est demonstratio, & definitur. Et in physicis subiectum est ens mobile, & definitur quid sit motus. Et in libris de anima subiectum est anima, & definitur secundo de anim.. Si ergo loquamur de tota scientia subiecti, tota scientia supponit quid est subiecti, quia non potest demonstrare definitionem: nõ tamen præsupponit sic, quòd non possit definiri definitione quid rei, quid sit subiectum. Et sic quando Arist. dicit, quòd de subiecto præsupponitur quod sit, id est, re quisitum est, quod sit verũ ens, putà quod habeat esse in causis naturalibus: quia aliàs non haberetur de eo scientia, sicut neque de Chimæra est scientia. Similiter quando dicit, quod principia præsupponuntur, oportet intelligi de principijs extrinsecis, quę sunt cõmunia: vt Quodlibet est vel nõ est.

Diffinitio.

est. Alia verò quæ intrinseca sunt, in quibus affirmatur propria passio de diffinitione, aut definitio de subiecto, non in omni scientia sunt præsupposita, sed aliqua demonstrantur in scientia, & alia aliquo modo explicantur. Et sic patet solutio argumenti secundi.

Ad. 3. ¶In tertio argumento tangitur difficultas de capacitate intellectus: de quo nõ est dubitandum. Nam cùm intellectus sit potentia limitatæ virtutis, non est dubium quin limitatas notitias possit habere, tã quoad numerum, quàm quoad intensionem. Videmus enim, quòd plurimi intentus, minor est ad singula: & hoc non ex aliunde, nisi ex limitata virtute ipsius intellectus. Et q̃ virtus intellectus etiam quoad intensionem, sit limitata, experientia docet.

Obiecto. ¶Neque obstat contrarium probantes: eo q̃ si esset verum, virtutem limitatam quoad intẽsionem: esset, quia requiritur ad maiorem intensionem, maior aduertentia intellectus: sed potest esse maior intensio, sine noua aduertentia: vt si notitia intendatur, vel obiectum fiat intensius, vel magis illuminetur.

Dilatio. Aduertentia & conatus intellectus idem. Ratio. ¶Dico, verum esse limitationem virtutis quoad intensionem. Neque argumentum probat cõtrarium: nam aduertentia, & conamen intellectus non est aliud, quàm productio notitiæ: ideo si intẽsior fiat notitia, & cõsequenter conatus, & aduertẽtia erit intensior. Et probatur ista nõ differre: quia ante notitiæ productionem nulla est actio intellectus, neque est applicatio, neque conatus: Et sic sicut in voluntate applicatio, vel conatus, ad volendum est ipse actus, sic in intellectu. In corporalibus fateor quod potest homo ligatus, conarí ad aliquid, antequam solvatur, sed in anima minimè.

Ad formã. ¶Ad formam argumenti dicendum, quòd sicut capacitas intellectus, cũ notitia præmissarum quoad intẽsionem, sit repleta: & nõ quoad numerum: remittentur aliæ notitiæ quoad intensionem: & producetur conclusionis assensus. Et si quoad numerum: non erit assensus conclusionis: nisi de perdatur notitia alia. Neque hoc est contra Arist. nã ipse dicit, quòd non stat simul esse notitiã præmissarum, quin & sit conclusionis, supposito intellectus posse notitiam habere: nam si Deus nõ concurrat cum intellectu: tunc erit notitia præmissarum, sine conclusionis assensu.

Ad. 4. Dilatio. Solutio. ¶In quarto argumento tangitur hæc difficultas: an notitia, vel assensus in instãti produ-

ducatur, vel corrumpatur? Ad quod respõdendum est, quòd cum assensus, & notitia, nõ possint esse sine applicatione obiecti ad potentiam: & ista applicatio non fiat sine motu, & motu est successio: successiuè oportet fiat, Dixi, vbi non fit sine motu: quia posset Deus obiectum applicare in instanti, potentiæ.

¶Facta tali obiecti applicatione, etiam si fiat successiuè (vt dictum est) notitia in instanti producitur: siue sit simplex apprehẽsiua, siue iudicatiua. Patet ex Arist. 2. de anima, tex. 70. lumen non producitur successiuè in medio, sed instantaneè. Causa est, quia nullo resistente cõtrario fit. Cum ergo notitia, seu illuminatio, vel assensus, iam applicato obiecto: nullum habeat contrarium, sequitur quòd in instanti producitur. De quo supra dictum est.

Ratio. 1.

Confir. ¶Confirmatur ex eo quod hìc dicit, q̃ habito assensu præmissarum, simul tempore est cognitio conclusionis. quod non esset verum si non esset in instanti.

Secundò. Species visibiles in instanti multiplicantur. ¶Secundò quia species visibiles, in medio in instanti multiplicantur: quod patet experientia de lumine. Et constat, si duo visibilia proponãtur potentię: vnũ in distans, aliud in propinquum, simul immutant potentiam: quod nõ esset, si successiuè producerẽtur species. Dixi, species visibiles: quia secus est de speciebus soni, quæ in tempore producũtur: & hac ratione fulgur prius videtur, quàm tonitruum audiatur.

¶Experientia etiam patet: quia applicatis obiectis, nullã in intelligendo successionẽ percipimus. Similiter in producendis volitionibus. Sic D. Tho. p. p. q. 85. ar. 4. ad primum. & 1. 2. q. 11. ar. 7. ad quintũ, dixi si sit notitia simplex, non est successio: nam si sit composita notitia prædicati, fit post notitiam subiecti, & conclusionis, post notitiam præmissarum in nobis, qui discurrẽdo intelligimus: tamen ipsa conclusionis notitia habetur sine successione: cognitis præmissis. Et sicut in instanti producitur notitia, vel assensus: potest in instanti corrumpi per absentiam causæ conseruantis. Omnia ista sunt vera, loquendo de notitia actuali.

S. Tho.

Ad formam 4. argumẽ. ¶Ad argumentũ dicendum, q̃ casu posito [illegible] & consequenter, in primo illo instanti quo intellectus aduertit ad conclusionem, simul tẽpore corrumpitur assensus erroneus, & producitur assensus verus: nam assensus præmissarum, producendo assensum verum, corrum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

corrumpit erroneum. Et in genere causæ efficientis est priùs productio ad ens, q̃ corruptio dissensus: sed in genere causæ materialis priùs est expulsio contrarij. Ne 3.Tho.12. q.113.ar.8 que hoc repugnat, sicut apud D. Thom. in 12. in fine dicitur, priùs esse gratiæ infusionem: q̃ sit peccati remissio in genere causæ efficientis, cum tamen in genere causæ materialis priùs sit expulsio peccati. Nec mirum in casu dato: quòd in instanti corrũpatur assensus falsus: quia vbi est demonstratio, nulla est resistentia: sicut lumen in eodem instãti corrumpitur, in quo est absentia luminosi. Secus esset, vbi assensus opinatiuus deberet corrumpi per rationem probabilem contrariam: nam omnis ratio probabilis licèt possit infirmum reddere assensum opinatiuum, non potest totaliter euellere, nisi plures ad id adductæ fuerint rationes.

¶Verùm antequàm ad secundum capitulum deueniamus, libet pro clariori intelligentia totius materiæ posteriorum adducere in vnũ quatuor opiniones varias, quæ fuerunt de modo sciendi.

Opi. Heraclíti. Aristo. ¶Prima opinio fuit Heracliti, (sicut in superioribus diximus) quam Arist. 4. Metaphy. tangit, & impugnat, qui asserebat nullam esse scientiam propter fluxum, & rerũ variationem. Hanc sententiam secutus est Socrates, & plures Academici.

Opi. Plato. ¶Secunda opinio fuit Platonis, affirmãtis q̃ contingit aliquid scire, sed non de nouo: & nostrum scire, esse reminisci. Asserebat enim omnium rerum species in anima concreari: & in vnione ad corpus impediri: quo minus eis vtatur: & paulatim exercet secũdum dispositionem sensuum: per hoc quòd aufertur prohibens: ad modum, quo formas latitare in materia Anaxagoras asserebat: & quòd virtute agentis naturalis appareret quod latebat: sic Plato de speciebus intelligibilibus loquutus est.

Opi. Auicenæ. ¶Tertia opinio fuit Auicenæ, in. 4. suę Metaph. asserentis aliquid scire de nouo, contra Heraclytum & Platonem, sed hoc non per receptionem à sensibilibus, sed à datore formarum: quippe qui ponebat decimã intelligentiam mouentẽ orbem lunæ. Credidit enim intellectum agentem, esse intelligẽtiam separatam quæ influebat omnes formas in hæc inferiora: & q̃ tentionia solum disponebãt intellectum possibilem vt conuerteretur ad agentem, in qua conuersione infundebantur species.

Opi. Arist. tenenda. ¶Quarta opinio est Arist. in isto. 1. c. quæ medium ponit inter omnes has, & quæ merito tenenda: quia hæc sola vera est. Qui dicit, scientiam esse in nobis, contra Heraclitum, & Socratem: & de nouo generari, cõtra Platonem magistrum suum: & non ab agente immateriali tantùm, vt Auicena docebat, sed immediatè ab ipsis speciebus existentibus in phantasia: quæ emanauerũt à sensibilibus, iuxta illud, Necesse est intelligentẽ phantasmata speculari: tertio de anima, & in libro de sensu, & sensato. Et, Nil est in intellectu, quin priùs fuerit in sensu. Sic species sunt potẽtialiter in intellectu: similiter & sciẽtia. Et oportet illa, de quibus est scientia, esse præcognita in potentia: licèt non simpliciter in actu. Hæc breuiter sunt notata, vt clarior sit processus in sequentibus, quæ pro parte suprà sunt dicta. Aristo. 1. de anim. text. 39.

Nota. 1. Cõmenta. ¶Et conducit notare, quod dicit Cõmentator. 3. de anima, quod sicut se habet prima materia in genere formarũ naturaliũ: sic intellectus in genere formarum speculatiuarum: siue specierum: & sicut materia in pura potentia de se nullam habet formam, sed eam ab agente naturali recipit: ita intellectus humanus est sicut tabula rasa, in qua nil de pictum est, in potentia, ad recipiendum virtute agentis. Et sicut materia præparatur ad formam, & remouendo contrarium, & per inductionem formæ conueniẽtis, intellectus disponitur, & per remotionem ignorãtiæ, & per introductionẽ scientiæ. Et aliquando fit motus à sola priuatione ad formam: sicut in medij illuminatione à tenebris ad lumen. Sic intellectus aliquãdo mouetur à bignorantia negationis ad suam perfectionem. s. scientiam. Aristoi

Secũdo notandum. ¶Etiam considerandum, quod sicut per transmutationem acquiritur forma in materia, sic per augmentationem, scientia: & quia transmutatio aliquando est ad formã substantialem: aliquando ad accidẽtalẽ: sic augmentatio, aliquando ad scientiam, vt est in syllogismo demonstratiuo: aliquãdo ad opinionem, vt est in inductione. Cõclusio demonstrationis dicitur essentialiter scita: quia intellectus statim assentit: alia verò quæ per inductionem, accidentaliter sciuntur, quia non necessario causatur assensus scientificus.

¶Et sicut forma ante generationem quodam modo est in materia, & aliquo modo non: quia est potentialiter solũ, & non simpliciter: sic conclusio antequam demonstretur, est aliquo modo scita in intellectu: & aliquo modo non scita. Et nisi materia prima

prima haberet respectũ ad formam introducendam, nunquam eam reciperet: sic intellectus non posset recipere scientiam, nisi haberet potentiam respectiuam ad conclusionem, quæ demonstranda est: ideo dicit Commentator primo Physicorum, q̃ corrupta forma, non potest amplius materia illam recipere: quia perditur ille respectus. Hæc sic notata, prębent lumen ad sensum Aristotelicum percipiẽdum: nam homo (pro isto statu) non potest esse actu intelligens omnia sciens, sed in potentia, vt distinguatur ab intelligentijs sęparatis, quæ habent species innatas, vel concreatas. Commen. 8.Th. p.p. 54.art.

CAP. II.

DE MODIS SCIENDI, & demonstratione.

SIcut autem vnãquamque rẽ simpliciter, sed non vt sophistæ, per accidens, arbitramur: cùm causam ob quam res est, illius causam esse, & fieri non posse, vt res aliter se se habeat, cognoscere arbitramur. Patet igitur, ipsum scire tale quid esse: nã & hi qui nesciunt, & qui sciũt, illi ita se rem habere putant, hi ita se etiam habent. Quare cuiusque simpliciter est scientia: id vero liter se se habeat fieri omnino non potest. An verò & alius sciendi modus sit posteriùs dicemus. Dicimus autem & per demonstrationem nos scire: demonstrationem autem dico ratiocinationem eam, quæ scientiam efficit: eam verò scientiam efficere dico qua scimus, eã ipsam habendo.

¶Si igitur ipsũ scire tale est, quale possumus, necesse est & demõstrationem scientiam ex veris, & primis, & indemonstrabilibus, & ex notioribus, & prioribus ipsa conclusione, causisque eiusdem esse. Sic enim erunt & ipsa principia propria eius quod demõstratur: nam ratiocinatio quidem esse sine ijs potest, demonstratio verò non potest: sciẽtiam enim non facit.

¶Vera igitur esse oportet: quia fieri nequit, vt id quod non est, sciatur: veluti diametrum commensurabilem esse. Oportet autem & ex primis, & indemonstrabilibus esse: quia nõ sciet, qui demonstrationem horum non habet: scire enim non per accidens, ea quorũ est demonstratio, nihil aliud est sanè, quàm demõstrationem habere. Causæ etiam, notioraq̃;, ac priora sint oportet: causæ quidem: quia tũc scimus, cùm causam cognoscimus: priora verò, si quidem & causæ sunt, & anteà cognita, non illo solùm modo quo quid significent, sed altero etiam quo quod sint scimus.

¶Dupliciter autem priora, notiora ve dicuntur. Non enim idem prius natura, & nostra ex parte prius: neq; notius simpliciter, & nobis etiam notius est. Atque ea quidem ad nos priora, notiora ve dico, quæ propinquiora sensui sunt: ea verò simpliciter priora, notiora ve, quæ à sensu longiùs distant. Sunt autẽ remotissima quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma quidem ea, quæ sunt vniuersalia maximè, propinquiss ma verò singularia ipsa. Atq; hæc inter se se opponuntur. Ex primis autem esse nihil aliud est, quàm proprijs è principijs esse: idem enim primum, atque principium dico.

¶Est autem demõstrationis principium propositio medio vacãs. Ea verò medio vacat, qua nulla est alia prior. Propositio verò altera enũciationis pars est, vnum de vno cõplectens: dissererẽdi quidem, quę vtramuis accipit: demõstrandi verò, quæ diffinitè alterũ quod est verum. Enunciatio contradictionis vtramuis est pars.

Cõtradictio est oppositio, cuius per se medium nullum est. Contradictionis partium ea quidem, qua quippiam cuipiã adiũgitur, affirmatio: ea verò, qua quippiã à quopiã semouetur, negatio nũcupatur.

¶Principiorum autem ratiocinãdi, vacantium medio, id quidem positio dicitur, qđ fieri nequit vt demonstretur, quodque non necesse est eũ habere, qui discere quid instituit: id verò quod oẽs habere, qui modò discere aliquid parãt, necesse est, dignitas appellatur, sunt enim talia quædã. Atque talibus hoc potissimũ nomẽ tribuere solemus. Rursus. Ea quidẽ positionũ, quę vtramuis enunciationis accipit partem esse, inquam quippiam, aut non esse stans: quidem ea, quæ sunt vniuersalia maximè, propinquissima

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Secundo modo capitur singulare respectu magis vniuersalis, sicut species est respectu generis: & in isto sensu Arist. 1. Phy si. dicit, magis particulare est notiora naturæ, & simpliciter: quia in intentione naturæ principalior finis est species, q̃ genus: potiùs enim intendit, & prius leonem, q̃ animal: sed in cognitione nostra prius cognita, vel notiora sunt magis vniuersalia: quæ illic vocat magis confusa: nam licèt cognitio nostra habeat totum, & proficiscatur à sensu & ita sit, quod singularia sint sensu magis cognita, sed in illis prius format notitiam singularis vagi magis communis q̃ minùs communis: quia visa aliqua re à lõge, prius format quod sit ens: deinde, quia mouetur, quod sit animal: post per figurã format q̃ sit homo: & ex facie dicit quòd est Sortes: & sic licèt sensus non formet notitias nisi singulares in supponendo: tamẽ prius format singulares notitias vagas, vniuersaliores in significando.

Dubium. 1. ¶Ex hoc soluitur dubiũ, quod ibi. 1. Phy si. dicit, processum esse, à nobis notioribus: & cum nobis notiora singularia sint: videtur q̃ à singularibus sit procedendum. Ad quod dicẽdũ, q̃ loquutus est in acquisitione scientiarum, vbi opus est ex principijs vniuersalioribus procedere: sicut prius dereuisa à longè formamus q̃ sit ens, quàm quod sit animal: q̃ sit homo, quàm quod sit hic homo: sic & in scientijs, prius oportet sin physica, tractare de ente naturali, & de materia, & forma in communi, & de motu, quæ sunt nobis notiora, q̃ de tali materia, vel tali forma, vel tali motu, quæ sunt singularia. Et cũ hoc est verum, quòd omnis scientia debet tractare de rebus abstrahẽdo à materia: quia tractat de rebus vt sunt perpetuæ. Et hoc intelligit Arist. quãdo dicit hic, demonstrationem debere procedere ab vniuersalioribus: ob quod sensus demõ

Dubium. 2. strationes nõ facit, sed solus intellectus: cuius est abstrahere à singularibus.

¶Circa ea quæ dicit demonstrationẽ procedere ex causis, est dubiũ, quia dicit procedere ex notioribus quo ad nos, sed notiora quo ad nos sunt effectus, & nõ causæ: vt luna eclypsatur: ergo inter posita est terra, inter solem, & lunam.

Notandum ¶Pro cuius solutione co[illegible] p causa est duplex. f. rei. i. causa quod sit res:

Differentia inter demõstrationem propter qd, & quia. & alia est causa veritatis id est causa assensus cõclusionis. Ex hac causæ diuisione ponitur differẽtia inter demonstrationẽ propter quid, & quia. Quia in demõstratione propter quid, causa rei, quæ est causa essendi: est causa cognoscendi. i. veritatis conclusionis, vt tradit Arist. 2. Meta. tex. 4. Verũ in demonstratione quia, causæ cognoscendi veritatem conclusionis, non sunt causæ essendi rei, quia sunt effectus: sic est verum, quòd omnis demonstratio procedit ex causis: siue cognoscendi, & solum: vt in quia, siue cognoscendi, & essendi, vt in propter quid. Similiter est verũ, proc[illegible]ere ex notioribus: quia vel procedit ex notioribus in natura: vt in propter quid: [illegible]el in notioribus quoad nos: vt in quia: vbi ex effectu causa [illegible]obatur. Et eo[illegible] in demonstratione [illegible]uia, nõ proceditur simpli[illegible]er à causa, non facit simpliciter scire: sed solum demonstratio propter quid. Et sic patet dubij solutio.

¶Circa illud quod dicitur in textu, quòd Dubium. procedit ex [illegible]immediatis: dubium est, quæ sit propositio [illegible]immediata. Dicẽdum illam Solutio. esse immediatam propositionẽ, cuius prædicatum inest subiecto per se primo, [illegible]ne aliquo medio: vt est, quando prima passio prædicat de suo subiecto: vel definitio de suo definito: vt in hac, Omne animal rationale est discursiuũ: est immediata: quia ly discursiuũ, est prima passio immediatè cõueniens homini. Et hæc, Homo est animal rationale: quia immediatè definitio de specie dicitur. Tamen hæc, Homo est risibilis, non est immediata: quia risibile nõ est prima passio hominis: sed esse admiratiuum: ex quo prouenit esse risibilem. Similiter hæc, Petrus est animal rationale, nõ est immediata: [illegible]ia primo conuenit homini, esse rationale quã cõ[illegible]niat huic homini: quia primo speciei, quã indiuiduo speciei. Et sic vocatur propositio immediata [illegible]mo est animal rationale, vel carens [illegible]dio, vel per se primo,

Enuncia. Propos. Problem. Cõclusio. sunt idem. ¶Oportet etiam ad intelligentia[illegible]teræ notare, quod inter ista quatuor. s. enuntiatio, propositio, problema, cõclusio, est differentia. Enunti[illegible]o, est oratio verum, vel [illegible]sum significãs, quæ assertiue profertur. Propositio, est oratio, quę proponitur tanquam præm[illegible]a ad inferendum aliam. Problema, teste Arist. 1. Topico. c. 9. est oratio in medium proposita, tanquam dubia, de qua fiat disputatio, in hanc, vel illam partem: in quo sensu solet dici, ad quæstionẽ respondetur problematicè, tan[illegible]am si diceretur, vtranque partem quæstionis esse probabilem. Conclusio est illud quod infertur ex propositione.

¶Pro-

Propositio probabilis, & demonstratiua. ¶Propositio diuidi solet in dialecticã, quę probabilis est: & in demonstratiuam, quæ non solùm vera est, sed necessaria. Et sic dicit Arist. q̃ propositio est altera pars enũciationis subiectiua: sicut homo est pars subiectiua animalis: quia cùm enunciatio sit oratio affirmatiua, vel negatiua, propositio est vna pars eius: quia est affirmatiua enũciatio. Et addit, Vnum de vno complectens: ad excludendum propositionem ex termin[illegible]æquiuocis compositam: quæ est plures propositiones virtute, vel expluribus ter[illegible]minis quãdo plura de vno: vt sortes est homo, & m[illegible]us: vel vnũ de pluribus: vt Sort[illegible]& pla[illegible], trahunt na[illegible]em.

Dignitates. ¶Rursus notãt differentiam propo[illegible]onũ quæ sunt principia. Quædam sunt, quæ dicũtur Dignitates, quas necesse est habere, qui discere vult aliquam scientiã: vt Quod libet est, vel no[illegible]est: vniuersaliter in omni scientia, & Omne totũ est ma[illegible]us sua parte: in Mathematicis, & Corpora naturalia mo[illegible]ue[illegible]ur in Phy sicis, ista enim à natura sunt per se nota.

* ¶*Pro maiori intelligentia nota: quod dignitas, seu maxima propositio, quam ne[illegible]esse est omnem adiscentem acceptare: ista tim cognitis terminis, differt à positione: quæ etiam est principium in demonstrabile, in illa scientia in qua ponitur: vt est illud, anguli recti sunt æquales: in geometria. Primo est differẽtia, quia dignitas est omnino indemonstrabilis: quia est prima. &c. sed positio, est demonstrabilis in superiori scientia: vt infrà dicetur & hęc differentia stat in hoc: quod rep[illegible]nat dignitati demonstratio: vt [illegible]statim er[illegible]manifestum: & non repugnat[illegible]positioni, non tamen in[illegible]enit, quando aliqua passio ex term[illegible]statim sit nota: vt si ab æqualibus æqualia demas. &c. & paralellę, non concurrun[illegible]ignis est calid[illegible]: terra est grauis. &c. verum in quantum sunt positiones, & non dignitas non repugnat demonstratio.

¶Secunda differentia[illegible]est quia prima dignitas, statim necessario oportet habere adiscentem, absq; aliquo discursu: sed positionem non sic: quia cum constet exterminis specialibus, potest per notiora explicari: & hanc Aristot. ponit in textu, vbi de positione inquit quam non est demonstrare, sed ponere. &c. & illa priora quæ sunt dignitas[illegible]Aristote. in ordine ad scientiam: tanquam ianua, in domo considerantur in. 2. Metaphy si. & omniũ, sunt hæc duo: de quolibet verum esse, vel non esse, alterum: non contingit simul esse, & non esse vt valeãt potestate. &c. de quo. 4. Meta. & con[illegible]iones circa primum principium 3. sunt [illegible]ima qd circa ipsum nullus possit errare: [illegible]ia[illegible]maxime manifestum. Secunda conditio, quod sit verum absolutè sine conditione. Tertia q̃ eius cognitio sit per naturam, ideſt, quod non per demonstrationem habeatur, & hoc est esse ianuã in ordine ad scientiam.

Suppositiones. ¶Alia sunt principia, quæ vocantur, suppositiones, quæ licèt in vna scientia subalternata supponantur, probantur in alia: nam supponit Geometra, A quolibet puncto, ad quodlibet pũctum lineam ducere: & probat à Philosopho naturali: quia duo puncta non sunt immediata: sed inter duo puncta mediat linea recta. Vocãtur etiam positiones: quia ponuntur. De quibus omnibus late in Mathematicis.

QVÆSTIO VNICA,

Vtrùm demonstratio procedat ex primis, veris, & immediatis, & causis conclusionis.

Argumẽ. 1. [illegible]T videtur quòd nõ. Patet, quia Mathematicæ demonstrationes sunt simpliciter tales, & in primo gradu certitudinis, vt ait Commen. 2. Metaphy si. sed tamen non procedit per causam, saltim in essendo. Nam probat Mathematicus, triangulum habere tres duobus æquales. &c. per angulum extrinsecũ, per hoc, quòd in omni triangulo, angulus extrinsecus est æqualis duobus extrinsecis, sibi oppositis. Vocatur extrinsecus angulus, qui constituitur x protractione alicuius laterisin cõtinuũ, & directum: sed angulus extrinsecus non potest dici causa.

Argumẽ. 2. S. Th. p. p. q. 8. ¶Secundo. Demonstrationes Metaphy[illegible]cæ sunt simpliciter tales: & tamen non per causam procedunt: nam de Deo demõstratur, q̃ sit actus purus: cuius causa non datur.

Tertiò. ¶Tertiò. Nullæ præmissæ sunt causa conclusionis: ergo male dictum est. Patet, An-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te omnem demonstrationem oportet præ cognoscere de subiecto quid est, & quia est:& de passione quid est: ergo conclusio præcedit totam demonstrationem, cum in conclusione prædicetur propria passio de suo subiecto.

Incontra. ¶In contrarium est tamē quod Arist. probat,omnem demonstrationem procedere ex veris immediatis,& causis.&c.

Conclu. ¶Conclusio est. Omnis demonstratio ex causis procedit, vt in declaratione textus dictum est. Nam si est demonstratio propter quid:ex causis in essendo, & significādo,procedit:& si est quia:ex causis in significando,quia ex effectu probatur causa: & quia effectus est nobis notior, est causa cognitionis ipsius causæ,quę notior est in natura.

Ad.1. Arg. ¶Ad argumenta in cōtrarium. Ad primū concedendum est, esse demonstrationem in Mathematicis. Et quando dicis de triangulo,dicendum, non probari triangulum habere trēs angulos æquales duobus rectis, ex angulo extrinseco, tāquam per mediū, sed tanquam per determinatiuum medij: quia mediū est solum figura rectilinea,tribus lineis contēta,quæ est vera causa in essendo:tan trianguli,q̄ etiam suæ passionis.

Ad.2. ¶Ad secundum dicendum, q̄ licet in Deo non detur causa realiter distincta, per quā probetur q̄ sit purus actus: datur tamē vel formaliter ad mentem Scoti, vel secundum rationem causæ,ex qua probetur: nam eo quòd Deus est esse primum,simpliciter, sequitur quod sit purus actus.

Ad.3. ¶Dicendum ad tertium,quòd verè præmissæ dicuntur causę conclusionis.Et quando infers: quia priùs de subiecto cognoscitur quid est, &c.verum est,tamen hoc non est scientificè: vsque dum formatis præmissis, infertur cōclusio. Non enim istius: homo est risibilis,habetur scientia: antequam formetur consequētia; Omne animal rationale est risibile: Omnis homo est animal rationale:& inferatur:ergo omnis homo est risibilis.

QVÆSTIO.II.

Quæritur qua cognitione prima principia cognoscantur, sensitiua, vel intellectiua.

BRo declaratione literæ Philosophi,vbi de cognitione principiorum loquitur, quæ præsupposita est ad habendam scientiam per demonstrationem.

¶Quæritur in quā, qua cognitione principia prima cognoscātur,sensitiua,vel intellectiua.&c.an sint in demonstrabilia.

¶Probatur,quòd primum principiū sit demōstrabile:nā ait Philo.propter vnū quod que tale:& illud magis.Nam si aqua est calida propter ignem:magis calidus erit ignis: ergo si propter prima principia, conclusiones, quarū ante non erat scientia demonstrantur: magis demonstrabilia erunt ipsa principia.

¶Secūdo.Nostra cognitio intellectiua ortū habet à sensu:necesse enim est intelligentē,phantasmata speculari. 3. de anima: ergo principiorum nō potest esse intelligentia quin prius per sensum fuerint demōstrata: & sic prima principia demōstrabilia sunt: saltim per sensum.

¶Apud Geometrā:est principiū primū, à puncto in pūctum lineā ducere: & omnes anguli recti sunt æquales,& tamē ista principia probari possunt:vt constat.

¶In contrarium est Arist.primo Poste.& 4.Metaph.

¶Pro debita intelligentia sciendum: quod sit primum principiū,vel an sint plura,quę sint indemōstrabilia:& cōsequenter,quod sit primo primum.

¶Quantum ad primum sunt varię opiniones.Nam quidam dicunt:quòd primū principiū est hoc:impossibile est idem simul esse:& nō esse:& probatur id ex Philo.4.Metaph. vbi pertractans de primis principijs: hoc ponit primum, & firmissimum: & ad ipsum omnia reducuntur vt patet tex. 9. & idem ibidem Comme.. Varię opi.

¶Alij tenent, q̄ primum principium complexum,est hoc de quolibet est affirmatio, vel negatio,vera:& hoc probant ex Com. 4.Metaph,com. 9. vbi ait,manifestum est quòd affirmatio,& negatio,non congregātur simul. Secūdo probāt,quia vel est hoc, quod dictum est:vel illud quod prima opinio dicit,impossibile est idē simul esse,& nō esse,sed non est istud: quia est propositione negatiua: & necessarium est primum principium complexum, esse propositionē affirmatiuam:quia affirmatiua prior est negatiua:sed q̄ sit negatiua patet si exponatur. 2. Opinio

¶Istæ duæ opiniones in quātum verba sonant,videntur differre:sed in re non distāt: quia primus modus loquendi est per primas intētiones: vt Meta.loquitur & secundus est per secūdas, q̄ est propriū dialectici qui

qui de veritate & falsitate propositionum tractat. Et si loquendum est per terminos magis conuenientes,modo loquendi Aristo.primus modus videtur.

¶Sed quòd re,vnum videatur, patet: quia bene sequitur, impossibile est idem simul esse,& non esse:vt dicit prima opinio:ergo de quolibet est affirmatio,vel negatio, vera:neq; illa, impossibile est idē simul esse, & nō esse:est negatiua,æquiualet enim isti necesse est idem non simul esse, & nō esse: quæ est affirmatiua de modo, vt in modalibus probatum est.

¶Sed posito habemus primum principiū: sine sit,impossibile est idem esse,& nō esse: vel de quolibet est affirmatio, vel negatio vera:operæpretium erit, adhuc antequam resoluamus quæstionē, scire quod sit principium primo primum:nam stat q̄ sit principium & primū: & non sit primo primū. Doctor sub.

Doctor sub. ¶Doctor sub.vt constat ex Anto. Andrea in.4.Metaphy.q.5.dicit duo:primū, quod principium primo primū, si datur, est hoc complexum:ens est ens.Secundo dicit, q̄ non est hoc:impossibile est idē simul esse, & non esse: quod probat: quia de ratione principij primo primi, est: quod terminos ex quibus constat, habeat primo primos: quia si ipsi rursus in alios resoluātur, nō erit primo primū: sed hoc solū cōuenit huic complexo:ens est ens: quia ens est primū, & primo primus terminus:sed hoc non habet hoc cōplexum:impossibile est idē esse: & non esse: quia termini resolui debent in alios priores:nā idem resoluitur in conceptum relatiuum quia idem entitate, est idem:quæ est relatio: & in absolutū conceptum entis. Item quia omni propositioni modali,prior est alia de inesse:cū ergo hęc, impossibile est.&c. sit modalis sequitur, q̄ non est primo primum.&c.

¶Sed quanuis hæc subtiliter sint dicta: & probent complexum primo primū: & illa posita ad id requirantur:tamen ad esse principium primo primum: solum requiritur de mente Philosophi. Quarto Metaphysi. text.8. Prima conditio, quòd circa principiū primo primū: non contingat deceptio, propter sui euidentiā. Secunda conditio,q̄ eius veritas sit absoluta,& non cōditionata: ita vt si omnis alia propositio esset falsa, adhuc primo primū esset verū. Tertia cōditio,q̄ per demonstrationē non cognoscatur:quia primo primo nō potest esse aliquid prius, per quod cognoscatur. Et hæc omnia concurrunt ex Arist.4.Meta.text.6.in illo primo: impossibile est idē esse,& non esse:& id confirmat Cōmen.ibidem:ergo vel nō datur primo primū principium: vel illud erit. Et hæc est sententia S.Tho. Thomistarum. S.Thomas.

Et rationes adductæ ab Anto. Andrea de primo primo cōplexo,probant:nō de primo primo principio indemōstrabili: quia illud primū complexū, posset probari per principiū primū sic:impossibile est idem simul esse,& non esse:nam omne ens,vel est ens,vel nō ens:vel ens & non ens:non secūdum,quia oppositū de opposito,nō prædicatur:quia impossibile est idē esse, & non esse:ergo primum,omne ens,est ens: vides quomodo illud quod dicebatur primum, probatur per hoc primo primū, quod nos dicimus. Istis prænotatis ad quæstionem.

¶Ad notitiā primi principij, requisita est notitia sensitiua,interior, & exterior:vt ratio sine qua non.Ex superioribus ista constat, & erit manifestissimū in. 3. de anima. quia nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu:& necesse est intelligentē,phantasmata speculari. Tunc est argumentum: non potest haberi notitia primi principij, sine notitia terminorum: quia nisi quis intelligat quid est totū,& quid sit pars:nō intelliget,omne totum esse maius sua parte: Et notitia terminorū,haberi non potest sine notitia sensitiua interiori:& interior sensitiua,sine exteriori:sequitur veritas cōclusionis:q̄ ad notitiā principiorū, requisita est:& notitia sensitiua exterior,& interior. 1. Conclus.

¶Dixi in conclusione(sicut ratio sine qua non)nā illa notitia sensitiua, siue interior, siue exterior,requisita:nullā habet causalitatem circa principium primum:(de quo est sermo) quia aliàs, si haberet causalitatem: principium esset vel vt conclusio: & sic cognitio principij esset acquisita per discursum:& esset demonstrabile:& nō esset primū,& supra ipsum non fundaretur omnis disputatio cōtra Philo.& Commen.4.Metaph.tex.9.est ergo ratio sine qua non: vt approximatio, requisita est inter agens & illum:& approximatio est ratio:& nullā habet causalitatem.

Cōditiones requisitę ad principium primum.

¶Secunda cōclusio. Primum principium, absolute indemōstrabile est. Patet ex Arist. in isto loco. Quia absoluta demonstratio, oportet sit ex prioribus,notioribus,sed nihil prius, neque notius hoc principio primo:impossibile est idem esse, & non esse. &c.ob quod dixit Aristo.4. Meta.text.9. Qui volunt,hoc principiū primum demō- 2. Conclus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

strare: suã ostendunt ineruditionẽ: nescĩũt enim quorum sit, & quorum nõ sit demonstratio.

3. Conclus. ¶ Tertia conclusio. Primum principiũ redargutiue, nõ repugnat demõstrari posse. Differt absoluta demonstratio à redargutiua in hoc: ꝙ illa, ex primis notioribꝫ. &c. procedit: hæc tamen nõ necessario, sed ex cõcessis ab aduersario, minus notis simpliciter: magis autẽ notis ipsi aduersario: tunc est argumentũ ad probandã cõclusionem qui negat hoc principiũ: impossibile idem esse, & non esse: potest duci ad aliquod incõueniẽs sibi magis notum: quam erat principium supradictum, & hoc est redargutiue demõstrari: ergo. Patet, quia potest deduci ad hoc inconueniens concedendum: ꝙ cõtrariæ opiniones simul possint esse in eodem intellectu, de eodẽ, quod est manifestius inconueniẽs apud negantẽ primum principiũ: nam simul duo contraria esse: statim est notum repugnare: vnum alterum corrũpit: & duo cõtradictoria essent simul vera. Et quod negãs primũ principium, existimet maius incõueniens: duo cõtradictoria esse simul, est eò ꝙ repugnet ad sensum, quia vnũ expellit alterum: & eò repugnat, quia cõtraria in actu perfecto simul repugnant: ergo vbicũq; inueniatur siue in materia siue insẽsu, siue in intellectu, erunt repugnãtia: & per cõsequens notius erit neganti primũ principium, contraria non posse esse simul. De quo Arist. secundo periher. ad incõuenientia adducit, negantem primũ principium. Et solo vno argumẽto in præsentiarũ simus contenti: nã si simul est, est, & nõ est, in appetitu: vbi desiderium & fuga: ergo quiopinionẽ, habet simul vera esse si duo proponãtur, non magis fugiet vnum q̃ aliud: & qui longè est à patria ad quã tendit, nõ magis desiderabit ire q̃ non ire. Patet: quia si ire, & non ire, simul vera sunt, non est vnde. Itẽ qui timet cadere in foueam appositã coram: non magis fugiet viam ducentẽ ad foueam: q̃ non ducentẽ: sed contrariũ videmus per experientiam: &c. ergo eò est, quia primũ principium, est notissimũ: & qui negaret, redargutiue probaretur concedere aliquod, qd est manifestissimum in falsitate. Hæc dicta sunt de cognitione primorũ principiorũ. Et quanuis in quæstione circa tex. nõnulla ex illis tangantur, hic tamen latius & apertius tradita sunt.

Ad argumẽ sa. ¶ Ad primũ argumentũ, vbi tãgitur declaratio illius maximæ Arist., ppter vnũ quod

que tale. &c. nos exposuimus latè, & limitationes adduximus in quæstione, vbi exponitur. 3. cap. Arist. in solutione ad tertiũ. Nam nõ valet, propter albedinẽ paries est albus: ergo magis ipsa albedo est alba: quia hæc est falsa, albedo est alba. Sic in proposito: licet hæc sit vera: conclusio est demõstrabilis: & propter prima principia: nõ tamen ipsa sunt demõstrabilia. Nã oportet, ꝙ prædicatum, in quo fit cõparatio, conueniat & verificetur, de vtroq; comparatorũ &c. modo domonstratio nõ conuenit vtri que comparatorum: quia conuenit conclusioni, & non principio.

¶ Ad secundum patet solutio ex secunda conclusione. Nam notitiã sensitiuam exteriorem, & interiorem, non secludimus in cognitione principiorum. Ad. 2.

¶ Ad tertium concedimus, principia scientiæ subalternatæ probari, & demonstrari, in superiori subalternante: & hoc cõmune est omnibus subalternatis: sed illa principia, quæ sic demonstrantur, sunt prima in illa scientia: sed nõ simpliciter prima: neq; primo: & sic non inconuenit, demonstrari posse: secus tamẽ est de primo: de quo quæstio mota est. Ad. 3.

¶ Sed contra determinata in quæstione, se offert vnũ ex ipso Philo. in quo probat, ꝙ ipsa principia, demonstrari possint: nam in. 6. Ethicorũ de habitibus intellectualibꝫ mentionẽ faciens, ait. Scientia est habitus cõclusionis, per demõstrationẽ acquisitus: ergo quod per demõstrationem non habetur, non scitur: sed prima principia non habentur per demõstrationẽ, ergo non scientur: ergo ipsorum scientia non est: quod videtur dictis repugnare. Obiectio.

¶ Solutio stat in hoc, ꝙ Aristo. quando in hoc loco de primis principijs scientiam habere dicit: sumit scientiã pro notitia clara, firma, certa: quomodocunq; sit habita: siue per demonstrationẽ, siue per experientiam, seu per terminorum euidentiã: & in Ethicis sumit scientiã propriè dictam vt distinguatur ab habitu intellectꝫ, qui primorum principiorum est: quæ scientia non nisi per demonstrationem habetur: & sic primorum principiorum non est scientia, & nihil contra dicta. Solutio.

CAP. III.

Quòd non omnium sit demonstratio.

Sunt

SVnt autẽ quibus propterea ꝙ ipsa quoque principia scientia tenere oportet, nõ videtur esse scientia. Sunt etiã quibus esse quidem videtur, demõstrationes tamen omniũ esse: quorum neutrum lanè verũ, aut necessarium est. Quinanq; scientiã omnino nõ esse ponunt, ij ascendendũ esse in infinitũ censent, propter ea ꝙ posteriora nõ sciuntur ab ea priora, quorũ primò non sunt: rectè quidem dicẽtes. Fieri enim non potest, vt infinita quisquã pertrãseant. Quod sistatur, ac principia sunt, hæc incognita dicũtur esse, cum ipsorum non sit demonstratio: quod quidẽ solùm inquiunt esse scire. Quòd si fieri nõ potest vt prima sciãtur, neq; fieri posse dicunt, vt ea quę proficiscuntur ex illis, sciantur simpliciter, proprie vè, sed ex suppositione duntaxat, nẽpe si illa sint. At secundi de modo quidem sciẽdi cùm sentiunt: per demonstrationẽ enim solùm esse scientiã dicũt, verùm omnium demonstrationẽ esse nihil inquiunt prohibere. Fieri enim potest, vt demonstratio circuli modo versetur, omniaq; mutuò demonstrentur.

¶ Nos autẽ dicimus, nec omnem scientiã esse demõstratiuam, sed eorũ, quæ medijs vacãt, indemõstrabilem esse: quod quidẽ necessarium esse patet. Nam si necessarium est vt priora sciantur, & ea ex quibus cõficitur demõstratio: statur iutẽ tandem in hisce quæ vacant medijs, hæc indemõstrabilia necesse est esse. Hæc igitur ita sese habere dicimus, & non solùm scientiã, sed & principiũ sciẽtiæ quoddam esse asserimus, quo terminos ipsos cognoscimus.

¶ Etiam patere dicimus, fieri nõ posse, vt circuli modo demõstratio simpliciter cõuertatur, si demonstrationẽ ex prioribus oportet, ac notioribus esse. Fieri enim nequit, vt eisdẽ eadẽ simul priora sint, atq; posteriora, nisi altero modo: veluti si alia nostra ex parte, alia simpliciter dicantur: quo quidẽ modo faciat inductio notum. Quòd si ita sit, non bene est ipsum simpliciter, scire, definitũ, sed est sanè duplex. An altera demonstratio ex hisce quæ nobis sunt notiora, quæ fit simpliciter demonstratio non est.

¶ Euenit autẽ hisce qui dicũt demõstrationẽ circulo versari, solũ nõ id qd nũc est dictũ: sed etiã nil aliud vt dicant, q̃ si hoc est, hoc est hoc verò pacto facilè est oĩa dẽmõstrare. Atq; patet, id ipsum accidere tribus positis terminis. Siue enim per multos, siue per pauciores redire dicatur, nihil profectò refert: ꝙ pauciores autẽ q̃ duos. Nam quãdo cùm a. sit, est necessariò b. & hoc cùm sit, est necessariò c. tum cùm a. sit, necessariò c. ipsum erit: si igitur cũ a. sit, necesse est b. & cũ b. sit, necesse est

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse.a. hoc enim erat circuli modo versari. Ponat.a.in lo quo ipsum est.c. Dicere igitur .b.sit a.ipsum esse, nihil aliud e , q̃ dicere cũ.b.sit c.ipsum esse. Id autẽ nil aliud est, q̃ dicere cũ. a. sit. c. ipsum esse. At idẽ est.c.&.a. quare fit, vt hi qui censent orbis modo demonstrationẽ versari, nihil aliud dicãt, q̃ cùm.a. sit a. ipsum esse. Hoc verò pacto facilè demõstrare est omnia. At verò nec id ipsũ fieri potest, nisi in hisce quæ mutuò se sequuntur, qualia sunt ipsa propria. Demõstratũ est igitur priùs: vno quidem posito, nũquàm necessariò aliquid aliud esse: vno inq̃, aut positione vna: è duabus autem positionibus primis, ac minimis fieri posse, si quidem & ratiocinari cõtingit. Si igitur.a.&.b.&.c. mutuò se sequantur: sic tantũ fieri potest, vt ostendant ex se se mutuò cũcta, quę in prima ratiocinationis figura postulata sunt, vt in libro de syllogismo ostendimus: quo loco etiã patuit, cæteris in figuris, aut ratiocinationem hanc nõ fieri, aut ex hisce quæ sunt sumpta nõ fieri. Ea verò, quæ prædicationem non suscipiunt mutuam, fieri nõ potest, vt mutuò demõstrentur Quare cùm in demonstrationibus pauca talia sint, constat vanum esse, ac impossibile, demostrationem esse censere, atq; ob id ipsum posse demõstrationem omnium esse.

Notandum

Primum.

Secundum.

CIrca textus declarationem notandum, Arist. voluisse duos errores de medio tollere: vnus erat illorũ qui dicebãt non esse possibilẽ scientiam: alius verò eorum, qui scientiam cõcedebant, dicebant tamẽ circulariter demonstrari in omnibus, scilicet.a.per.b.& rursus.b.per.a. Vterque error procedebat ex hoc, quòd putabant nil posse sciri, nisi per demonstrationem, cùm contingat scire ipsa principia, ta e ex terminis sine demonstratione alia.

¶Dicit ergo in prima pa e tex s, quòd nega es scientiam, procedunt sic: quia si est processus in infinitum, nil scitur: & si deuenitur ad aliquid primum, cùm illud non sciatur per aliud, nec ex eo aliquid scietur simpliciter: sed solũ ex su positione: hoc supposito, quia assentimus principio.

¶Alij vero, quia scientiam cõcedebant, & non nisi per demonstrationem, dice nt esse circulationem, quia nõ debet esse processus in infinitum, & ideo oportet siat circulatio.

¶In secunda parte textus *ibi. Nos autem, &c.* probat nos posse scire, neque esse processum in infinitũ: quia prima principia sunt indemonstrabilia: solum cognitis terminis cognoscuntur. Et appellat scientiam generaliter, cognitionem euidẽtem, quomodocunque contingat. Et sic contra primo opinantes, euitatur processus in infinitum: & datur scientia.

¶In tertia pa cula ibi. *Et etiã patere dicimus.* &c. reprobat secundum errorem, scilicet quòd sit circularis dem ratio posibilis: quia sic idem esset prius, & posterius. N a.per.b.prius est.b.& si rursus.b.per. est.a. Neque valet, si quis respondeat, non esse inconueniens, q̃ aliquid sit prius quo ad naturam, & posterius quoad nos, & ecõtrà. Non valet (inquàm) quia quod procedit ex prioribus quoad nos, vt in inductione cùm sit ex effectu, non proprie demonstratio est, neq; scientiã causat simpliciter. Cognoscere enim per sensum, quòd ignis calefacit, non est scientia, sed experientia.

¶In quarta particula, *Euenit autem. &c.* ponit aliam rationem, cõtra illam opinionẽ: nam concedere quòd est circulatio perinde esset ac dicere, quòd probaretur idẽ per idem, scilicet, hoc est, quia hoc est, quomodo facile esset omnia probare.

¶Pro

Nota. ¶Pro intelligentia literæ, quę obscura est, oportet notare, circulũ fieri in istis tribus literis. a.b.c. vt eo quòd.a. est.b. est: & quia est.b.&.c. est: vnde directè de primo ad vltimum sequitur, qui.a. est.c. est. Demonstret circulariter.b. per.c.&.a. per.b. scilicet: qa. c. est.b. est & qa.b. est.a. est. Et de primo ad vltimũ circulariter, quia.c. est.a. est. Eadem ratione incipiẽdo.a.b. sequitur quia.b. est. c. est, & quia.c. est.a. est, (vt modo inferebamus) ergo quia.b. est.a. est. Et per consequens primus circulus trium terminorum ad duos reductus est terminos, scilicet quia a. est. b. est. & quia.b. est.a. est. Et hoc est quod dic ponatur. a. in loco quo ipsum. c. est: idest loco.c. ac si diceret, sicut prius inferebatur, quia.b. est.c. est, inferebãt quia. b. est.a. est: rursus sequitur de primo ad vltimum, quia. a. est.b. est: & sic sequitur quia. a. est.a. est, nam sicut in tribus terminis sequebatur, quia.a. est.b. est, & quia.b. est.c. est: ergo quia.a. est.c. est. Ita postquam.a. pon tur loco de y.c. pariter sequitur, quia. a. est.b. est, & quia.b. est.a. est: ergo quia.a. est.a. est. Et tandem circulus reducitur ad idem per idem.

¶In quinta particula, *At uerò. &c.* ponit tertiam rationem, ac improbãdam opinionẽ: quia non potest probari præmissa per conclusionem: nisi solùm in primo modo primæ figuræ: & non in omni syllogismo ibi formato, sed vbi medium, & extremitates sunt termini cõuertibiles: vt dixim⁹ in tra ctatu syllogismorũ: vt sic, Omne animal rationale est risibile: Omnis homo est animal rationale: ergo Omnis hom o est risibilis: ex conclusione, & minore simpliciter conuersa, infertur maior, sic. Omnis homo est risibilis: Omne animal rationale est homo: ergo Omne animal rationale est risibile: & ex maiori simpliciter conuersa, & conclusione, infertur minor, sic. Omne risibile est animal rationale: Omnis homo est risibilis: ergo Omnis homo est animal rationale. Tamen hoc solùm contingit in prima figura: quia (vt Aristo. in Prioribus probat) in secunda figura nõ potest esse: nam cùm sit ibi conclusio negatiua, necessariò altera præmissarum negatiua erit. Ex illis ergo non poterit concludi affirmatiua, neq; negatiua: quia ex puris negatiuis nihil sequitur. Nec potest contingere in tertia figura: quia conclusio est particularis: & ob id aliqua præmissarum erit particularis: & sic cõclusio vniuersalis nõ syllogizabitur. Et idẽ est in modis negatiuis, & particularibus primæ figuræ. Quapropter est verum, quod Aristo. dicit, circularem demonstrationem solum esse in prima figura in primo mod o. Sequiturque falsum esse, quod illi dicel nt: omnem præmissam cuiuscunque demonstrationis posse demõstrari circulariter.

¶* Et clarius circularis probatio merito non sit admittẽda sed reijcienda: Patet ex dictis ab Aristo. quia principium demonstra. semper est prius, & notius, conclu. vt dictum est: & nõ solùm quo ad nos, sed simpliciter: tum est argumentum: nã si detur circularis demõstratio: idem respectu eiusdem esset prius, & posterius simpliciter: & notius, & ignotius: quod est impossibile, quia idem est principium: nã maior in primo syllogismo vt sic, notius est quam conclusio vt hic, Omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis, de inde ex cõclusione pro maiori, & minori cõuersa: probatur maior sic, Omnis homo est risibilis: omne animal rationale est homo: ergo omne animal rationale est risibile. &c. sic eadẽ propositio est prius, & posterius: & notior & ignotior: & licet teneat hic argumẽtum sic ex positum, nã licet vniuersalis affirmatiua non conuertatur vniuersaliter in vniuersalem affirmatiuam: in conuertibilibus tenet.

QVÆSTIO VNICA,

Vtrùm definitio posita ab Arsto. in text. de demõstratione, & de scire, sit rectè posita.

Argumẽtũ primum.

VIdetur quòd non. Definitio de y scire, est rem per causas cognoscere. Stat aliquem non habere scientiam, & tamen rem per causas cognoscere, sola probabili ratione, vel authoritate alterius: v si aliquis dicat, interpositionem terræ esse causam eclypsis lunæ. Nam tunc opinio erit solum: & tamẽ rem per causam cognoscit.

Secundò.

¶Secundò. Omnis demõstratio facit scire, & scientiã causat: sed, quia, quæ est: quãdo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex effectu probatur causa, aliquid probat: ergo & simpliciter scitur: quod non per causam.

Tertio. ¶ Tertiò arguitur contra illud dicitur. *Oportet magis assentire præmissis, quàm conclusioni, &c.* Si hoc esset verum, maxime ex eo quod ait Arist. propter vnumquodque tale, & illud magis: sed hoc Aristo. dictum non vniuersaliter tenet verum: ergo neq; dictum, quod illi innititur. In genere causæ finalis non valet: sanguis minuitur propter sanitatem: ergo magis ipsa minuitur sanitas. Nec in genere causæ efficientis valet: Alfonsus est homo propter solem, & Franciscum patrē: ergo magis ipse sol est homo, & pater. In genere causæ formalis etiam non valet: nix est alba propter albedinem: ergo albedo est magis alba.

Arist. 1, poste. tex. co. 5.

Confir. ¶ Et confirmatur: quia causa nō impedita, sibi æqualem producit effectū: vt videmus in agētibus naturalibus: sed præmissæ sunt causæ conclusionis: ergo eandem circa intellectum, & euidentiam causant in cōclusione, quam ipsæ præmissæ in se habent.

Quartò. ¶ Quarto. Contra definitionē propositionis per se notæ positam ab Arist. scilicet q̄ sit illa, quæ solis terminis cognitis, cognoscitur. Vel Arist. intelligit per terminos, notitiam intuitiuam, vel abstractiuā. Si primū, sequitur quòd hęc, Alfonsus loquitur, esset per se nota, me loquente: quia habet notitias intuitiuas: quod tamē est falsum: quia prædicatum non est de essentia subiecti. Si verò intelligatur de notitijs abstractionis: vel intelligitur de notitia confusa, qualis est definitum: vel de distincta, qualis est definitio. Si primò modo, hæc, Homo est rationalis, non esset per se nota: cùm non fiat euidens ex notitia confusa subiecti: sed per eius definitionem demonstretur: tamē hoc est falsum: nam est per se nota: cùm prædicatum rationale, sit de essentia subiecti: quod sufficit vt D. Thom. prima parte. q. 2. art. 1. probat. Si verò intelligatur de notitia confusa definitionis: sequeretur quòd omnis propositio demonstrabilis esset per se nota: nam hæc, Omnis homo est disciplinabilis, esset per se nota, habita definitione subiecti: scilicet de ly homo, quòd sit animal rationale: quia si omne animal rationale est disciplinabile: & omnis homo est animal rationale: omnis homo disciplinabilis erit.

D. Tho.

Incontra. ¶ In contrarium est authoritas Philosophi.

Conclu. ¶ Conclusio est affirmatiua, rectè ab Arist. posita esse definitionē demonstrationis, & scientiæ. Et vt clarius appareat, soluenda sunt argumenta in contrarium.

Notanda. ¶ Pro solutione primi argumenti notandū differētiam esse inter scientiā, sapientiā, intellectum, fidē, & opinionē: nā scientiā, est habitus conclusionis, productus per demōstrationem: vt si quis habet scientiam huius, Omnis homo est admiratiuus, sic. Omne animal rationale est admiratiuum: omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est admiratiuus: illa conclusio habetur per scientiam, & causata est per demonstrationem de conditionibus est quod sit euidentia nam euidens, & lucida est, homines esse admiratiuum.

Quid fides. Quid sapientia. Aristo.

¶ Sapientia est habitus, quo assentimus & præmissis, & conclusioni propter præmissas, vt constat ex Arist. 1. mag. moralium, qui dicit, sapientiam cōstare ex intellectu, & scientia. S. Thom. 1. 2. q. 57. ar. 2. licet secundum aliam significationem, sapientia dicatur scientia, quæ de causis est altissimis: vt est Metaphysica. Hinc vocamus sapientes illos, qui scientiam habent præmissarū, & conclusionum: id est assentiunt & præmissis, & cōclusioni, & cōclusioni propter præmissas.

S. Thom.

¶ Intellectus dicitur habitus principiorū: qui generatur ex notitijs terminorum. Et quia præmissæ sunt velut principium conclusionis: hinc est quòd sapientia ex scientia, & intellectu, conficitur: sic Aristote. 6. Ethicorum.

Intellectus principiorū est habitus.

Aristo.

¶ Fides assensum dicit, certum quidem, in quo cum scientia conuenit: sed tamen ineuidentem, in quo ab ea differt.

Fides.

¶ Opinio tamen dicit assensum, ineuidentem, in quo à scientia: & formidolosum in quo à fide differt.

Opinio.

¶ Ad formam argumenti dicitur, illum nō habere scientiam, neq; simpliciter cognoscere, vel scire: nam quandiu solum conclusioni assentitur, eo quòd aliquis hoc dicat quantumcunque magnæ authoritatis, sine conclusionis habebit fidē, sit sit qui fallere nō potest, neque falli, vt Deus. Et si homo sit, habebit opinionem: scientiam tamen minimè.

Argumēta formā.

Ad. 3.

¶ Ad secundum. Conceditur ita esse, quòd demonstratio quia, eo quòd ex effectu ad causam, non scientiam causat: nec simpliciter scit qui aliquam conclusionē cognouit: sicut dicit Arist. in tex. solum enim producit iudicium quoddam simplex conclusionis: vt si sic argumentetur. Omne quod calefacit, est calidum ignis calefacit: ergo ignis est calidus, habetur huius conclusionis iudicium simplex: & non scientia: vel quodammodo experientia. Ratio est: quia quis talem habet conclusionē, ignorat vtrū ignis sit formaliter calidus, vel virtute: nā sol etiam calefacit, & tamen non est in eo formaliter calor. Et multa alia calefaciunt, quæ in se non habent formaliter calorem: ideo demonstratio quia, nō causat propriè scientiā, sic ly quia non dicit causam, sed est coniunctio, dicens, hoc est tale: & prius ex dicenda demōstratio quod est, aut quale est quia.

Ad. 3. ¶ In tertio arguēto tāgitur intelligētia illius sentētiæ Arist. sæpissimè allegatæ pro pter vnūquodq; tale, & illud magis. S. Th. 1. p. q. 87. ar. 2. ad tertium: & de veritate. q. 10. ar. 9. dat varias limitationes, & Caie. Videtur tamen sensus esse. Si aliquod prædicatū conueniat alicui, propter id quod idē aliquo modo cōuenit alteri: magis, atque perfectiori, modo conuenit alteri: propter quod cōuenit huic, verbi gratia: in genere causæ finalis: vt si potio amara amatur propter sanitatē: magis amatur ipsa sanitas, & quia hoc, quod est amari, cōuenit potioni propter sanitatem, magis conuenit ipsi sanitati. Sed non valet: sanguis minuitur propter sanitatem, ergo magis minuitur sanitas: quia illud prædicatū minui, non conuenit sanguini: quia cōuenit sanitati: nam eò sanguis minuitur, vt sanitas augeatur.

D. Tho. Caleta.

¶ In genere causæ efficientis. Aqua est calida, quia ignis ei applicatus est calidus: ergo magis calidus est ipse ignis: non tamen sequitur, aqua est calida propter solē: ergo sol est magis calidus: quia non prouenit à calore formali solis, sed virtuali: solū sequitur maior est sol altiori modo q̄ aqua.

¶ In genere causæ formalis est exēplū Aristo. Meta. tex. 7. Materia est ens, quia forma est ens: ergo forma est magis ens q̄ materia: sed tamen quia nix est alba propter albedinem: non quia nix alba est, sequitur quòd ipsa albedo sit magis alba.

¶ In genere causæ materialis. Quātitas est subiectum albedinis, quia nix est subiectū: ergo nix est magis subiectum: quia nix subiectum quod, & quantitas quo.

Ad formam argum. 3.

¶ Ad formam ergo argumenti dicendum, ita esse, vt Arist. dicit: quia cōclusioni assentimus propter præmissas, assentimus magis ipsis præmissis: intelligitur magis, id est, perfectiori modo: quia ipsæ præmissæ eo q̄ sunt principia: altiori modo cognoscuntur, licēt non magis intensē: altiori (inquā) quia per assensum, qui est intellectus: qui habitus fit principiorū: cōclusioni vero per habitum scientiæ.

¶ Ex dicta solutione cōfirmatio solutur: quia causa nō impedita, æqualem producit effectum: ob id conclusio scitur, & cognoscitur, sicut præmissæ cognoscuntur, & sciuntur: tamen altiori modo: licèt nō magis assentiamus præmissis, quàm conclusioni.

Ad cōfir.

¶ Hic oritur dubium. Vtrùm sit verum absolutè, quòd præmissis magis assentiamur quàm conclusioni, vel clarius, vel intēsius.

Dubium.

De quo sunt variæ opiniones. Quidam dicunt, quòd necesse est magis assentire præmissis, quàm conclusioni intensiue: alij dicūt quòd magis clarè: alij quòd certiùs: sed difficultas soluitur quatuor propositionibus sequentibus. Et sit prima.

Variæ sententiæ.

¶ Principijs per se notis, vt sunt Dignitates, Positiones, Suppositiones, certiùs, & clarius assentimus, quàm conclusionibus: quia quod est per se tale, magis est tale, q̄ illud quod propter aliud est tale: cùm ergo principia sint per se nota, & conclusiones per aliud, euidētiùs ipsis principijs assentimus, quàm conclusioni.

1. Propositio. Ratio.

¶ Secunda propositio. In conclusionibus quæ probantur in scientia, si ex principijs plures probentur, illa quę prior est, erit clarior, quàm quæ posterior: imò inter ipsa principia vnū est alio clarius: nam, Quodlibet est, vel non est, euidentius est, quàm, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanēt sunt æqualia.

2. Propos. Ratio.

¶ Tertia propositio. Non semper est perceptibilis ille excessus claritatis, & certitudinis. Patet in Metaphysicis. Nam non percipimus quod clarius assentiamur huic, Omne animal rationale est risibile, quàm huic, Omnis homo est risibilis. Et quia doctores non percipiunt huiusmodi excessum. fingunt nescio quas glossas dicti Arist.

3. Propos. Ratio.

¶ Quarta propositio. Non est necesse intēsius assentire principijs, quàm cōclusioni. Nam dato clarius, eo quod claritas principiorū est alterius rationis, quàm sit ipsius cōclusionis: ideo sicut æquiuoca causa nō est necesse sibi æqualem producat effectū: ita est esse maior claritas in ipsis principijs: quæ prouenit à notitia terminorum, quàm sit in ipsis conclusionibus: tamen intensio est eiusdem rationis in præmissis, & in conclusionibus. Quapropter non eò quòd clarius, sequitur quòd intensius, ipsis

4. Propos. Ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

principijs assentiamur.

Ad.4. ¶Ad quartum, & vltimum argumentum, quod tangit illam quæstionem, quæ in prisen. disputatur: vtrum Deum esse sit per se notum: & quid sit propositio per se nota. Breuiter (relictis varijs opinionibus pro illo loco) dicendū, propositionem per se notam intelligi, quę composita est ex talibus terminis, qui in quocunq; intellectu sint, siue intuitiue, siue abstractiue, talem euidētiam causabunt. Ob quod, Alfonsum legere, non est per se nota propositio: quia ille qui non habet notitiam intuitiuam, quę ego lego, non causabitur talis euidentia: sicut nec, Petrus est albus, est per se nota, licèt apud me sit euidēs, quia video Petrum album: prædicatum enim non est de essentia subiecti. Tamen hæc, Homo est rationalis, est per se nota: quia sine aliqua notitia intuitiua, cognitis terminis, ideſt rebꝰ ipsis habeo euidētiam: quia prædicatum est de essentia subiecti. Et quando dicit Aristot. propositionem per se notam cognosci inquātum terminos cognoscimus: neque intelligit de notitijs intuitiuis, neque de abstractiuis: sed de rebus significatis, quas terminos vocat.

Quid propositio per se nota.

CAP. IIII.

Quid de omni, modi per se, & quid vniuersale.

Textus.7. CVm autē fieri nequeat, vt id, cuius est absolutè scientia, aliter se se habeat, id necessariū est profectò quod cuiq; sciri demōstratiua scientia potest. Ea verò demonstratiua scientia est, quam demonstrationem habendo habemus: ergo demonstratio ex necessarijs ratiocinatio est.

Textus.8. ¶Sumēdum est igitur ex quibus qualibus ve demonstrationes cōficiuntur. Atque primò quid de omni, quid per se, quid vniuersaliter dicimus determinemus. Id itaq; de omni dicimus, quod nō cuidam ineſt, cuidā non ineſt, neque quod interdū cōpetit, interdum nō cōpetit, vt si animal omni de homine dicitur, si verū est hunc dicere hominē, verum est eum & animal dicere: ac si nunc verū est alterū dicere, verū est & alterū dicere: & si in omni linea punctū ineſt, similiter. Atq; huius signum est, id quod facimus. Hoc enim pacto inficiationes afferre, cū de omni interrogamur, solemus, sicut de aliquo nō dicatur, aut si interdum non insit.

Primus modus per se.

¶Per se autē in ratione quid est dicente, ea quæ sunt dicimus: vt triangulo linea, & lineæ punctū ineſt: ex his enim ipsorum substātia cōstat, & hæc in ratione quid est dicente insunt.

Secundus modus.

¶Et item ea, quorum in ratione, quæ quid est patefaciat, ea ipsa sunt, quibus insunt: quo pacto linea quidem rectum, & curuū inest, numero verò par, atq; impar: primum, atq; compositum: figuræ deniq; laterum æqualium, ac altera parte lōgius. Atque in horum quidē definitione numerus, in illorum autē linea ineſt. Qua igitur aut illo, aut hoc insunt modo per se cuiq; competere dico. Quæ verò neutro modo competunt accidentia, qualiter animali musicum, aut album competit.

Tertius modus.

¶Præterea. Id per se dicimus, qđ nō subiecto alio dicit vllo: ambulare enim cùm aliquid aliud sit, quàm

quàm quod ambulās est: & item album: at substantia, & quæcunque hoc aliquid significant, cùm non sit aliud quicquàm, id sunt quod sunt. Ea igitur quæ de subiecto nō dicuntur per se: ea verò quæ de subiecto dicuntur, accidentia voco.

Quartus modus.

¶Insuper alio modo id quidem quod vnicuiq; per se competit, per se dicimus: id autē quod præter conditionem egreditur, accidēs: veluti si ambulante quopiam coruscauerit, id accidens dicimus: non enim ob id ipsum coruscauit quia ambulauerit, sed id dicimus accidisse: at cū iugularetur quispiā, mortē obierit, iugulationem ve, id per se dicimus, ob id ipsum eā quia iugulabatur, mortuus est, sed nō accidit eum cùm iugularetur mortem oppetisse.

Textus.10 ¶Quæ igitur in hisce quæ sub scientia simpliciter cadūt, per se dicuntur, vel eo pacto vt sint in prædicatis subiecta, vel eo rursus vt ipsa sint in subiectis, & per se, & necessariò sunt. Nam fieri non potest, vt nō competant, aut simpliciter hæc, aut eorum oppositæ veluti lineæ rectum, aut obliquum, & numero par. Est enim contrarium, aut priuatio, aut cōtradictio genere in eadem, ceu par est id quod est non impar in numeris, vbi sequitur. Quare necesse affirmare, aut negare est, necesse est & ea quæ per se insunt competere. Id igitur quod de omni, & id qđ per se dicimus, hoc si modo determinatum.

Textus.11. ¶Vniuersaliter autem id competere dico, quod de omni dicitur, & per se, atq; hoc planè quo ipsum est. Patet igitur ea necessariò rebus in esse, quæ ipsis vniuersaliter competunt. Atque per se, & hoc quo ipsum est eadem esse dico: veluti lineæ per se punctum ineſt, rectum ve, ea nanq; ratione qua linea est, & triāgulo quo triāgulus est recti dico: per se enim triangulus tres duobus rectis æquos. Tunc autē quippiam vniuersaliter ineſt, cùm de quouis & primo ostenditur: velut æquales duobus rectis habere, nō vniuersaliter figurę ineſt, de figurā licēt duobus rectis angulos æquos habere liceat ostendere: at non de quauis figura, nec ostēdens, figura quauis vtitur: quadratū enim est quidem figura, non tamē tres duobus rectis æquos habet. Is etiam triangulus, qui duorū æqualium laterum est, omnis quidem duos rectis tres æquos habet, at nō primus, triāgulus enim prior. Qui igitur primus his duobus rectis æquos habere, vel quoduis aliud demonstratur, ei primò vniuersaliter id competit, & demonstratio per se eius vniuersaliter est: cæterorum verò quodammodo non per se: nec eius vniuersaliter est, qui duorum est æqualiū laterum, sed superat, & ad plura se se extendit.

Hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

HÆC est tertia pars principalis primi libri: in qua Aristotel. postquam in præcedentibus docuit quid sit scientia, & quid demõstratio: in isto capitulo ostendit ex qualibus præmissis fiat. Quę pars extẽditur per. 8. cap. vsq; ad. 11. Et in primis duob⁹ capitulis exponit quid sit dici de omni: quid sit dici per se: & quid sit dici vniuersaliter. In quatuor sequentibus declaratur ex quibus propositionibus constituatur demonstratio propter quid, & demonstratio quia.

In. 1. tex. ¶Hoc capitulum, iuxta Commentatoris diuisionem continet textus quinq;. In primo text. Aristo. ostendit demonstrationẽ esse syllogismum, procedentem ex necessarijs: quam probat ex eo, quòd impossibile sit id, cuius scientia habetur, aliter se habere, atque ob id necessarium erit. Conclusio necessaria non potest concludi, nisi ex necessarijs, tanquam ex proprijs causis. Dixi, tanquam ex proprijs causis: quia necessaria conclusio bene potest syllogizari ex contingentibus: & ex falsis: sic. Omne animal est non videns: Talpa est animal: ergo Talpa est non videns: tamen illa maior nõ est causa conclusionis: quia etsi non esset falsa, nihilominus esset vera cõclusio: ideò non est causa: tamen necessarium, si ex alio quo tanquam ex causa, probatur oportet id sit necessarium.

In. 2. tex. ¶In secundo textu, qui est. 8. in ordine, explicatur, quid sit dici de omni. Et primò Arist. contendit necessitatem propositionis consistere in istis tribus, scilicet, quòd prædicatum respectu subiecti dicatur de omni, & de per se, & vniuersaliter.

¶Quantum ad primum: duplex est dici de omni, Prioristicum, & Posterioristicum, vt nos adduximus, quando de syllogismis agebamus. Dici de omni prioristicum est, quando prædicatum affirmatur de subiecto, vt nil sit subsumere sub subiecto, de quo non affirmetur prædicatum: siue fuerit prædicatio contingens, vt in ista, Omnis homo est albus: vel necessaria: vt Omnis homo est disciplinabilis. De quo in tractatu syllogismorum dictum est.

Dici de omni prioristicum.

¶Dici de omni posterioristicum est, prædicari de omni supposito subiecti, pro quolibet tempore: vt omne animal rationale, est disciplinabile: omnis homo est animal rationale, &c. Et hoc est quod ait Aristo. quod non cuidam ineſt, cuidam non ineſt: neque interdum competit, interdum non competit: vt si disciplinabile dicitur de omni homine, de quocunque est verum dicere quòd est homo, est verum dicere quòd est disciplinabilis. Et quando dicit Arist. In omni linea ineſt punctum, id est, de omni linea prædicatur punctum, intelligitur, id est, omnis linea continuatur, & terminatur punctis. Quare de quocunque est verũ dicere, ꝙ est linea, est verum dicere, quòd punctis terminatur. Et (vt ait Albertus) vniuersalitas suppositorũ requiritur propter formam syllogismi: & vniuersalitas temporis, propter necessitatem materiæ demonstrationis. Albertus.

¶Ex istis sequitur, non conuerti, de omni dici, & propositio vniuersalis: quia dici de omni, est conditio prędicati, & non propositionis. Secundò, quia ad hoc ꝙ dicatur de omni posterioristicè, non est necessarium propositio sit vniuersalis: nam tãdem omni est hæc, Homo est risibilis: sicut hæc, Omnis homo est risibilis: imò gratia doctrinæ vtendum est indefinitis loco vniuersaliũ. Corollar.

¶Hic non definitur dici de nullo posterioristicè: quia Arist. loquitur de demonstratione potissima, qualis affirmatiua est: sed potest proportionabiliter definiri: vt de nullo dici sit quando prædicatum negatur de subiecto pro quolibet supposito: & pro quolibet tempore: vt. Nulla qualitas est quantitas. Nullus homo est lapis. &c. Et sic Arist. ait, quòd hæc, Omnis homo vigilat: non dicitur de omni: quia non dicitur prædicat. pro quolibet tẽpore de subiecto: nec hæc, Ois figura habet tres angulos æquales. &c. quia no pro omni supposito dicitur, cum non conueniat quadrato. Quid sit de nullo dici.

¶In textu. 9. declaratur quid sit prædicatũ de per se. Ponit. Arist. quatuor modos dicendi per se: de quibus etiam. 5. Metaph. tex. 23. Primus modus est, quãdo ly per dicit causam formalẽ: & quia forma intrinseca rei eius definitio est illa propositio est in primo modo dicẽdi per se, cuius prędicatũ est de intrinseca rõne subiecti, id est definitio, vel pars eius: vt Homo est animal rationale: & homo est animal, & homo est rationalis. Et ponit exẽplum, vt solet, in Mathematicis: vt triangulo ineſt linea, & lineę punctum. Per ineſſe: intelligit prædicari, licet non intelligat, quòd linea prædicetur de triangulo in recto, sed in obliquo, triangulus est figura tribus constans rectis lineis: sicut linea est longitudo sine latitudine, & Quot. mo. di dicẽ. p se. Primus mo. dus.

ne, & profunditate, cuius partes punctis continuantur, & terminantur.

Secundus modus. ¶Secundus modus dicendi de per se est, illa propositio, cuius subiectum est in definitione prædicati: vt Homo est risibilis: & & omnis illa, in qua propria passio prædicatur de suo subiecto: nam proprium definitur per suum subiectum: vt risibilitas est aptitudo hominis ad ridendũ. Et hoc dicit Arist. istis verbis. *Ea dicũtur secũdo modo per se, in quorũ definitione quæ quid est patefacit: sunt ipsa sibi licet subiecta, quibus insunt talia prædicata, sicut linea recti, & curuum, & numerus par, & impar.*

¶In isto secundo modo dicendi per se, vt ex exemplis Arist. patet cõiectare, ly per dicit causam materialem: quæ etiam est in definitione tanquam subiectum intrat definitionem passionis tanquam materialis causa: in qua recipitur ipsa passio: sicut cũ dicimus, aquilinitas est nasi curuitas.

Tertius modus. ¶Tertius modus per se est, ens non in alio, sicut Petrus: & tãdem omnis substantia, quia per se stat, dicitur per se: & dicit ea esse per se, quæ de subiecto nullo dicũtur. Sed oportet intelligas, non eo modo, quo in anteprędicamentis: quia sic, secũdæ substantiæ nõ essent in tertio isto modo de per se, cùm dicantur de suis indiuiduis quidditatiuè, & essentialiter: sed intelligit de subiecto nullo dici: vt accidens. Et iste modus tertius, quia est incomplexorũ, late differt ab alijs duobus qui sunt complexorum: licèt Ægidius Romanus intelligat solùm de per se, isto tertio modo, substantiam primam. Nota. Ægidius Romanus.

Quartus modus. ¶Quartus modus de per se: est quãdo effectus prædicatur de sua causa propria: vt iugulatus interijt: quia iugulatio est propria mortis causa. Iste modus opponitur effectui per accidẽs, quando non intẽditur: vt ponit ipse exemplum: me ambulante coruscat: aut ædificator thesaurum inuenit. Primi duo modi sunt per se prædicãdi: tertius essendi: quartus causandi. Et non inconuenit, ꝙ secundus coincidat cũ quarto: quia subiectum per definitionem est causa passionis vel ut materialis: licèt (vt insinuat Albertus) in quarto modo: quia est causa per se prædicati: vt hæc. Animal rationale est risibile: cuius subiectum excludit causam prædicati. Albertus.

In tex. 10. applicat modos per se, ad vsũ demonstrandi. Est difficilis litera Aristot. quæ sic habet, vt transfert Boetius. *Quæ ergo dicuntur in simpliciter scibilibus per se, sic sunt vt insint aut insint, propter ipsa.* Sanct. Thom. glossat sic. In demonstratione, vbi passio concluditur de subiecto, quę conclusio est simpliciter scibilis, conclusio est in secundo modo dicendi per se: & item in quarto: quia subiectum est per se causa passionis: & sic glossat: aut ineſſe propter ipsa. Et putat, quòd in his solùm secundus, & quartus modus deseruiant quoad conclusionem. Themistius verò, & Lyconiensis existimant, solùm duos modos primos deseruire. Albertus autem & alij dicunt ꝙ omnes. Ad quod respondetur per propositiones. Quarum prima. Boetius. S. Thom. Themistius Lyconien.

¶Prima propositio. Vbi passio concluditur de subiecto, per eius definitionẽ conueniunt primus, secũdus, & quartus modus: quia in hac, Omne animal rationale est disciplinabile: Omnis homo est animal rationale, ergo omis homo est disciplinabilis: tres illicõueniũt modi: ꝙa minor est in primo modo, & cõclusio in secũdo, & maior est in quarto, cũ subiecti definitio sit causa. Hæc est dę mẽte S. Th. in isto loco lectione. 13. 1. Propoſi.

¶Secunda propositio. Vbi secunda passio monstratur de subiecto, per primã passionẽ conclusio, & minor sunt in secundo modo, & maior in quarto: vt hic, Omne admirabile est risibile: omnis homo est admirabilis: ergo omnis homo risibilis est. 2. Propoſi.

¶Tertia propositio. Vbi definitio materialis de definito demonstratur per formalẽ, aut finalẽ, conclusio, & minor, in secũdo, & maior in quarto: vt in hoc syllogismo. Quicunq; vindictã appetit, accensionẽ sanguinis patitur circa cor. Iratus vindictã apetit: ergo iratus accensionẽ patitur circa cor. Cõclusio, & minor sunt in primo, mõ, & maior in quarto: ꝙa definitio formalis est causa definitionis materialis. Et tandem hic modus quartus de per se constituitur in omni genere causarum, etiam in materiali, Domus constructa ex lapidibus, & lignis pulchra est: subiectum est causa materialis prædicti. 3. Propoſi.

Notandum. Notandum ad intelligentiam literę quòd dupliciter pteost cõsiderari, ppria passio: quædam enim est accidens, quod cum suo subiecto conuertitur vt risibile cum homine: & est alia, quæ ipsa simplex non conuertitur cum suo subiecto sed disiunctum ex illa, & suo opposito: vt curuum, vel rectum cum linea: par, vel impar cum numero. Et istæ propositiones, Numerus est par, vel impar, tã necessariæ sunt, sicut ista, Homo est risibilis.

In. 11. text. ¶In text. 11. exponit qd sit vniuersale, seu vniuersaliter dici. Pro cuius declaratione scien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sciẽdum, istos tres terminos, dici de omni, per se, & vniuersaliter, se habere sicut superius, & inferius. Omne enim vniuersale, est per se, & non econtrà: & omne per se, est de omni: & non econuerso. Hęc, Omne animal est coloratum, est de omni posteriori: sticoinam prędicatum conuenit omni supposito subiecti pro omni tempore: saltim naturaliter, & non est de per se: quia color non est de intrinseca ratione animalis, neque propria passio eius. Et in hac, Omnis homo est sensibilis, prædicatum dicitur de omni, & per se, & non vniuersaliter: quia ad hoc quod vniuersaliter prædicatum de subiecto dicatur in præsentiarum, requisitum est: quod subiecto conueniat de per se primò. Et licet sensibile homini conueniat inquantum animal est, non tamen conuenit per se primò, inquãtum homo est: quia inquantum homo, per se primo rationalis est: & sensibilis dicitur, quia animal est. Et tandem ad dici vniuersaliter in præsentiarum, requiritur mutua conuertentia, scilicet: tale prædicatum omni, & soli subiecto conueniat, aut saltim sit proximum genus propriæ speciei: vt Homo est animal.

¶Ex istis declaratur hic litera Arist. *ut uniuersaliter sit, quòd de omni dicitur, & per se, atque hoc planè quod ipsum est.* Ex quo infert propositiones illas esse necessarias, in quibus prędicata dicuntur de omni, & de per se, & vniuersaliter.

¶Deinde dicit in textu. *Atque per se, & hoc quod ipsum est, eadem esse dico.* Non est sensus, q̃ sunt idem, sicut homo, & homo: sed sicut superius, & inferius, homo, & animal: sicut exemplo probatipse dicens. *Punctum per se lineæ inest, rectum ue: sed ea ratione, qua linea, linea est, ex punctis constat, quod est in primo modo per se sed quòd sit recta, uel curua, ad secundum modum. Sed quia hæc prædicata conueniunt ei conuertibiliter, fit ut ei conueniant per se, & secundum quod ipsum.*

¶Concludit Arist. in textu, demonstrationem debere fieri ex talibus propositionibus necessarijs: quarũ prædicata per se primò conueniant subiectis: ob id prius oportet demonstrare, quòd triangulus tres habeat angulos æquales duobus rectis, deinde de isochele, quod habeat: nã quia primò conuenit illa passio triangulo, cõuenit isochelí: sicut passio animalis debet probari de animali per suam definitionem, deinde per animal de speciebus animalis. Et sic etiam seruandum in proprijs passionibus, quæ sunt secundæ, vt primò secũda, demõstretur de prima per suam definitionem: & deinde de subiecto per primam, vt, Omne animal, quod cognito effectu, causam ignorat, est risibile: omne animal admiratiuum est huiusmodi: ergo omne animal admiratiuum est risibile. Et pòst. Omne animal admiratiuum est risibile: omnis homo est animal admiratiuum: ergo omnis homo est risibilis, Admiratio enim causa risus est, in hoc sensu: nam cùm risus sit ex gaudio repentino, & illud sit repentinum, cuius causam ignoramus: aut quod aliquã affert nouitatem: aut quodsubitò occurrit. sequitur q̃ risibilitas proueniat ex admiratione, & admiratio ex eo quòd non omnia cognoscimus: neque ea quæ cognoscimus, simul habemus: sed per successum, & discursum.

CAP. V.

De deceptione circa vniuersale.

Texte. 11

Portet autem nõ latere, errorẽ per sæpe fieri, & non esse id quod ostendicur primum vniuersale, quemadmodum esse videatur. Decipimur autem hac deceptione, cùm aut præter singulare, vel singularia nihil est, quod accipiatur superius: aut est quidem, sed nomine caret in diuersis specie rebus, aut est in parte totum id de quo demonstratur. Parti nanque accommodabitur quidem demonstratio, & de qualibet erit: attamen non erit huius primi vniuersaliter demonstratio, ac huiusce primi quatenus primum est demonstrationẽ dico: cùm est primi vniuersaliter.

Texte. 11

¶Si igitur quispiam ostenderit rectas duas lineas nõ cõcurrere, in

ter

inter quas eadẽ in parte sunt anguli recti, ex recta linea secante illas oborti: huius ex eo demonstratio propriè videbitur esse, quia sic in omnibus angulis rectis est, verum non est: quippe cũ id fiat non ex eo, quia sic sint illi anguli duobus rectis æqui, sed ex eo, quia quouis modo duobus æqui sint rectis.

Exẽplum. 1. tex. 13.

¶Et si nullus alius esset triangulus quàm hisce, qui duorũ æqualium laterum est, huic vt duorũ est æqualium laterum angulos æquos duobus rectis habere cõpetere videatur. Et similitudo rationum mutato ordine numeris vt numeri: lineis vt lineæ, solidis vt solida, tẽporibus deniq; vt tẽpore sunt, cõpetere videtur, quẽ admodum seorsum olim ostendebatur: quod tamen vna demõstratione de omnibus demõstrari potest: sed quia non sunt quippiam vnum hæc omnia nomine certo vocatum, numeri inquam, longitudinis, tempora, solidaq;, atq; differũt inter se specie, ideo seorsum sumebantur: nunc autẽ vniuersaliter hoc demonstratur. Nõ enim hisce vel vt lineæ sunt, vel vt numeri, sed vt hoc quod quidem vniuersaliter his in esse cunctis supponitur competit.

Exemplum 2.

¶Quocirca si quis vnumquenq; triangulum, eum inquam, qui ex æqualibus omnibus, & eum qui ex omnibus inæqualibus, & item eum qui è duobus æqualibus lateribus constat, aut vna, aut alia sensus demonstratione, tres æquos duobus rectis habere ostenderit, rotundum is profectò triangulum scit duobus rectis æquales habere, nisi eo sciendi modo quem ipsi more suo sophistę profitentur: neque de triangulo vniuersaliter id præcipit, & si nullus alius præter istos triangulus est: nõ enim id istis vt trianguli sunt, nec omni triangulo ratione formæ sed numeri inesse cognouit: tamen si nullus triãgulus est, quẽ ipse nõ æquos duobus rectis tres habere sciat.

¶Quando igitur non scit vniuersaliter, & quãdo simpliciter scit, manifestum est. Enimuerò si eadem esset trianguli ratio, & duorum æqualium laterum trianguli, cæterorumq; triangulorũ demonstratio: aut cuiq;, aut omnibus æquè sine vllo discrimine accõmodaretur: vt patet. Cùm verò non sit eadẽ, sed diuersa: tresq; anguli duob⁹ rectis æquales: hoc cuiq; competere quo quisq; triãgulus est non scit hisce simpliciter qui dicto modo demonstrat.

¶Patet autem, vtrùm illi competat vt triangulus est, an vt duorũ æqualium laterum: & quando per hunc competit primum, & cuius est vniuersaliter demonstratio. Nam ei competit vt tale est, cui cæteris sublatis competit primò, veluti laterum duorum æqualium æneo triangulo, cõpe

tent

Universidad de Deusto
Biblioteca

tent anguli duobus rectis æquales: at ære sublato, vt nõ isoceneus etiam competent. Et ita in laterum æqualitate duorum sublata, vt non sit duorum æqualium laterum, at non competent sublata figura, vel termino: sed nõ primis ipsis sublatis. Quo igitur primo sublato nõ competens, triangulo: per hũc enim & cæteris cõpetunt, & huius est vniuersaliter demonstratio.

IN isto cap. 5. Arist. probat adhuc quod dixerat in præcedẽti. s. quod vniuersaliter dici sit, prędicatum dici per se primò de subiecto. Et primò ostendit, quomodo errare contingat demonstrando tanquam vniuersale id, quod non est vniuersale.

¶In primo textu, qui est. 12. in ordine, dicit, ꝙ tripliciter contingit deceptio in assignatione vniuersalis. Aut quando passio, quæ per se primò conuenit superiori, assignatur inferiori, aut singulari ipsius: vt si solis hominibus existentibus in mũdo, sensibile demonstretur de eis.

¶Aut ex eo cõtingit deceptio, ꝙ licẽt sint plures species, aut singularia, nõ tamen est impositum nomen commune illius generis. Vt si generi animalium non esset impositum nomẽ commune, & hac de causa sensibile probetur seorsum de hominibus, & de equis & de alijs speciebus.

¶Sensus deceptionis tertio modo est, quãdo propria passio, quæ per se primò conuenit alicui ratiõi, aut definitioni vniuersali, tribuitur alicui particulari: quæ licẽt secundum rem conuertatur cũ superiori, tamen secundum rationẽ est inferior, & pars eius. Et ponit Arist. exemplum. *Si igitur quispiam.* Et quia exemplum ponit in lineis paralellis, quarũ propria passio est, nunq̃ concurrere: definiuntur sic. Lineæ paralellæ sunt, quomodocũq; à recta linea incidãtur, siue ad perpendiculum, vel transuersaliter, constituũt duos angulos aut rectos, aut rectis æquales. Si perpendiculariter: patet in hac figura. a. b. nam cùm ad perpendiculum cadat, semper cõstituit duos rectos æquales cum lineis paralellis, si vero trãsuersaliter, tunc duos cõstituit angulos duobus rectis æquales, vt patet in figura. a. b. sunt hic duo anguli duobus rectis æquales: quia quãtũ dẽptum est anguli. a. additũ est. b. si ergo quis demonstret, Omnes duæ lineæ rectæ inter quas in eadẽ parte sunt anguli recti, ex linea recta perpẽdiculariter ducante illas oborti, nunquam concurrent. lineæ paralellæ sunt huiusmodi: ergo. Hæc videtur propria demonstratio, sed non est: quia licẽt maior de omni sit, & de per se, demonstratio non est propria. *Quippe cùm id fiat.* Id est lineas non concurrere contingat. *Non ex eo.* id est non ex illa particulari ratione: quia tales lineæ faciũt angulos illo modo particulari rectos, sed ex eo: quia quouis modo faciunt æquales duobus rectis: siue linea a. perpendiculũ cadat, siue trãsuersaliter: quia hæc est paralellarum definitio adæquata: & ideo maior debet hæc esse. Omnes lineæ rectæ, inter quas in eadẽ parte sunt anguli recti, vel duobus rectis æquales, non concurrunt. Et hoc dicit Arist. in isto tertio modo deceptionis, *est in parte totum quod demõstratur*: quia perinde fieret si sumeretur alia pars dissuncti definitionis paralellarum. Et quia totum dissunctum cum parte conuertitur, dicit quòd totum est in parte. Et tandem licet quacunq; parte sumpta definitionis, sequatur quod non concurrent lineæ, non erit demonstratio: nisi maior assumat totam, & adæquatã paralellarum definitionem.

¶In textu. 13. *& si nullus alius*, ponit exemplum primi modi deceptionis, si non esset in mundo triangulus nisi isocheles, & quis de illo solum demonstraret habere tres angulos æquales duobus rectis, esset deceptio: quia illa passio, licet omni isocheli conueniat: sed tamen non per se primò, sed triangulo primò, deinde isocheli, quæ est vltima species eius.

Et similitudo rationem. In hac secunda parte textus ponit exemplum secundi modi deceptionis, vt si passio generis, speciebus tribuitur, quia non est nomen impositum generi: vt si sensibile primò de equo, & homine demonstretur, non est per se primò. Et si canibus, & lupis esset genus commune: per quod ab alijs speciebus animalium differunt: & non est nomen impositum, passiones illius demonstrentur seorsum de canibus, & lupis.

¶Po-

Quid lineę paralellæ.

Isopleuros. Triũ æqualium.

Isocheles. Trium inæqualium.

Schalenos. Duorum æqualium.

¶Ponit aliud exemplum Aristot. in triangulis. Pro quo notandum tres species esse, vna trium laterum æqualium, & vocatur isopleuros: & omnium inæqualium vocatur schalenos: & duorum æqualium vocatur isocheles. Si quis, inquit, vnica demonstratione, de istis tribus speciebus, demonstrauerit habere tres, &c. peccabit in assignatione vniuersalis: quia talis passio non conuenit per se primo speciebus: sed genori, scilicet triangulo: fiat vnica demonstratione sic. Omnis figura rectilinea trium angulorũ habet tres angulos, &c. sed isopleuros, isocheles, & schalenos, sit figura rectilinea: ergo isopleuros, schalenos, & isocheles, habet tres angulos æquales duobus rectis. Hæc conclusio non est magis per se primo, quàm si seorsum copulatiue eadem passio prædicaretur de singulis speciebus. Quia ergo ita sciebat Aristote.) sophistico modo scit: quia licet sciat omnem triangulum habere tres, &c. id tamen scit ratione numeri, id est quia numerauit singulas species: non tamen demonstrauit de illis secundum rationem communem triangulo, cui primo conuenit illa passio.

Nota.

¶In secunda parte tex. 14. ponit documẽtum, quo quis cognoscat quando prædicatum per se primo cõueniat subiecto. Et est, quando prædicatum conuenit subiecto: vt demptis, & circunscriptis quibuscunque alijs, adhuc cõuenit illi: & illo dempto, nõ conuenit alteri: tali conuenit per se primo: & per consequens vniuersaliter tali subiecto: vt in hac, Triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis: prædicatũ per se primò conuenit subiecto: quia licet illud prædicatum conueniat isocheli, & isoscheli æneo, ideſt ex ære, nihilominus etiã si non sit æs, & non sit triangulus isocheles, adhuc triangulus habet tres angulos, &c. Et quauis figuræ, quæ est genus trianguli, & termini, id est lineis: termin⁹ ex quibus componitur figura: conueniat habere tres angulos æquales duobus rectis: hoc conuenit tamen ratione trianguli: nam dẽpto triangulo, nulla erit figura habẽs tres angulos æquales duob⁹ rectis. Itaq; habere tres angulos æquales duob⁹ rectis, ratiõe triãguli cõuenit inferiori speciei: scilicet, isoheli, & superiori generi, scilicet, figuræ: & sic per se primò triangulo, cõuenit. Hæc quantum ad textus declarationem.

QVÆSTIO VNICA,
Vtrum definitio de dici de omni, & de per se sit optima.

QVæritur circa tex. vtrũ illa quæ posita sunt in eo, recte Aristote. tradiderit. Et videtur quod non. Primo contra illam definitionem dici de omni posteriori sic: quia in istis, Omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal: omnis homo est risibilis, & similibus, prædicatum dicitur de omni posteriori istice, quia de omni suppposito subiecti, & pro quolibet tempore: tamen non sunt simpliciter necessariæ: quia supernaturaliter possunt esse falsæ imò erant falsæ ante mũdi creationem: quia erãt propositiones affirmatiuę de subiectis non supponentibus. Primũ argumentum.

¶Secũdo, principaliter cõtra illud scilicet ꝙ primus modus dicẽdi per se est, quando prædicatũ est definitio, vel pars definitionis subiecti. Sequeretur quod hæc, Risibile est homo, esset in primo modo dicẽdi per se, & similes. Patet, quia prędicatur pars definitionis de definito: quia in definitione propriæ passionis, subiectum intrat vt suprà diximus: sed hoc est falsum, cùm sint in directæ prædicationes, & inordinatæ. Argumẽ. 2.

¶Tertio. Contra illa quæ in secũdo modo sunt dicta. Subiectũ non est de definitione propriæ passionis: ergo malè dictũ est. Patet, quia propria passio est de genere qualitatis, accidens quoddã: ergo definiri debet quidditatiuè per genus, & differentiam in trinsecam: ergo non per suum subiectum. Tertio.

¶Quarto. Contra quartum modũ, Omnes propositiones quarti modi sunt simpliciter accidentales: ergo non connumerãtur bene inter modos dicendi per se. Patet de istis: medic⁹ sanat, ædificator ædificat, quæ sunt contingentes, & accidẽtales, & tamen in quarto modo dicendi per se. Quarto.

¶Vltimò. Illi quatuor modi sunt positi, vt sub illis omnes comprehenderentur propositiões necessariæ: sed sunt aliquæ necessariæ ibi nõ cõprehensę: vt si Petrus currit, Petrus mouetur: si sol lucet, dies est, ergo. Quintò.

¶In contrarium est authoritas Arist. ponentis solùm illos quatuor modos dicendi per se iam numeratos. Incontra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conclu. ¶Conclusio est affirmatiua, sufficienter Aristo. enumerasse. 4. modos dicendi per se: nam de omni re est verum dicere quod conuenit ei esse per se, vel per accidens: & consequenter conuenit ipsis terminis significantibus res: & tunc, vel conuenit per se quãtum ad esse: vel quantũ ad inesse: quod est prædicari: vel quantum ad efficere, seu causare. Si solum quantum ad esse, est tertius modus de per se positus. Si quantum ad inesse, vel prædicari per se, tunc vel prædicatur definitio, vel pars, & sic est primus modus: vel propria passio de subiecto: & sic est secundus modus. Aut per se causandi, & sic est quartus modus: qui potest ad quatuor genera causarũ extendi: tamen Arist. solum posuit exemplum in vna. Ad argumenta, quæ rem declarant, deueniamus.

Ad primũ. ¶Ad primum nonnulli respondẽt, in illis verbum absoluẽdum à tempore, ad hoc q̃ sint necessariæ propositiones, & faciãt sensum de omni: vt hæc, Omne animal rationale est risibile, valeat, possibiliter est risibile: tamen Aristot. non sic intellexit. Obid dicendũ, quod in illis & similibus, extrema supponũt naturaliter: quod est dicere, quãdo prædicatũ est de intrinseca ratione subiecti, verbum solum notat simplicem connexionem extremorũ: & sic huius, Omnis homo est animal: est sensus, natura hominis est, q̃ sit animal: quod verum erat ante mundi creationem. Sic docet Arist. vocans eam, & similes necessarias, propter connexionem extremorum.

Ad. 2. ¶Ad secundum aliqui dicunt istam, Risibile est homo, poni reductiue in secundo modo per se: quia ista, Homo est risibilis, directè ponitur: & sic de similibus, & quia Homo est animal, est in primo modo, Animal est homo, erit reductiue in primo modo. Verũ melius est dicere tales indirectas prædicationes non esse in aliquo modo dicendi per se: quia ex indirectis non constat demonstratio. Et ad formam argumenti dicendum, quòd in primo modo dicendi per se, solum ponitur propositio, in qua prædicatur definitio, aut pars definitionis de definito: dummodò prædicetur sub illa forma, qua res difinitur secundum exigẽtiam suæ propriæ naturæ. Et quia accidentis est inesse in alio, definitur in abstracto: in cuius definitione subiectũ ponitur, tanquam quid extrinsecum, à quo tale accidens dependet. Et ideo hæc: Risibilitas est hominis aptitudo ad ridendum, est in primo modo per se: sed hæc, Risibile est homo aptus ad ridendum, non est simpliciter tali modo: quia indirecta est: nam tunc prædicatum non est de definitione subiecti secundum exigentiam suæ naturæ, sed solum secundũ exigentiam talis significationis, scilicet in concreto.

¶Circa tertium argumentum notandũ differentiam esse inter accidentia propria, & cõmunia: quia hæc, eò quòd nullũ sibi subiectum determinant quod peculiariter denominẽt: solum definiuntur per genus proprium, & differẽtiã intrinsecã: sed ppria passio semper certũ subiectũ denominat: vt simitas, ppriũ subiectũ habet nasũ, & remotũ hominẽ: & sic p subiectũ definitur. Simitas est cauitas in naso. Sic illud genus cauitas, nõ cõtrahitur ad esse simitatis, nisi quia nasi est, tamẽ non repugnat: quũ tales passiones habeant aliquas intrinsecas qualitates, per eas possint definiri: sed nobis ignotæ sunt. Ad ornam argumenti, quando dicis, propria passio est degenere qualitatis, transeat: ergo definiri debet quiddit tiue per genus, & differẽtias: nego consequentiam: quia licet hoc sit verum de accidente cõmuni: non tamen de accidẽte proprio: q̃ quia denominat subiectũ propriũ per suũ subiectũ definiri valet: licet possit etiã per suã differentiã (si nobis esset nota) definiri.

Ad 4. ¶Ad quartũ. Doctores negant has propositiones, medicus sanat, ędificator ędificat, esse simpliciter in quarto modo, quia sunt accidentales: sed illæ, in quibus prædicatum dicit aptitudinẽ, sunt in quarto modo vt medicus est potens sanare, ędificator ędificare. Q̃rõd si quis obijciat, q̃ hæc erit in secundo modo, qa potẽtia sanãdi est propria passio medici, & a. is. Respondetur, quòd omnis propositio quarti modi, est etiam secundi modi: quia in quantum dicit perfectatem causæ, est in quarto modo: & in quantum dicit perfectatem prædicationis, est in secundo modo.

Obiectio

Solutio.

¶Verum contra istum modum respondẽdi, est Arist. authoritas, qui ponit in quarto modo non aptitudines, sed actuales effectus: vt iugulatus interijt. Et ideo dicendũ. Accidentaliter dupliciter accipiẽ: vno modo vt opponitur modo per se prædicandi, alio modo vt opponitur modo per se causandi. Propositio quarti modi est de per accidẽs primo modo, quia prædicatũ non est de intrinseca ratione subiecti: sed tamẽ est de per se causalitate: quia effectus designatus per prædicatum, per se sequitur: ex causa significata per subiectum.

Instantia Solutio.

¶Re-

Ad. 5. ¶Respondetur ad quintum, illam cõditionalem esse necessariam: neq; vult Arist. in illis quatuor modis de per se, omnes includere propositiones necessarias, sed solùm illas, quæ necessariæ sunt ex intrinseca ratione: & extremorum connexione: nã illæ solum sunt aptæ ad demõstrationem. Sed aliæ propositiones quæ necessariæ sunt ex suppositione: vt, Si lucet, dies est. Si homo est, rationalis est: hæ non pertinent ad demõstrationem: sed solùm ad syllogismũ dialecticum. Sed istæ, Omne album est coloratum, Quicquid currit mouetur, licet ratione significati materialis sint accidentales: ratione tamẽ formalis, sunt per se, & essentiales: sicut albedo est color, & cursus est motus: & sic aptæ ad demonstrationem sunt.

CAP. VI.

Quòd demõstratio est ex necessarijs, & per se propositionibus.

Textus. 15 SI igitur demonstratiua scientia ex principijs est necessarijs, quod enim quispiã scit id fieri nequit, vt aliter se se habeat. Ea verò quę per se rebus insunt, necessariò competũt. Nam quædam insunt in eorũ quibus cõpetunt ratione, quædã in suares eas habẽt de quibus dicũtur: quorum alterũ oportet insit necesse est, patet ex talibus quibus dã ratiocinationem constare, omne nanq; quod inest, aut hoc pacto, aut per accidens competit: accidentia verò non sunt necessaria.

In. 1. modo
In. 2. modo

Textus. 16 ¶Aut igitur ita dicatur, aut hoc principium supponatur, demonstrationem necessariam esse: & si demonstratum sit quippiam, fieri non posse, vt illud se se habeat secùs. Ex necessarijs ergo cõstare demonstratiuam ratiocinationẽ oportet. Etenim fit, vt & nõ demonstrans rationem ratiocinetur ex veris: at aut ex necessarijs quisquam nisi demõstrans ratiocinationem conficiat, non fit. Id enim ipsum iam demonstrationis proprium est.

¶Signo etiam illo patet, demonstrationẽ è necessarijs esse: nam inficiationes aduersus eos qui demonstrare putant, negationem necessitatis inferre nos consueuimus, aut putantes omnino fieri posse quo res aliter se se habeant, aut disputationis causa cõtendentes.

¶Ex quibus etiam patet, stultos eos esse profectò, quia principia bene sumere putant, si probabilis sit propositio, atque vera, vt sophistę, scire enim scientiam habere est: non enim ideo propositio principium est, quia probabilis, aut nõ probabilis est: sed quia prima est ipsius generis, circa qd̃ sit demonstratio. Et verum non omne prorium est.

Textus. 17 ¶Atque demonstratiuam ratiocinationem ex necessarijs esse oportere, ex hisce patet: nam si non est iste sciens qui non habet eius rationem propter quid est, cuius est demonstratio: atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri potest, vt. a. quidem ipsi.c. necessariò competat: medium autem.b. per quod illud scitur demonstratum, non sit necessariò: is planè qui talem ratiocinationem extruxit, non scit propter quid est, quippe cùm illud ob ipsum medium non sit: nã ipsum quidem fieri potest, vt non sit, cõclusio autem est necessaria.

¶Præterea. Si quis nunc nescit, rationem habens, & saluus re salua est, neque oblitus est, is neque priùs sciebat. Quòd si medium non est corruptum, fieri verò potest vt corrumpatur: id quod accidit, erit possibile, atque contingens: sed vt is sciat qui sic se habet, fieri minimè potest.

Text.18. ¶Cùm igitur conclusio necessaria est, nihil prohibet mediũ non necessariũ esse, per quod fuit probata. Fieri nãq; potest, vt necessarium ex non necessarijs etiã concludatur: perinde atque fit, vt verum ex falsis concludatur. Ac cũ medium est necessarium, conclusio quoque necessaria est: quemadmodũ & ex veris infertur semper conclusio vera; nam tam ipsi b. quam. a. b. ipsi. c. necessariò cõpetat: igitur &. a. necesse est ipsi cõpetere. c. Verùm fieri nequit vt cùm conclusio non est necessaria, medium necessarij subeat rationem. Insit enim. a. non necessariò ipsi. c. si igitur. a. ipsi. b. & b. ipsi. c. competere necessariò dixeris: &. a. profectò ipsi. c. competere necessariò concedas oportet. At ipsi competere non eo pacto supponebatur.

Text.19. ¶Cùm igitur id quod demõstratiuè quispiam scit, necessarium oporteat esse: constat per mediũ quoque necessarium demonstrationem eius illum habere oportere: vel nescit illud professò aut propter quid necessario sit, aut quod sit: sed aut ne scire arbitratur, quod nescit, si scilicet necessarium quod necessarium nõ est, esse putet: aut nescire arbitratur: æquo discrimine sanè, siue quod scit aliquid per media, siue cur sit aliquid, per medijs vacantia sciuerit.

¶Eorũ autem quę non per se, eò quo determinata sunt ea quę per se competũt modo, accidunt, demonstratiua scientia non est. nõ enim fit, vt necessariò conclusio demonstretur. Fit enim, vt accidẽs ipsum nõ insit: de tali nanq; accidente loquor.

¶Quanquàm fortasse quispiam dubitauit, cuius nã gratia de his hæc interrogare oporteat, si conclusionem esse necesse non est. Nihil enim refert si quispiã quemuis interroget, deinde conclusionem dicat. At enim interrogare oportet non vt per interrogata necessarium quicquam sequatur: sed quia dicere necesse est ei, qui illa dicit, & verè dicit si competant verè.

IN isto capitulo, & tribꝰ sequentibus Aristo. cõtendit probare, ex quibus propositionibus cõstet demonstratio propter quid, & potissima: & probat constare ex per se, & propijs: quia ex necessarijs.

In tex. 15. ¶In primo textu, qui est. 15. in ordine, probat hanc conclusionem: Demõstratio ex necessarijs per hoc, quod est ex propositionibus per se.

¶Facit Arist. hinc syllogismum. Omnis demonstratio est ex propositionibus necessarijs sed propositiones necessariæ eædem sunt quæ per se: ergo omnis demonstratio est ex propositionibus de per se. Sic maior est totum illud. *Si igitur demonstratiua scientia ex principijs est necessarijs*: & minor est illa: *Ea uero quæ per se rebus insunt, necessariò competunt* Quam probat: quædam sunt in eorum ratione quibus competunt: vt ea illa, quæ in primo modo dicendi per se: quædam vero in sua ratione includunt eas res, scilicet subiecta ea, de quibus prædicantur, quæ sunt in secundo modo. Et addit, *quorum alterum oppositorum inest necesse est, propter proprias passiones disiunctiuas*, scilicet par, vel impar, rectum, vel curuum, quorum alterum de necessitate inest subiecto, vt suprà diximus: & sic infert conclusionem.

In text.16. ¶In textu. 16. probat, quomodo ad demõstrationem non sufficit quod procedat ex veris, vti sophista agit. Sophistã vocat Dialecticum, qui ex probabilibus, & veris syllogizatur, sed demonstrationem nimirum. Aiunt eos stultè agere, qui hoc putant: quia principium demonstrationis non est nisi propositio immediata, prima saltem in illo genere: quod dicit, eo quòd non est necessarium, ad hoc quod quis habeat scientiam, quòd resoluat vsq; ad prima principia simpliciter, sed vsq; ad prima infra limites illius scientiæ: vt primum principium in Geometria est, à quolibet puncto in quodlibet lineam ducere: etiam si illud probat physophus naturalis, per hoc, quòd inter duo puncta oportet medium esse spacium: & sic cõcludit, q; nõ omne verũ est proprium ad verum, & necessarium, & per se.

In tex.17. ¶In. 17. tex. rursus reuertitur ad probandum, demonstrationẽ procedere ex necessarijs propijs: quod probat, quia conclusio demonstrationis, oportet sit necessaria: & ob id præmissæ debent esse necessariæ. Nam detur. a. ipsi. c. necessariò inesse: quia conclusio necessaria: Omne. e. est. a. Medium autẽ. b. per quod demonstratur conclusio: detur non necessarium: tũc aut ambo illa, scilicet. e. est. a. & omne. e. est. b. vel alterum: tunc non sciet conclusionem, quia non est posita causa: nam cùm antecedens sit contingens, & consequens necessarium, potest esse conclusio vera sine veritate antecedentis: & sic antecedens nõ est causa consequentis.

¶Secundam rationẽ ponit ad idem in summa. *Qui ex falsis syllogizatur necessariam conclusionem non demonstrat, neque scit propter quid*: ergo nec ex illis qui ex veris non necessarijs: quia impertinens est contingens esse corruptum nec ne: quia si non est corruptum potest corrumpi manente conclusione necessaria vera: & sic contingens non est causa conclusionis necessariæ.

¶Ponit quatuor esse in causa, vt quis nũc non sciat quod ante sciebat: vel quia oblitus est medij, per quod sciebat: aut quia sciẽs, modo tuus est: aut quia obiectum scientiæ, aliter se habet: aut si quis obliuiscitur conclusionis.

¶Ponit in tertia parte huius textus tres cõclusiones. Prima. Non incõuenit in aliquo syllogismo cõclusionem esse necessariam; præmissis non existentibus. Quia necessariũ sequitur ex non necessario: tamen nõ erit demonstratio. 1. Conclu. Aristot.

Secunda. ¶Secũda. Si medium, id est præmissæ sunt necessariæ: conclusio erit necessaria, aliàs antecedẽs potest esse verũ, & consequens falsum.

Tertia. ¶Tertia. Si conclusio syllogismi non est necessaria, præmissæ non erunt necessariæ. Hæc ex secunda sequitur. Nam si præmissæ essent necessariæ, antecedens posset esse verum, & consequens falsum. Item, quia si præmissæ sunt necessariæ, etiam conclusio erit

In tex. 18. ¶In. 18. tex. concludit tanquam recapitulando suppositum: scilicet, quod si conclusio demonstrationis est necessaria, necessarium est per medium, id est præmissas necessarias procedat: & dicit quòd illorum quæ sunt de per accidens, non est scientia: quia talis propositio, cum non sit necessaria, potest esse falsa. Et subungit se loqui de accidente separabili, nequis putet eum loquutum de proprijs passionibus: nam de illis potest esse scientia, quia faciunt propositiones per se in secundo modo de per se.

¶In fine ponit differentiam inter Dialecticum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum,& demonstratorem:penes hoc,quòd qui demonstrat, vtitur necessitate consequentiæ: & principiorum, & infert ex hac necessitate,conclusionem.sed Dialecticus solùm altera,scilicet, necessitate consequētiæ:ideo interrogat de contingentibus:vt si aliqua concedatur,etiam cōcedatur quę ex ea sequitur:vt si quis concedat quòd homo currit,inferat, ergo homo mouetur.

CAP. VII.

Demonstrationem ex ijs quæ per se sunt,& ex perpetuis esse.

Text.19. CVm igitur ea quæ per se insunt, necessariò circa vnū quodq; competāt genus,& vt tale est quodq; patet demonstrationes ipsas scientiarū effectrices de his esse,quæ per se competunt: & ex talibus extrui, atque cōstare: accidentia nanq; non sunt necessaria:quare nō fit,vt necessariò cōclusio propter quid est, sciatur: neque si semper sit, non autem per se sit: quod ita esse declarant eæ ratiocinationum, quæ per signa conficiuntur:id enim quod est per se: non per se quisquam sciet,neque propter quid est. Scire autem propter quid est, nihil aliud est,quam per causam scire: per se ergo tertio medium,& medium, & medio primum inesse oportet.

Text.10. ¶Non igitur fieri potest, vt ex alio genere quisquam in aliud trā siens quicquam demōstraret: veluti conclusionē Geometricam Arithmetica demōstrationē:tria nanq; sunt,quæ in demonstrationibus insunt: vnum id quod demonstratur inesse:hoc autem est id,quod alicui per se generi competit:aliud dignitates:dignitates autem eæ sunt, ex quibus fit demonstratio: tertium est genus, ipsum subiectum,cuius effectus, accidentiaq; per se demōstratio patefacit.

¶Fieri igitur potest, vt ea quidē sint eadem, è quibus fit demonstratio: at quarum genus diuersum est,vt Arithmeticæ, Geometriæq;,in hisce fieri nequit, vt ad quæ magnitudinibus accidunt, Arithmetica demonstratio accōmodetur,nisi sint ipsæ magnitudines numeri: hoc autē vt in quibusdam fieri potest, posteriùs explicabitur. Arithmetica verò demōstratio, semper in se genus id habet, circa quod ipsa versatur: cæteręq; similiter:quare,si transire, migrareq; debeat demonstratio, aut idem genus simpliciter, aut aliqua ex parte idem nec ſle est esse:secùs verò patet fieri non posse. Ex eodē enim genere ipsa extrema,& media, necesse esse esse:nam si non sint per se,accidentia erunt profectò.

¶Quocirca fieri non potest,quo Geometria contrariorum vnam scientiam esse,vel duos cubos cubum esse,demōstrat:aut alia quæuis scientia,id quod ad aliam pertinet, nisi in hisce quæ sic inter se se

se se habet, vt altera sub altera collocetur: quo pacto tam ad Arithmeticam,Musica,quàm ad Geometriam, perspectiua se habet.

¶Neque si quid lineis inest, non vt lineę sunt,propriorumq; ratione principiorum Geometria demonstrat:veluti si pulcherrima linearum sit linea recta:aut si se habeat ad circunferentiam contrario modo:non enim hæc ratione proprij generis ipsarum, sed cuiusdam communis competunt.

Text.21. ¶Patet autem.Sit propositiones, ex quibus fit ratiocinatio,vniuersales sint,necessariò conclusionē quoque perpetuam esse demonstrationis talis, & demonstrationis omnino: nō est igitur eorum quæ intereunt demonstratio, neque scientia simpliciter, sed tanquam per accidens: quia non est ipsius vniuersaliter,sed aliquo in tempore, & quodam etiam modo: atque cùm est conclusio corruptibilis, necesse est alterā propositionem & non vniuersalem, & aducā esse:caducam, quoniā est & ipsa conclusio talis,cùm est illa talis: non vniuersalem, quoniam quoddam non erit eorum, quæ subiecti subiacent rationem: quare fieri nequit vniuersaliter ratiocinatio,sed hoc in tempore tantùm.

Text.22. ¶Similiter res se se habet & in definitionibus ipsis:quippe cùm definitio,aut principium demōstrationis sit,aut demonstratio positione differens, aut quædam demonstrationis conclusio.

¶Pat tertiā demonstrationes, atque scientias eorū quæ sæpe fiūt, vt lunæ defectiones,& huiuscemodi rerū, quo quidē sunt tales, hoc esse semper: quo verò non sunt semp, hoc esse particulares.

¶Cùm autem patet fieri nō posse, vt quidquam demonstretur, nisi suis quidque principijs, si id quod demonstratur rei competit, non vt est illa, non sane quippiam scitur, etiā si ex veris, & indemonstrabilibus, medioq; vacātibus ostēdatur. Fit enim vt quippiam perinde ostendatur, atque Brisō quadrationē ostendit. Huiuscemodi nanque rationes per commune quoddam ostēdunt, quod & alij competet: quapropter & ad alias res non propinquas ipsæ rationes accommodātur. Igitur res non vt illa est, sed per accidens scitur: non enim & ad aliud genus demōstratio accōmodaretur. Tunc autem vnumquodq; non per accidēs scimus cùm per id cognitionem consequimur, per quod competit, ex principijs illius qua ratione est illud: velut, cùm duobus rectis æquales habere, ei scimus competere, cui per se competit id ipsum ex principijs. Quare si illi competit ei per se cui competit,medium necesse est in eadem esse propinquitate.

Text.23.

¶Quòd si non sit ita, at perinde

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit,atq; cũ Musica per Arithmeticam demonstratur. Atque talia demõstrantur quidẽ similiter,differentia tamen est.Nã ipsum quidem esse ad aliam scientiam attinet. Subiectum enim genus diuersum est:ipsum autem propter quid,superioris nimiram est,cuius per se sunt ipsi effectus.Quare patet ex hisce fieri nõ posse, vt demõstretur quidquã,nisi ex suis quidquam principijs:sed horum principia habent commune.

Quòd si idconstat,patet fieri nõ posse quispiam proprium principiorum, vt demonstrationem exhibeat.Erunt enim illa omniũ principia, & ipsorum scientia domina omnium erit.Etenim is scit magis, qui superioribus ex causis scit:scit enim tamen ex prioribus cum ijs è causis scit, quæ non effectus subeunt rationem: quare si magis scit,& maximè:& si est illa scientia,magis profectò,maximeq; scientia est.

¶Demonstratio verò ad aliud genus nõ accõmodatur,nisi eo modo quo,tã ad demonstrationem facultatis machinarũ extruendarum, vel ad perspectiuas Geometricę,quam ad Musicam Arithmeticæ demõstrationes accommodantur,vt diximus.

¶At verò difficile admodum sese percipere est,quẽpiam, si scit nec ne.Est enim difficile cognoscere,si ex principijs vniuscuiusque sciamus nec ne: quod quidem est scire. Putamus autem sæpenumerò scire, si ex veris quibusdam,primis ve, ratiocinationem habemus.Id verò nõ est ita, sed oportet ipsis primis esse propinqua.

In text. 19.

INisto cap.7.qui diuiditur in.5.textus,repetit,& confirmat conclusionem propositam, scilicet omnem demonstrationem esse ex propositionibus per se,& subiecto,quod procedit ex proprijs,& addit,quod procedit ex perpetuis.

¶In text. 19. probat, quod ex per se procedit,quòd illa quæ sunt per se in vno quoque genere, sunt necessaria: sed procedit demonstratio ex necessarijs:ergo procedit ex per se.

¶Subdit,*Neque si semper sit,si non per se sit, nõ erit subscientia.&c.*Quod est dicere,quanuis præmissæ necessario concludant aliquam conclusionẽ,si non sunt per se:non faciunt propriam scientiam: vt si quis demonstrauerit,Omne mixtum esse corruptibile, quia experimur illud:hoc est à signo, & non à causa:quapropter non habetur scientia illius conclusionis, haberetur tamen, si sic fieret. Omne compositum ex contrarijs corrumpi necesse est: sed omne mixtum est compositum ex contrarijs: ergo omne tale corrumpetur.Et concludit Aristot. quòd ad hoc quòd conclusio simpliciter sciatur,*Debet tertiò,medium & medium, primò: per se inesse.&c.* Ac si diceret, Debet esse se tam minor,vbi medium de minori extremitate, quàm maior, vbi maior de medio, vt contingit in prima figura.

In text. 20.

¶In text. 20. Ibi.*Non igitur fieri.&c.* probat secundam conclusionem:scilicet, demonstrationem procedere ex proprijs principijs:quia nec ex principijs alterius scientię,nec ex communibus. Et quia ex proprijs, dicit, non contingit transire de genere in genus:quia Arithmetica,non vtitur demõstratione Geometrica.

¶Consequenter probat,quòd non procedit ex cõmunibus: & supponit tria esse demonstratione.Primum,id quod demonstratur inesse: & hoc est quod se ineſt generi,id est,subiecto alicuius scientiæ: vt sunt propriæ passiones.Secundum, in demonstratione est dignitates, & principia communia.

complexa sunt,per quæ procedit talis scientia.Tertium est,genus ipsum, id est, subiectum,cuius passiones demõstrantur: vt in Geometria,quantitas continua, & in Arithmetica,numerus.

¶Subiectam scientiæ vocatur genus:quia non de qualibet specie est alia,& alia scientia:sed de vno genere vna scientia: vt de animali vna,& de quantitate cõtinua vna:cuius plures sunt species: & de discreta vna, cuius etiam sunt plures species.

¶Ibi.*Fieri igitur potest.&c.* Probat nullã scientiã ex alijs probare.Pro quo oportet notare,q̃ subiecta scientiarũ possunt habere in triplici differentia:vel subiecta sunt ex æquo genus diuidentia: vt est Geometria, & Arithmetica:quia continuum, & discretum ex æquo genus diuidunt. Secũdo modo subiectum vnius, inferius ad subiectum alterius: vt est in scientia de animali, & scientia de homine: & scientia de triangulo,& de Isochele.Tertio modo, quando subiectũ vnius,est inferius accidẽtaliter ad subiectũ alterius:vt Geometria:& Perspectiua, Arithmetica,& Musica: cuius subiectum Musicæ, quia numerus sonorus: est accidentaliter inferior ad subiectum Arithmeticæ:scilicet ad numerum.

¶Primo modo, scientiæ sunt diuisæ: & si vna vteretur alterius principijs, diceretur transire de genere in genus:sed secundo & tertio modo cõtingit: & sic potest de superiori ad inferiorem transitus contingere: quia sunt subalternæ.

¶Formatergo sic rationẽ.Illa scientia nõ potest demõstrare ex principijs alterius scientiæ,cum qua nõ communicat in genere,id est subiecto:sed scientiæ diuersæ, quarũ vna alterius non subalternatur,non communicat in subiecto:ergo in talibus vna non potest demonstrare ex principijs alterius. Et insinuat maiorẽ,ibi, *Fieri igitur potest,&c.* id est, potest contingere,vt in aliquibus scientijs eadem sint principia:vt est in subalternante,& subalternata:sed in Arithmetica,& Geometria fieri non potest.

Et posito quod in subiecto,nequein participant,probat q̃ non communicabunt in alijs duobus,scilicet,in dignitatibus:neq; in passionibus quæ demõstrantur:Quod probat ibi,*Ex eodem enim genere:ipsa extrema,& media,&c.* Ac si diceret, medium, & extremitates debent esse eiusdem generis:quia medium debet esse definitio subiecti:&subiectum est minor extremitas: & eius passio est maior extremitas, vt contingit in isto syllogismo, Omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale:ergo omnis homo est risibilis. Et ex istis tribus debent constare dignitates,medium,& passio,debent per se cõuenire subiecto: vt si quis in Geometria vellet probare, omnem triangulum habere tres,sumeret pro medio triangulũ æneũ: supposito omnis triangulus est ex ære,sic, Omnis figura ænea habet tres angulos æquales duobus rectis: & omnis triangulus est figura ænea: ergo. Tunc vteretur principijs alienis, quia illa passio per accidens inest medio, & medium per accidens inest subiecto.

¶*Quocirca fieri.&c.* Ostendit exemplis conclusionem propositam:quia Geometra nõ probat contrariorum eam esse scientiam, quia hoc ad Dialecticum: nec duos cubos cubum facere,quia ad Arithmeticam. Ad intelligendum secũdum exemplum de cubo nota,quod cubus in continua quantitate est corpus omnium laterum æqualium: vt taxillus,vel tessera.Cubus dicit corpus. In numeris datur superficialis numerus solum,& est ille,qui constat ex suis ipsius multiplicatione:vt bis duo faciũt.4. Quaternarius est numerus superficialis: & ter tria. 9.est etiam similiter: sed si rursus dicerem, ter tria ter, faceret. 27. & esset cubus. Bis duo duo faciunt.8.est numerus cubus,qui constat ex ductu numeri bis multiplicati: & iam non superficialis vocatur, sed solidus: & sic cubus. In cubis continuis, ex duobus non fit cubus:vt si ponas duos taxillos,fit corpus altera parte longius:si tamen quatuor apponas alijs quatuor, ex.8. fit cubus: sic in numeris ex duobus cubis non semper fit cubus:vt. 16.sunt duo cubi, quia duo octonarij: & nõ fit cubus si tamẽ duos cubos iungas,multiplicando vnũ per alium, semper fiet cubus: vt. 8. est cubus, &.27.est cubus, multiplicando vnum per alium.Ex istis cõstat.216.qui est cubus,cuius radix est.6.nã sexties.6.sunt.36. & rursus sexties.36. sunt.216. & qui est cubus numerus,& radix est solũ.6. Probat ergo Aristo.ingeniosè nõ pertinere ad Geometrã, probare duos cubos facere cubum,sed esse illi extranea,& propria Arithmetici.

Numer⁹ cubus.

Numer⁹ cubus.

¶Ibi.*Neque si quid lineis.&c.* Ponit exemplũ quomodo non solùm scientia nõ debet vti principijs alienis sed neque accidentibus impertinentibus sui subiecti: sicut Musica de numero sonoro:non debet de eo in quã tum delectabilis tractare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Textus.21 ¶In tex.21.tertiam probat cõclusionem, scilicet quòd demonstratio est eorum quę sunt perpetua, & incoruptibilia. Et facit virtualiter hanc consequentiam, si præmissæ sunt perpetuæ, & necessariæ, conclusio erit perpetua: si antecedens est necessariũ, consequens est necessarium: & quia sunt de omni posteriori sticæ, id est vniuersales, non intereunt, sed sunt perpetuę. Et si conclusio est corruptibilis, necessarium est aliquam præmissarum esse caducam, & non vniuersalem.

Textus.22 ¶In text. 22. *Similiter res se habet.&c.* Subdit per inde res se habere in definitionibus, atque in conclusionibus scibilibus: quia definitio non est corruptibilium, id est singularium, sed specierum inquantũ sunt vniuersales: nõ enim primo definitur Ioãnes, sed homo: quia eo ꝙ homo est animal rationale, & Ioannes est talis. Imò & propriũ primo respicit speciem, & secundo individua speciei: contrario modo accidentia cõmunia primo respiciunt individua.

¶Probat definitionem non esse corruptibilium: quia demõstratio corruptibiliũ nõ est: quia definitio aut est principiũ demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut demonstrationis conclusio.

Quod probatur: quia cũ definitio explicet rei causam, loquendo de definitione quidditatiua, potest explicare quoduis quatuor generũ causarum: & vna definitio per aliã potest demonstrari. Finis est prima causarũ, quæ mouet agentẽ: & agens formã producit, & materia secundum formæ exigentiã disponitur: & sic materialis definitio à priori demonstratur per formalẽ: & formalis per efficientẽ: & efficiens per finalem: vnde de primo ad vltimũ, materialis, & formalis per finalẽ: vt definitio materialis domus, est ꝙ sit cõposita ex lapidibus, & lignis: formalis ꝙ sit habẽs quadrati formã: ex quibus potest dari domus definitio: vt sit cõpositũ qd ex lapidibus, & lignis, quadrati habens formã. Quando ergo probatur hãc esse domũ per alteram definitionum, tũc definitio est demõstrationis principiũ, vt. Quicquid ex lapidibus, & lignis rectè componitur in forma quadrati, à frigore defendit: sed domus est huiusmodi. Vna definitio est demõstrationis principium, & alia est conclusio demõstrationis. Vel a priori materialis demõstretur per finalẽ hoc modo. Quicquid est ad nos protegẽdũ à frigore, ex lapidib⁹ & lignis debet cõstare: sed domus est ad hoc. Si tamen ex vtraque definitione, materiali, & formali vna fiat totalis definitio, tunc ipsa definitio est demonstratio, positione differens, id est dispositione differens: quia ibi ponitur virtualiter medium, & conclusio: hoc solo excepto, quòd non sunt tres propositiones dispositæ in modo, & figura: & sic sequitur quòd quandoquidem definitio est pars demonstrationis, ipsa de corruptibilibus non sit, sicut neque demõstratio.

¶*Cum autem pateat.&c.* Hic Arist. probat nõ recte probari ex cõmunibus principijs, vt Iuti Briso non propiè demonstrabit circuli quadraturam ex cõmunibus principijs: de qua Arist. in prædicamẽto ad aliquid dixit non esse sciẽtiam inuentã illius scibilis. Bruto ad inueniẽdã scientiã vtebatur hac ratione: vbi est maius, & minus est, & æquale: sed descripto circulo dabit intra quadratũ minus, & extra quadratũ maius: ergo poterit dari æquale. Ait Arist. ꝙ hęc demõstratio non rectè procedit: quia nõ ex proprijs Geometriæ principijs, cuius est quadrare circulũ, cuius subiectũ est, quantitas continua, & principiũ etiã est quãtitatis discretæ: & sic tale non cõuenit illis rebus, inquãtum sunt quantitates continuæ, sed de per accidens. Nam esse maius, & minus, conuenit etiam numeris: ideo dicit, quòd si propria passio demonstratur de proprio subiecto, necesse est mediũ esse in eadem propinquitate. Et si aliquis instet, quia Musicus vtitur principijs Arithmeticæ, respondetur non esse inconueniens, quia est idẽ subiectum: nam Arithmeticæ est numerus: & Musicæ, numerus sonorus: ob id principia numerorum possunt probare circa numerum sonorum. Et subdit. *Ipsum quidem esse, ad aliam scientiam attinet, &c.* scilicet ad subalternatam, quod Boëtius trãsfert, quia est proprium subalternatæ: & Argiropylus: esse scilicet verum est subalternatæ. Nam cùm subiectum Musicæ sit numerus sonorus, quare sit sonorus proprium Musicæ: vt quòd Diatessaron, quę est sexquitertia, scilicet quatuor ad 3. sit proportio rationalis: & ꝙ sonora, non probat Arithmeticus, sed Musicus.

¶*Quod si idem stat.&c.* Infert, ꝙ nulla scientia demonstrat sua propria principia, sed ad Metaphysicam, quæ est omnium domina, spectat probare omnium principia. Non dicit expresse ad Metaphysicam spectare, sed dicit virtualiter: nam sicut se habet Geometria ad Perspectiuam, & Arithmetica ad Musicã, ita se habet Metaphysica

Textus.23

Instantia. Diluitio

Transl. Boë.

Metaphysicæ supremæ scientiæ.

Metaphysica de principijs aliarũ scientiarũ iudicat.

sicaad omnes alias: nã quia subiectũ Arithmeticæ est numerus, & Musicæ numerus sonorus, quia communis numerus, habet Arithmetica iudicare de principijs Musicæ. Cum ergo Metaphysicæ subiectum sit ens absolutè, ipsa habebit iudicare de principijs omnium scientiarũ. Exempli gratia. Omne totum est maius sua parte, est principium in Mathematicâ: si quis neget, Metaphysicus probabit, Omne continens est contento maius: sed totum est partem continens & pars contentum: ergo totum maius est sua parte.

¶Probat etiam excellentia Metaphysicæ ex excellẽtia subiecti: quod est ens simpliciter, vt. ncludit primam causam, & intelligẽtias. Et licet Mathematicè scientiæ ex parte modi procedendi sint præstantiores, quia certiores, Metaphysica tamen ratione subiecti excedit, vt Arist. in prologo de anima probat.

¶*Demonstratio uerò.&c.* Concludit Arist. suã intentam cõclusionem, quomodo demonstratio ex proprijs procedit principijs, & non ex communibus, nisi inquãtum subalternata vtitur principijs subalternantis, vt Musica Arithmeticæ. Et concludit, *At uerò difficile est cognoscere quando quis ex proprijs principijs demonstrat, &c.* Et difficile, quia aliquãdo putabit aliquis se demõstrasse, & scientiam habere, & decipietur, quia nõ ex proprijs probat.

CAP. VIII.

De principijs tam communibus, quàm proprijs.

Textus.24 EA autẽ in quocũq; genere principia dico, ꝙ fieri nequit vt esse demonstretur. Sit quidnãipsa prima, & ea quæ ex hisce proficiscuntur significant, sumitur: at ꝙ sint principia sumere, cætera demõstrare necesse est. Ceu quid est vnitas, aut rectũ, aut triangulus sumitur: esse verò vnitatẽ, ac magnitudinẽ sumere, cætera autem demonstrare oportet.

¶Eorum autem, quibus in demõstrationis vtuntur scientijs, alia cuiusque scientiæ propria, alia cõmunia sunt: communia verò, similitudine rationis: quippe vsus eorum tantùm se se extẽdat quatenus in scientia, quantum ei iusque subiecto generi cõgruit. Propria sunt, vt lineã esse talẽ, rectam ve: cõmunia, vt si ab æqualibus æqualia demas, ea quæ restant, æqualia sint: atq; horũ vnũquodq; cuiq; satisfacit, ad cuius ꝙ genus accõmodatũ. Idẽ enim hoc facit, ac si nõ de omnibus ipsum accipiat Geometra, sed de magnitudinibus tantùm, & Arithmeticus de numeris solùm.

¶Sũt etiã & ea propria, circa quę scientia considerat ea, quę per se illis insunt, atque hæc & esse, & quid sunt, scientiæ sumũt: vt vnitates, Arithmetica, puncta lineas ve, Geometria: at horũ per se affectuũ quid quidem quisq; significat, sumũt: vt Arithmetica: quid par, quid impar, quid quadratũ, quid quoque cubus: Geometria, quid exper rationis, quid frangi, quid cõcurrere, & huiusmodi cætera. Demõstrat autem ipsos esse, & per communia, & per ea quæ demõstrata sunt. Eadem & Astrologia facere solet.

Textus.25 ¶Omnis nanque demonstratiua scientia circa tria versatur. Ea sunt, ea quæ ponit esse: hæc autem sunt genus, cuius per se effectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum est cõtemplatrix: & ea quæ communes dignitates, dicuntur ex quibus primis demonstrat: & tertium affectus quem quid quisque significat sumit: nihil tamen prohibet scientiarum nonnullas horum præterire nonnulla: veluti genus nõ supponere esse, si esse pateat: non enim æquè & numerum, & frigidum & calidum esse patet affectus etiam nõ sumere quid significãt, si sint clarè, sicut nec dignitates, nihil prohibet: vt quid significat æqualia ab æqualibus auferre, quia est notũ: sed nihilominus hæc tria natura sunt: id inquã circa quod scientiam demonstrat, & ea quæ demonstrat, atque ea ex quibus demonstrat.

¶Non est autẽ id suppositio, neque postulatio sanè, quod per se ipsum esse videritq; necesse est, Demonstratio nanq; non in oratione quæ est extra, sed in oratione quæ est in mẽte cõsistit: quandoquidẽ neq; ratiocinatio in illa consistere videtur. Cùm enim semper aduersus orationem, quę extra est, per inficiationem obsteturi: vt aduersus eam quæ est in mente, non semper.

Tacitæ obiectioni respondet.

¶Quod igitur demõstrari quid potest, non demonstratum autem à se quispiam sumit, id aut supponit, si ita esse discenti videtur, atque hæc non absolutè quidem, sed ad illum tãtùm suppositio est: aut postulat, si nulla prorsus discenti de hoc opinio vel etiam contraria insit. Atque hoc inter suppositionem, postulatio nẽq; interest. Etenim id est postulatio, quod est cõtrariũ opinioni discẽtis: vel quod quidem demõstrabile est, sed illud quispiam sumit, vtiturq; non demonstrato.

¶Definitiones igitur cũ affirmationes aut negationes non sint, suppositiones nõ esse patet: quas quidem vt genus propositio cõplectitur. Definitiones præterea percipiãtur solùm oportet: at id suppositio non est, nisi quispiam & audire suppositionem dignum censerit esse. Sed ea sunt suppositiones, quæ cũ sint hoc ipso quod sunt, emergit ipsa conclusio. Neque Geometra falsa supponit, quemadmodũ nonnulli putarunt, qui quidem inquiunt, demonstrantem falsis vti suppositionibus nõ oportere: Geometram verò falsa supponere, designatam lineam nunc pedalem, nunc rectam esse dicentẽ, quę quidem nec recta, nec pedalis existat: nam Geometra cùm non sit ea linea, quam designauit, aut protulit ore concludere solet, sed cùm ea sint quæ per illam significantur, aut indicantur, quæ designauit ac protulit ipse. Super omnis postulatio, suppositioq; aut vniuersalis aut particularis est: at neutrum istorum definitionibus competit, quare definitiones, suppositiones, postulationesq; nõ sunt.

¶For-

¶Formas igitur aut vnum quid præter ipsa multa esse, ideo quia demonstratio sit necesse nõ est: tamen verum est dicere, necessariò vnũ esse de pluribus prædicãdum: nam si id nõ sit, vniuersale sanè non erit: at si vniuersale nõ sit, nec erit medium ipsum: quare nec demonstratio. Esse igitur vnum, quid oportet, demq; de pluribus non solùm communi nomine prædicandum.

Text.16. ¶Nulla autem demonstratio sumit fieri nõ posse, vt simul idem affirmetur, atq; negetur, nisi fuerit onus, vt hoc etiam pacto demonstretur cõclusio. Quod quidem fuerit, si sumpserimus affirmare quidem primum de medio esse verum, negare autem verum non esse. Nihil autem refert medium esse atque non esse sumere, & tertium pari modo. Nam si datum est id, quo hominem dicere verum est, & si detur & id etiam quo non hominem dicere verũ est, tamen si tantùm hoc totum sumatur hominem, inquam, animal, non autem non animal esse, erit verum. Calliam, etiam & non Calliam, animal, non autẽ non animal dicere. Causa autem est: quia primum non solùm de medio, sed etiam de alio dicitur, propterea quòd ad plura se se extendit. Quare ad conclusionem nihil refert, & si mediũ & ipsum, & non ipsum est.

¶Hoc autem omne, inquam, affirmandum aut negandum esse, ea demonstratio sumit, qua deducitur ad id quod fieri nequit: nec tamen semper vniuersaliter, sed quo ad satis est generi, circa quod genus demonstrationes afferunt, sicut & priùs est dictum.

¶Conueniunt autem inter se scientiæ omnes, in hisce quæ cõmunia sunt: cõmunia verò dico, quibus vtuntur tanquam ex eis demonstrantes, non autẽ de quibus demonstrat, nec ea quæ demonstrat. Text.17.

¶Differendi quoque facultas cũ omnibus conuenit, & si quæ vniuersaliter ipsa communia ostendere nitatur: velut omne quoduis affirmetur, aut negetur oportet, vel ab æqualibus demptis æqualibus, æqualia sunt ea quæ restant. vel talium aliqua, atq; ipsa differendi facultas, non est hæc definitorum quorũdam, neque generis cuiusdam: non enim interrogaret. Demonstranti nanq; interrogare non licet, propterea q; ex oppositis idem non ostendatur, hoc autem demõstratum in hisce est, quæ de ratiocinatione sunt pertractata.

IN hoc capitulo octauo Aristo. facit latiorem sermonem de principijs demonstrationis propter quid: & ostendit primò quæ sint principia propria, & quæ communia, & quomodo quelibet scientia vtatur principijs, illa præsupponendo, vel exponẽdo, aut formaliter vtendo aliquibus & alijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

& alijs virtualiter. In quo capitulo sũt quatuor textus, & primus est. 24. in ordine: in quo ponit definitionẽ principij, ait enim. Principia sunt in quouis genere quæ in tali genere sunt indemõstra. Alia, quæ illa sunt, quæ immediata: vt est propositio, in qua propria passio prædicatur de definitione: aut definitio de definito: aut dignitates. Dicit etiam, quòd tam principiorum, quàm conclusionum, quæ ex eis sumitur, priùs quid significent, id est tanquam suppositũ recipiuntur significationes terminorum: licèt principia ipsa sumenda, & conclusiones sint demonstrandæ. Ponit exemplum, vt quid est vnitas, & quid rectum, id est definitio vnitatis, quæ est primum subiectũ Geometriæ: & definitio recti, & trianguli, quæ sunt passione sillius. Item, subiectum supponere, id est vnitatem esse, supponendum est.

Propria passio nomine affectuum. ¶ *Aliorum per se affectuum quid significant sumitur, &c.* Nomine affectuũ semper apud Aristo. intelligitur propria passio: vt Arihmetica supponit quid significat par, & quid impar: quid quadratum, quid cubus, quæ sunt numeri passiones. Et Geometria supponit quid significat expers rationis id est proportio irrationalis, quæ non potest reperiri in numeris: cũ vnitas sit pars aliquota cuiuslibet numeri: sed reperitur in quantitate continua: sicut inter diametrũ & costam quadrati æquilateri. Scientia ergo demonstrat hos affectus, id est has proprias passiones inesse subiecto.

¶ In tex. 25. explicat adhuc clariùs principiorum differentiã, scilicet, postulationes, suppositiones, & cõmunes animi cõceptiones. Ibid. *Non est autem. &c.* Ponit itaq; inter postulationẽ, suppositionem, & dignitatẽ differentiam. Pro cuius intellectu notandũ

Differunt. Suppositio. Dignitas. Petitio. Defini. differre ista, Suppositio, Dignitas, Petitio, & Definitio. Conuenientia primò est, quia omnia ista quatuor sunt principia, ex quibus procedit demõstratio: quia in ipsa sciẽtia non demõstrantur, sed per principia alterius scientiæ: sed differentia est: nam dignitas differt ab alijs tribus, quia ipsa est propositio per se nota simpliciter, & secundũ se, & quo ad nos: alia tamẽ licet possint esse euidentia secundũ se, nõ tamen quo ad nos: quia termini non sunt omnibus per se noti. Quo circa licèt qui demonstrat, illa nõ demonstret, debet tamẽ aliquo modo exponere vel supponere tanquam vera.

2. Differẽ. ¶ Secunda differentia est, inter suppositionẽ, & petitionẽ. Suppositio accipitur vno modo generaliter, vt cõmunis est omnibus principijs: alio modo specialiter, vt distinguitur cõtra petitionem. Si enim aliquod principiũ nõ sit tã euidẽs, vt dignitas, sed tã respondenti verũ apparet, aut quia sic est: aut quia in opinione respondentis verum est: illud est suppositio: vt si quis supponat definitionem trianguli, esse figuram rectilineam trium angulorum. Aut si quis cum aliquo disputans, supponat illi, corpora fieri ex atomis, quod ipse opinabatur verum, licèt sit falsum. Hæc omnia dicũtur suppositiones speciali nomine.

¶ Si verò tale principium, neque sit euidẽs respondẽti, neque facilè persuaderi potest, & est in rei veritate dubium respondenti: aut contra eius opinionem, dicitur petitio, seu postulatio: quia demonstrator hoc postulat à respondente: vt si petat solum esse maiorẽ terra, aut astra esse paria. Vel quis ab Arist. qui scit non dari vacuum petat, vt ex eo probet per tale spacium, fieri non posse motum successiuum.

3. Differẽ. ¶ Tertia differẽtia est inter definitionẽ, & alia tria: quòd aliæ sunt propositiones, & sic generali nomine dicuntur suppositiones: & definitio non est propositio: ideo dicitur positio, & nõ suppositio. Has tres differentias Arist. declarat in isto tex. 26. Prima differentia ponituribi. *Per se ipsum esse &c.* Vbi dicit, dignitas per se vera, & per se omnibus apparet vera: vt Quodlibet est, vel non est. At si quis obijciat quod posset quis negare, dicit quòd demonstratio non est in oratione extra, id est in voce, sed in mẽte: ac si diceret, quòdlicèt quis voce neget illam dignitatem, non tamen mẽte potest, quia ibi sunt per se euidentia, iuxta illud Commentatoris primo de anima com. 1. Intellectus agens est causa primarũ propositionum, quoad euidentiam: aliàs si satis esset negare principia, non solùm nulla esset demonstratio, sed nulla esset ratiocinatio, id est syllogismus.

¶ Ibi. *Quod igitur, &c.* ponit secundam differentiam inter suppositionem, & postulationem: & ibi: *Definitiones igitur. &c.* ponit tertiam differentiam inter definitionem, & alia. Et tandem in fine textus concludit, propter necessitatem scientiarũ non esse opus ponere formas separatas: si desit, ideas (vt Plato ponebat) sed est necessarium vnum ponere de pluribus prædicandũ: idest vnã cõmunem rationẽ specificã, vel genericã, abstractã ab indiuiduis, quę sit in ipsis singularibus, & idẽ re cum eis, sed ratione ab ipsis differens: quę sic abstracta, habeat rationẽ vniuersalis: de qua sit scientia, & definitio: & sic potent esse medium in demõstratione. Et notandus est iste locus Arist. vbi cõcedit ipsa vniuersalia, non tamẽ ab ipsis in diuiduis separata: sed solum per operationem intellectus abstracta.

Notandus hic locus Aristo. In tex. 16.

¶ Ibi. *Nulla autem demonstratio, &c.* dicit, quomodo vnaquæq; scientia, principijs communibus vtatur. Duo sunt generalia principia, vnum affirmatiuũ: De quolibet est, vel non est, est verũ affirmare. Et aliud negatiuum De nullo idem affirmari, & negari. In prima parte textus probat de negatiuo, in secũda de affirmatiuo. Hic locus est valde obscurus in Aristo. & mendosi sunt exẽplaria. Magister Soto declarat in isto loco sensum Arist. qui est, q̃ tres sunt termini in syllogismo, maior extremitas, medium, & minor extremitas. Qui ab Arist. vocãtur primus, medius, & tertius, vt sunt in proposito, animal, homo, Callias. Intendit ergo Aristo. docere, q̃ illud principiũ, De nullo idẽ affirmari & negari verũ est, non intrare formaliter demonstrationem. Et probat sic: aut debet intrare ex parte primi, id est maioris extremitatis, aut ex parte medij, aut ex parte tertij, scilicet minoris extremitatis, sed nullũ istorum. Ex parte maioris extremitatis non potest poni sub illa forma vt iacet, sed si accipiatur pro maiori extremitate duo termini contradictorij: quorũ vnus affirmetur, & alius negetur de medio, scilicet, Omnis homo est animal, & non est non animal: Callias est homo: ergo Callias est animal, & non est non animal, hæc optima forma demonstrationis est. Ex parte vero medij nõ potest addi hoc principiũ in proprijs terminis: neque ex parte minoris extremitatis: sed addetur si accipiãtur pro medio, aut pro minori extremitate duo termini contradictorij, scilicet omnis homo & non homo est animal: prima pars distributa in sensu copulatiuo: scilicet omnis homo est animal, & nõ homo est animal. Callias est homo, & Callias est nõ homo: ergo Callias est animal. Sensus ergo Arist. est, quod quanq; possit dari vtraque pars maioris vera, tũ illa pars de subiecto infinito est superflua, & nihil refert ad syllogismũ. Si enim detur q̃ omnis homo est animal, & nõ est non animal, & q̃ Callias est animal: licet nõ detur illa, scilicet non homo est animal, & non est non animal, neq; illa, Callias est non homo, sequeretur cõclusio, Callias est animal, & nõ est non animal. Eadem ratione nihil refert si ex parte minoris extremitatis sumatur contradictio, scilicet Callias & non Callias est homo. Quæcũque enim pars subsumatur, sufficit vt de illa cõcludatur maior extremitas.

¶ Litera Arist. sic legi debet. *Nulla demonstratio sumite fieri non posse, ut simul idem affirmetur atque negetur, &c.* Id est, nulla formaliter sumant hoc principium, (nisi fuerit opus hoc etiam pacto demonstretur cõclusio, quod quidẽ fuerit, si sumpserimus affirmare quidem primum, id est maiorem extremitatem de medio esse verum, negare autem verum non esse.) Cuius iam nos exemplum posuimus. *Nihil autem refert me eam esse, atque non esse sumere & tertium pari modo, &c.* Id est, nihil ad vim demõstrationis conducit, duos terminos cõtradictorios capere, aut ex parte medij aut ex parte minoris extremitatis. Et probat vtrũq; simul. *Nã si datũ est id quo hominem dicere verum est, &c.* Id est, data est maior propositio, qua vere enũciatur hominẽ esse animal, & nõ esse nõ animal: & si detur etiã id quo non hominem dicere verum est, id est quanuis detur vera alia pars maioris de subiecto infinito, scilicet non homo est animal, & non est non animal. *Tamen si tantũ hoc totũ sumatur hominẽ inquam animal, nõ autẽ nõ animal esse, &c.* Id est, si tantũ sumeretur pro maiori illa pars de subiecto finito, *Verè etiam verum, &c.* Id est optimè concludetur, Callias, etiam & non Callias animal; non autem nõ animal dicere. Si enim sumatur Callias, & non Callias est homo, infertur Callias & non Callias, est animal, & non est nõ animal. Ponit causam cur maior extremitas, quæ dicitur de medio, dicatur etiam de eius contradictorio. *Causa inquit quia primum. &c.* Id est, maior extremitas non solum de medio, sed etiam de alio dicitur: propterea quia ad plura se extendit.

¶ In secunda parte textus, scilicet ibi. *Hoc autem, &c.* probat Aristot. hoc principium affirmatiuum. Quodlibet est vel non est, deseruire demõstrationi, quia desernit ducere ad impossibile contrarium ad id quod fieri nequit, scilicet ad impossibile.

Ducere ad impossibile

¶ Argumentatio ad impossibile duplicitèr fit. Vel ad probandam bonitatem consequentiæ, & hoc in libro priorum, sicut in syllogismis probatum est Baroco & Bocardo, reducendo ad Barbara (sicut ibi dictũ est.) Vel ad probãdam veritatẽ propositionis, quod pertinet ad libros posteriorum. Vt si quis hanc negaret, Animal non est ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

est homo,ducendo ad impossibile, probaret suam contradictoriam falsam,&c. Omne animal est homo:equus est animal,ergo equus est homo. Consequētia bona in Darij:sed consequens est falsum:ergo & antecedes. Et nō minor,ergo maior. Et est cōtradictoria negatæ:ergo illa erat vera. Quod probatur per illud affirmatiuū principiū. De quolibet affirmatio, aut negatio est vera. Et ob id si affirmatio falsa est, omne animal est homo: negatio est vera, animal nō est homo. Sic est verum, quòd ista prima principia generalissima non intrant formaliter ipsam demonstrationem, sed virtualiter(vt patet in argumento propositō)nam non fuit principium sumptum tanquam præmissa,sed ad probandum quod si talis propositio est falsa,sua contradictoria erit vera. Sequitur. *Nec tamen semper uniuersaliter, sed quoad satis est generi.* Ac si diceret:quod nō semper tale principium sumitur cum illis terminis generalissimis,ens,vel nō ens:sed accommodate ad subiectum scientiæ. Nam Geometra dicit, hæc quantitas est commēsurabilis,vel incommensurabilis. Arithmeticus vtitur, numerus est par, vel impar: & Physicus,est corpus mobile,vel immobile moralis, est virtus,vel vitium.

In.text.27. ¶ *Conuenit autem.&c.* Infert Arist. quòd omnes scient.,cōueniunt nō in subiecto:quia solū subalternās & subalternata:nec in id quod de subiecto demonstratur.quia sicut in speciali scientia, est speciale subiectum, etiam est specialis propria passio, quæ demonstratur: sed conueniunt in principijs, ex quibus demonstrant, scilicet in illis generalissimis supradictis:ad sensum expositum in tex.precedenti.Secundo infert Arist.o.quod differēdi facultas,id est Dialectica,conuenit cū omnibus:id est, habet principia communia, quibus in omnibus scientijs vtitur.

¶ Notandum est,quòd vult ponere conuenientiam inter Dialecticam, & Metaphysicā:& differentiā ab alijs scientijs, & differentiam inter vtranque.Conueniunt Dialectica & Metaphysica,(vt habetur. 4. Met tex.5.)quia vtraq; est scientia cōmunis ratione sui subiecti,aliter,& aliter tamen.Nā Metaphysicæ ens absolutè:quod superius est ad omnia subiecta aliarū scientiarum ad ipsam attinet persuadere principia aliarum scientiarum,ratione communi. Vt videlicet,si quis neget,Omne totū maius est sua parte,quod est mathematicum principium,Metaphysicus probat cōmuni ratione. Omne continens contento est maius. &c.& similiter hoc principium. Si ab æqualibus æqualia demas.&c. Si ab eis quæ eodem modo se habent demas,eodem modo se habebunt.&c.Ideo cognitio Metaphysicæ in omnibus scientijs est necessaria.

Quomodo Metaphysicus aliarū scientiarum principia probat.

Subiectum Dialecticæ cōsimile.

Dialecticæ subiectū est ens rationis, quod licet superius non sit ad omnia subiecta aliarum scientiarum: quia tamen in omni scientia est aliquid predicabile & species,& genus,quod vniuersale est ens rationis est etiam non determinati subiecti, potest etiam communes persuasiones assignare: (vt Euclides probat in cōclusione.20.suo proprio principio) quod longissimum latus trianguli, sit minus duobus reliquis simul sumptis. Dialecticus persuadebit id, quia punctis extremis datis.a. &.b. inter illa linea est velut chorda,& alia duo latera velut arcus, & sic æquari nō possent illis duobus. Item Philosophus probat,odium esse in cōcupiscibili,sicut & amor. Quia per odiū cōcupiscimus inimico malū, sicut per amorē bonum. Dialecticus tamen probat cōmuni ratione,quia amor,& odium contraria: & contraria habent fieri circa idem: ergo sunt in eodem subiecto.

2.Top.c.1 1.mer.co 3.

Differentia inter dialecticā & metaphysicam

¶ Est differentia inter Metaphy. & Dialecticam:quia illa vnam partem cōtradictionis sumit, sed hæc vtranque: quia ex vera & falsa probabiliter procedit. Et sic vocat eam differendi facultatem,vt à demonstrativa distinguat:quæ solum ex vero, & necessario procedit, Geometra probat esse incommensurabilem diametrū costæ quadrati æquilateri. Dialecticus tamē probat esse commensurabilem probabiliter. Quia in æqualium laterum quadrata, diametrus est cōmensurabilis,& in numeris quilibet similiter:ergo in quantitate continua.

¶ Literæ sensus est. *Differendi facultas.* Idest, Dialectica omnibus conuenit, idest habet principia communia ad omnes:& *Si est alia, &c.* quæ vniuersaliter.

At ipsa differendi facultas,&c. Idest Dialectica, non sumit determinatam partem contradictionis, vt Metaphysica, sed vtranque, aliàs non interrogaret. Sed demonstrator non interrogat, quia solum ex necessario procedit.&c.

CAPIX

De proprijs cuiusque interrogationibus.

Quòd

QVòd si eadem interrogatio ratiocinatiua,& propositio contradictionis est(sunt autem in vnaquaque scientia propositiones ex quibus vniuscuiusque propria conficitur ratiocinatio) erunt porrò & interrogationes quædam,ad singulas scientias attinentes, ex quibus fit cuiusque propria ratiocinatio. Patet ergo nō omnem interrogationē Geometricam esse, nec ad medēdi artem omnem accōmodari,& pari modo de cæteris. Sed aut ea, ex quibus aliquid eorū ostenditur, de quibus est ipsa Geometria:aut ea,quæ ex eisdē demōstratur, ex quibus Geometria demonstrat: qualia sunt perspectiua:idē est & in cęteris intelligendum. Atque de his ipsis reddenda quoque ratio est ex Geometricis principijs, conclusionibus ve: sed de principijs non est reddenda ratio Geometræ, quatenus professor Geometriæ est: eadem sunt & in cæteris scientijs obseruanda.

¶ Nec enim artificem quenque quantuis percontari,nec ad quamuis interrogationem de singulis respondere oportet: sed ea tantùm, quæ in scientia sunt determinata sunt. Quòd si quispiā cum Geometra, quatenus Geometra est,sic differuerit, patet & bene illum esse disceptaturum, si ex his ostenderit aliquid: quod si non hoc differuerit modo, nō bene sine dubio disceptauit. Patet etiā illum non redarguere Geometram,nisi per accidens,quam ob rem inter ignaros Geometriæ, de Geometria differendum non est:latebit enim is,qui dixerit prauè. In cæteris etiam scientijs, res se se habet similiter.

Nota.

Text.28. ¶ Cùm autem interrogationes Geometricę sint,sunt ne & ageometricę,& interrogationum eæ, quæ ab ea prodeunt ignoratione,quæ est dispositio, Geometricæ ne sunt an nō, & in quacunq; facultatū similiter? præterea vtra ratiocinationum ab ignoratione proficiscitur:ea neque ex oppositis constat, an ea quæ constructa vitiosè est? At enim ageometricę interrogationes, aut ex Geometria sunt,aut ex alia facultate: nā Musica quidem interrogatio ageometrica est: ex Geometria vt æque distantes putare concurrere, tum Geometrica tū ageometrica est: duplex enim ageometricum, & perinde atque informe: atque alterum ex eo, quia nihil Geometricę vt informe quod vacat forma:alterum ex eo,quia aliquid eius prauè complectitur: vt informe,quod turpem habet formam fœdamq;:atque hæc ignoratio,& que ex talibus est principijs,Geometriæ est.

Text.29. ¶ In mathematicis autem non similiter fraus fit, cùm differitur: quia medium est semper duplex:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam alter extremorum de hoc omni,& hoc rursus idẽtidem de altero dicitur:atque prędicatum nõ dicitur omne:hæc autem cernere licet, quasi mentis perceptione. In differendi verò facultatis disceptationibus latent. Est ne omnis circulus figura? si designauerit,patet: sed quidnam vltrà:carmina ne sunt circulus?cõtinuò patet non esse. Atque non oportet inficiationem ad ipsum afferre: si inductiua propositio sit: vt enim neque propositio est ea, quæ nõ ad plura se se extẽdit (nõ enim erit de omnibus:ex vniuersalibus autem extruitur ratiocinatio) sic patet nec eam inficiationem esse,quæ vniuersalis non est:etenim eædẽ sunt propositiones inficiationes ve: nam quam affert quispiam inficiationem,ea vel differendi, vel demonstrandi propositio fieri potest.

Nota. Quia ex vno pugillo aeris.10. ignis fiunt.

¶ Fit autem, vt quidam vitiosẽ cõcludant. Propterea quòd eos medios sumunt, qui terminos vtrosq; sequũtur, quale quidem & Cæneus facit,ignẽ gigni multiplicata ratione hoc pacto concludens: ignis vt dicit celerrimè gignitur: quod multiplicata gignitur ratione, id celerrimè gignitur. Hoc autem modo cõstare ratiocinatio nequit: sed si celerrimam generationem multiplicata sequatur ratio:& ignẽ celerrima generatio. Interdum igitur fieri nequit, vt ex ijs quæ sumuntur, ratiocinatio cõstruatur interdũ verò fieri potest, sed non cernitur.

¶Quòd si fieri non posset:vt verum ostẽdatur ex falsis, facilè esse resoluere, conuersio nanq; necessariò fieret. Sit enim a. verum quod cùm sit, hæc sunt quæ quidem esse scio: veluti. b. e.. ijs igitur illud ostendam cõuertuntur aut ea magis quæ in mathematicis sunt, quia nullum accidens: sed definitiones accipiunt,atque hoc etiam ipso à differendi differunt facultate.

¶ Accrescit etiá ratiocinatio non per media,sed assumendo. Nam a,de,b,sumit, & hoc de,c, & hoc rursus de,d. Atque hoc in infinitũ procedit. In latus quoq; eius sit incremẽtum, a, nanque de, c, atq; de,e, concluditur. Sit enim, a, quidem numerus absolutè, b, verò simpliciter numerus impar &,c,definitus numerus impar,a, igitur de,c,concludetur. Altera rursus in parte, d, quidem sit par numerus simpliciter sumptus,e, verò definitus numerus par, a, igitur de,e,concludetur.

INsto capitulo in quo textus est. 28.&. 29. in ordine Arist.prosequitur intentũ,scilicet,omnem scientiã procedere ex suis principijs, quælibet scientia habet sua propria principia, & interrogationes. Hæc tria, Interrogatio, Propositio, & Conclusio, idem sunt re: ratione tamen differunt. Nam interrogatio dicitur,quãdo proponitur in quæstione,& eadem quando sumitur ad aliam probãdam vocatur propositio. Et si ipsa probetur, vocatur cõclusio. Vt si quis interroget, vtrùm anima sit immortalis? est interrogatio: si tñ per ipsam probet opera nostra esse infinem vltimum dirigẽda est propositio. Et si per hanc,anima operatur à corpore separata, ergo est immortalis:vocatur conclusio.

Interroga. Propositio. Conclusio.

¶In prima parte textus Aris. probat duas cõclusiones. Prima,ꝙ vniuscuiusque scientiæ sunt ꝓpriæ interrogationes: quia sunt propriæ ꝓpositiones. Hic interrogationem vocat, quamcũq; quæstionem etiam si sit necessaria. Ibi *neque igitur.* &c. ponit secundam conclusionem,ꝙ non pertinet ad quamlibet scientiam de quouis interrogato,respõdere. Nam si quis à Geometra petat,an linea recta sit visu ali pulchrior? & an circularis figura aptior ad motum, q̃ quadrata? non ad ipsum pertinet respondere: quia ad ipsum inquantum talis,non de pulchritudine,neque de motu. Et si redargueret respondentem, nõ ex suis principijs deperaccidens redargueret, neq; idcirco cõcluderet eum ignarum Geometriæ.

Text.28.

¶ *Cùm autem interrogationes,* &c. Mouet Aris. tres dubitatiunculas, si interroganter legãtur, licet meliùs assertiuè.

¶Pro declaratione notandum:sicut in scientia sunt propriæ interrogationes, sunt etiã propriæ deceptiones in tali scientia.

¶Secundò notandum,ignorantiam dupliciter dici:quædam est purę negationis, alia praue dispositionis. Vt ignorantiam purę negationis habeat rusticus de Geometria: sed praue dispositionis esset, si quis putet parallellas concurrere,vel triangulum non habere tres æquales duobus rectis. Et ignorant purę negationis in Geometria sic diceretur, quæcunque ignorantia sit circa alias scientias:sed ignorantia purè Geometrica illa, quæ in propria materia Geometriæ contingeret. Et hæc proprio vocabulo vocatur,ageometrica,cum.a.priuatiua particula apud Græcos, quæ valet, in, apud Latinos. Vt insipiens.

Ignorantia dupliciter dicitur.

¶Tertio notandum,quod hæc ignorantia praue dispositionis,quæ est in scientia,potest contingere dupliciter. Vno modo ex defectu consequentiæ, quia non est syllogismus, sed paralogismus. Alio modo ex defectu materiæ,quia scilicet,ex oppositis procedit,idest fallis principijs, quæ opponuntur principijs propijs.

¶Secundum ista tria notabilia, tria proponit dubia Arist. Primũ,vtrùm sicut in Geometria sunt interrogationes Geometricæ, sint etiam non Geometricæ?idest ignorantiæ pertinentes ad Geometriam. Secunda dubitatio, vtrum interrogationes quæ ex ignorantia,quæ est dispositio, procedunt, sint proprie Geometricæ?

¶Tertia,vtra ratiocinationum ab ignorantia procedit?an ea quæ ex oppositis? an ea quæ vitiosè concludit?

¶Respõdet affirmatiuè ad duo prima:quę videntur connexa. Et ponit exemplum. Ex *Geometria autem æquè distantes concurrere,* &c. Hæc est ignoratio in Geometria, de Geometria. Et ad declarandum secundam dubitationem, exemplum posuit de informe, quod dicitur, & quia caret forma, vt punctum,& Angelus:& qui turpem habet. Sic ignorantia in Geometria, quædam puræ negationis,alia praue,quæ proprie in Geometria est. Et sic in omnibus scientijs,vt in Physica, est praue dispositionis ignorantia,& propria,ꝙ tria sunt elementa: sed in morali est puræ negationis,quod tres sunt morales virtutes. Praue dispositionis in morali:in naturali esset puræ negationis.

¶In tex.29. respondet ad tertiam dubitationem,& contendit probare excellẽtiam scientiarum mathematicarum ad alias scientias: & tandem dicit, ꝙ licèt in Dialectica contingat error,& quia ex falsis principijs & ex paralogismis: tamen in demõstrationibus solũ secundo modo potest esse,quia nõ ex paralogismo. Et occasione huius ponit quinque excellẽtias mathematicarum supra alias scientias.

5. Excellentiæ scientiæ mathematicæ.

¶Pro debita intelligentia notandum,paralogismum contingere ex parte præmissarum ex defectu medij. Quia.f.vel æquiuocè sumitur,aut quia nõ plenè distribuitur. Sed probat ꝙ in mathematicis non potest esse iste,neq; ille defectus. Quia ait, mediũ in scientijs demõstrationis est duplex,idest, ꝙ bis sumitur:quia per se refertur ad vtranque extremitatũ. Quia de ipso omni,dicitur maior extremitas: & ipsum dicitur de omni minori extremitate: ergo ibi non cõmittitur defectus æquiuocationis, neq; in distributionis:quia medium vel est definitio, cui per se primò cõuenit passio, & cui per se cõuenit definitum: aut medium est genus, & minor extremitas species, & sic nõ potest esse æquiuocũ. Et quãuis mediũ non sumatur cũ signo vniuersali, nil refert: quia cùm de per se,idẽ est dicere:animal rationale est risibile, & omne animal, &c. vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic.Omne ãal rationale est risibile:ois homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis. Vel sic.Omne animal sctit: ois homo est aial:ergo omnis ho[illegible] sentit. Et sic cõcludit Arist.q nõp[illegible] esse demonstrationibus esse paralogismus, & in hoc mathematicæ scientię excedunt alias. Ponit exemplum de æquiuocatione medij in circulo,qui significat & figuram, & quod dam genus carminis apud Homerum. Dicit q non erit deceptio, quia neque æquiuocatio,si describatur circul⁹. Ideo si quis interroget Geometram, nũquid est omnis circulus figura? *Si designauerit, patet.* &c. Idest, si delineatus fuerit, patet quòd omnis circulus est figura. Tandem sensus est, quòd cum in demonstratiuis extremitates per se primo conueniunt medio, non potest esse æquiuocatio in eo, quia determinatur ad vnum solum per se significatum. In Dialectica tamen cõtingit deceptio,quia propositiones non sunt per se:vt,Quicunque discit,est ignarus:sapiens discit,ergo ignarus est: quia ly discit,& priuatione habitus & hoc,qd est actu non cõsiderare, significat.

a Excellentia. ¶ *Atque non oportet,* &c. Infert secundam excellentiã scientiarũ demonstratiuarũ,quia aliter instatur huiusmodi principijs,q̃ principijs aliarũ scientiarũ. Instãtia est propositio,qua aliquod principium ostenditur esse falsum. Vt si quis dicat. Omne corpus est in loco,instet quis, quia cœlũ secũdũ se totum non est in loco. Quæ vocatur inducti ua instantia. Quæ sufficit in particulari in scientijs quæ nõ demõstrant potissimè. At in mathematicis, qa præmisse sunt de omni,instãtia nõ potest esse nisi in vniuersali, fallificando principiũ: & eo q hæc est per se primo,Omnis triãgulus habet tres, &c. nõ potest fieri de aliquo triangulo instantia,quin de omnibus. Et hoc dicit Aristot. quod sicut non est propositio in mathematicis ea,quę non ad plura se extendit,sic neque instantia,si nõ sit vniuersalis. Quia idẽ est propositio, & instantia,quæ inficiatio, ab Argyropilo. Quia potest esse premissa ad aliud probandum.

3.Excellentia. *Fit autem.* &c. Ponit tertiam excellentiã mathematicarũ, & probat non contingere defectum in eis ex parte medij non distributi:quia in Dialectica contingit in secunda figura,ex puris affirmatiuis sic. Omnis homo est animal: omnis leo est animal: ergo leo est homo. Et Arist.ponit exẽplũ in elementis. Pro quo nota,q̃ quãdo inferius ex superiori dicitur gigni, diminuta proportione:qa si ex aqua,terra, ex multis pugilis aquæ fiet vnus terræ:sed quãdo ex inferiori fit superius tunc dicitur multiplicata proportio. Vt ex vno terræ fiant. 10.aquę (vt ait Arist.2.de genera.ca. 24.) Quida ergo argumẽtabatur sic. Quicquid gignitur multiplicata proportione celerrime gignitur:ignis celerrimè giguitur:ergo ignis gignitur multiplicata proportione. Conclusio erat vera,sed male syllogizat[illegible] ppter indistributionẽ medij. Idcirco si quis subsumpsit ppositione subsumat: aqua celerrimè gignitur[illegible]ere: ergo multiplicata ratione generatur,falsè co[illegible]luditur. Et hoc dicit Arist. *Fit autem ut quidam ut ipsi concludant,* [illegible]ptere a *quòd eos medios, scilicet terminos, sumant, qui utrosque extremos sequuntur.* &c. Sicut animal de homine, & equo dicit. Ho[illegible] suppositio,probat quòd iste defectus in mathematicis non contingit,q[illegible] interdum fieri non potest,q̃ ex talis medij dispositione sequatur:vt superior sit ad extremitates:sed aliquãdo est bonus discursus,vt est quando mediũ conuertitur cũ extremitatibus. Vt sic.Omne risibile est animal rationale: omnis homo est animal rationale:ergo omnis homo est risibilis. Sed hic non tenet. Omnis homo est animal: omnis equus est animal:ergo omnis equus est homo.

Excellentia. ¶ *Quòd si fieri.* &c. Hic ponit quartam excellentiam,quæ consistit ex eo, q̃ facilior est resolutio,quia procedit ex certis,& determinatis principijs,q̃ sit in Dialectica. Resoluere est (vt dixim⁹) inuestigare principia conclusionis. Et itẽ habent certa principia mathematic[illegible] quia in Dialectica aliquando verum ex falso:sed in mathematicis nũquam verum nisi ex ve[illegible],& necessario ex quo contingit media in Dialectica non[illegible] se determinata: sed infinita quodãmodo: & demonstratiua mediaesse determinata. Exẽpli gratia in Dialectica. Omn[illegible] omo est risibilis: vbi propria passi[illegible] subiecto infertur ex istis, Omne animal[illegible] bile: omnis hom[illegible] est animal: ergo. Et ex [illegible] Omne albũ est risibile,omnis homo est albus:& ex alijs innumeris, quia falsa non cadũt sub numero. Sed tamẽ nõ potest demonstrari nisi ex veris,& quę sunt causa illius:vt ex istis, Omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis. Ob hoc Arist.o.ait in Dialectica esse difficile resoluere conclusiones in omnia sua principia,quod tamen facile est in demonstratione.

¶ *Quòd si fieri non posset,* &c. Dicit quòd in Dialectica nõ contingeret verum ex falso brobari,facile esset resoluere,quia facilis esset conuersio. Quia sicut præmissæ conclusionem,sic cõclusio præmissas inferret. *Sit enim ad uerum,* &c. Idest conclusio.a. sit vera, *Quod cùm sit: hæc sunt quæ quidem esse scio.* &c. Idest præmissæ & essent veræ. *Velut.b.* per quam literam ambas intelligit præmissas, *Ex his ostendet conclusionem ueram.* &c. Et hoc applicat ad mathematicas, conuertuntur autem e[illegible] magis,quia non accipit accidentia communia,sed propria,quę probantur de defini[illegible]. Ideo fit conuersio facilis,vt premissæ conclusionem inferant, & econtrà conclusio premi[illegible]as. Sed in Dialectica, licet præmissæ conclusionẽ,non tamen sem per conclusio præmissas:& hoc antiqui vocabant fallaciam cõsequentis. *Accrescit etiã.* &c. Dat secundam rationem, ad propositã conclusionem: quod sit facilior resolutio, & in ea ponit quintam excellentiam.Quia dixerat multis abundare medijs Dialecticam (*Ex quo contingit scientia augeri.*) probat excellentiam mathematicarum:quia scientia augetur sine multiplicatione mediorũ per hoc,q̃ propriam passionem probat de subiecto,& probat per idem subiectũ: rursum de subsumpto sub illo subiecto: vt sic. Omnis homo est risibilis:Petrus est homo ergo Petr⁹ est risibilis. Et hoc insinuat Arist.o.quando appellat definitionem.a.& primum subiectũ.b.&.secũdũ.c.Nã. a. inquit de.b. sumitur, idest prædicatur in minori primę demonstrationis,&.b.de.c. in secunda demonstratione,&c. est manifestum in exemplo posito.Et isto primo modo augetur scientia.

¶ Secũdo modo augetur adlatus, idest per species ex æquo dimidẽtes idem genus. Ponit exemplum Arist.a.sit numerus absolute,maior extremitas.b. simpliciter numerus impar.mediũ.c.definitus impar, vt ternarius [illegible] extremitas, fiet hæc demonst[illegible]. Omne. b. est.a. omne.c.est.b.ergo omne.c.est.a.idest,Omnis numerus impar est numerus:ternarius est numerus impar: ergo ternarius est numerus.Rursus.si.d.sit numerus par, &.c. definitus numerus par: fiet sic.Omne.d.est.a. omne.e. est. d.ergo omne.e.est.a. Vult ergo Arist.o.q̃ probare genus supremũ,quacunque specie sumpta pro medio, concludetur de infima specie subsumpta sub tali medio. Et hoc est scientiam ad latus augeri.

¶ Tertio modo ere[illegible]sunt scientiæ mathematicæ, demonstrando primã passionem de subiecto,& per primã,secundam:& per secundã,tertiã: &c. Sicut si quis probet: Omne cui potest repentinè aliquid accidere, est admiratiuum:sed omnis homo est huiusmodi:ergo o[illegible]nis homo est admiratiuus. Hęc est prima passio. Rursus per istam probem secũdã.Omne admiratiuũ est risibile: sed omnis homo est admiratiuus:ergo omnis homo est risibilis.Et tandẽ fit sicut Euclides procedit, primò de linea demonstrãdo,à quolibet puncto, in quodlibet punctum duci.Et deinde, super datam lineam triangulum æquilaterum collocari.

QVÆSTIO VNICA.
Vtrũ demonstratio procedat ex principijs proprijs.

CIrca omnia quæ dicta sunt in tribus capitulis præcedẽtibus, quæriẽ admaiorẽ declarationẽ vtrum sit verũ quod ait Arist. omnem demonstrationẽ procedere ex principijs per se & proprijs.

¶ Pro parte negatiua sic. Demõstrationes quæ fiunt in Physica de motibus, de pluuia,grandine, & alijs Meteorologicis impressionibus causant scientiam: & quæ in Astrologia de motibus planetarum, & de eclypsi solis,& lunæ:& tamen non procedunt ex ne cessarijs. 1.Argultur

¶ Confirmatur. Ad hominẽ,quia ipse multas proprietates rerum demonstrat, quæ non eis conueniunt per se,sed per accidẽs: ergo malè dicit,q̃ ex illis quę de per se,& illa quæ de per se sunt,probantur. Patet antecedens.In secundo Physi. com. 39. probat casum & fortunam esse in rebus: & tamen sunt causæ per accidens.In. 2. de cœlo tex. 15.demonstrat Cœlũ semper moueri,& terram quiescere:sed tamen motus & quies nõ sũt propriæ passiones. Et ibi tex. 104.probat cœlũ sphericũ,& terrã rotundã.Et.2.de genera.tex.16.probat,ignẽ esse primò calidũ:& aerem humidũ,aquã frigidã,terram siccam:& tamen illæ nõ sunt qualitates propriæ,sed communes. Confirmatur.

¶ Secundo principaliter.Ex dictis Arist.in isto capitulo: Mathematicæ scientię excellũt omnes:sed ipsæ demõstrãt interdũ per causas per accidẽs:ergo. Minor probatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia demonstrat Geometra super datã lineam,triangulum æquilaterum collocare, designata linea recta, & sumpto vno extremo procentro,describendo circulũ qui trãseat per aliud extremum,& super aliud extremum describendo alium circulũ æqualẽ,& à puncto,quo intersecãt se circuli, deducendo duas lineas vsq; ad extrema datæ lineæ,vt patet in hac figura. Tũc sic: ad triangulum esse æquilaterum,per accidens est descriptio illorum circulorum: nã etiam si nullus esset circulus, triangulus est æquilaterus.Confirmatur,quia probat omnẽ triangulũ habere tres angulos æquales duobus rectis,protrahendo vnam lineã trianguli quæ faciat triangulum extrinsecum.d.& arguit hoc modo. Angulus extrinsecus.d. est æqualis duobus intrinsecis sibi oppositis,scilicet.a.b.quæ est.32.propositio Euclidis,ergo duo anguli. c.d. sunt equalestribus.a.b.c.quia si idẽ cõmune,scilicet.c.addatur duobus æqualibus,ipsa remanebunt æqualia:sed.c.&.d. æquivalent duobus rectis, quæ est. 13. Euclidis: ergo tres anguli. a. b.c. æquivalent duobus rectis. Sed quòd angulus extrinsecus. d. sit æqualis duobus sibi oppositis, est per accidens: quia etiam si nullus esset angulus extrinsecus,triangulus haberet tres angulos æquales.

¶Tertiò principaliter arguitur cõtra illud quod dixit,quod non fit tranſitus de genere in genus, & q quælibet scientia ex suis principijs proprijs probat. Cõtra, qa Geometria & Physica sunt diuersę sciẽtię:& diuersa sunt subiecta, & non subalternatim posita:tamẽ Physicus probat terrã rotũdã per medium geometricũ:à centro ad circũferentiã omnes lineę sunt equales. Et lunã esse eclypsabilem,cũ sit conclusio Astrologiæ:probatur per mediũ physicũ,quia terra interposita est inter ipsum & solem.

¶Istud vniuersale principiũ, De nullo idẽ simul affirmatur & negatur,intrat demonstrationem formaliter: ergo malè dictum est.Probaẽ.Iste est bonus syllogismus. Idẽ simul esse & non esse est impossibile:materiam primã esse sine forma, est idem simul esse & non esse:ergo materiam esse sine forma,est impossibile.

In contra. ¶In contrarium est authoritas Aristot. probationes quæ ab eo in litera adductæ sunt, quæ probant apertissimè omnem demonstrationem procedere ex perse & proprijs.

Ad argumẽtu. ¶Ad primũ solutio est, licèt non in omni tempore sit verũ Lunam pati eclypsim, & & aliquæ fiunt meteorologicę,tamẽ tempore quo fiunt,necessario demonstrantur. Vt scilicet quod Lunæ contingat eclypsis in plenilunio, & Sole existente in capite Draconis,Luna caudam tenente: vel econtrà necessario probatur Lunam eclypsari: Semper est verum, & cõclusionem scitam esse necessariã: & procedere ex principijs necessarijs:nam illis concurrentibus,necessario probatur conclusio.

¶Ad cõfirmationẽ, concedẽdũ erit Arist. probare fortunam & casum. Et quando dicis non esse à causis per se distinguendum erit. Vel loquimur in particulari, aut in generali.primo modo sic est, neq; scientia datur:sed tamen in genere pro quanto casus & fortuna sunt causę per accidẽs,& præter intentionem agentis cõtingunt, caent fuo scientia,& demonstratum in genere tales propositiones sunt per se. Nam hoc quod est esse causam per accidens,per se casui & fortunæ cõuenit. Et sic ignis de p se ipso iecti est calidus:sicut homo est bipes,& Cœlũ habet per se vt moueatur. Et licet quod libet elementum duas habeat qualitates: vna tamen de per se conuenit, quæ est præualens & eminenter. Et quòd ignis sit calidus ex parte subiecti,est in secundo modo dicendi per se.

¶Ad secundum principale, negatur quòd Mathematicus demonstret non per causam. Nam sicut scientiæ naturales per causas,efficientem,& finalem: sic mathematicus,per formalem,& materialem. Et ad demonstranda passionem vnius figuræ, vt trianguli:ostendit passionem alterius figuræ vel circulum describendo, vel angulos extrinsecos intrinsecis comparando. Et quia lineæ exeuntes à centro ad circumferentiam circuli æquales sunt oportet:probat triãgulum æquilaterum circuli describendo.

¶Ad tertium,negatur q omnino non sica & Geometrica.ideo diuersæ scientię,q' una non possit vti principijs alterius.Quia licet linea & punctus sit de quo in Geometria, prout abstrahit à materia:sed tamen quia quantitas & puncta sunt accidentia corporis naturalis,potest Physicus vti principio Geometræ, vel econtra. Et quando probas,q Physicus probat terram rotundam per medium Geometricum non incõuenit,eandem passionem concludi in diuersis scientijs per media diuersa. Et sic ad diuersas scientias eadem conclusio potest per-

pertinere,per hoc,q per diuersa probatur media. Sicut terram esse rotũdam, probat naturalis per motum, quia omnes partes tendũt ad centrum,& faciunt circulum. Et Astrononus probat idẽ: quia terra est mũdi centrũ,æqualiter distans à cœlo. Quod luna eclypsatur, per motum probat naturalis :quia interposita est terra inter ipsam & solem. Et Astrologus eandem probat: quia quotiens in illa opposita puncta occurrunt luminaria in capite vnum : aliud in cauda draconis,contingit eclypsis eiusdem lũ.

S.Th. p.p. q.1.ar.1. Adsecũdũ.

Ad.4. Principia vniuersalia dupliciter intrare demonstrationem, quomodo intelligẽda.

¶Pro solutione quarti notadũ: dupliciter posse intelligi,q principia vniuersalia intrare demonstrationem:vno modo ad applicandam contradictionem in aliqua particulari materia:vt sic;idem simul esse & nõ esse,est impossibile: idem simul moueri & non moueri,esse simul esse & non esse:ergo idẽ simul moueri & non moueri,est impossibile.Et sic non inconuenit, quòd principia vniuersalia intrent ipsam demonstrationem.Alio modo potest intelligi, vt intrent ad probandam cõclusionem particularem alicuius scientiæ:& hoc nõ cõtingit formaliter,sed solum virtualiter.Et est exẽplum ad manum:sicut in re naturali dãtur principia intrinseca,quæ cõstituunt:& principia q̃ particulariter applicãtur,vt sunt agentia particularia. Et præterea alia agentia vniuersalia: in quorum virtute agunt particularia:vt sunt cœlorum constellationes :sic in demonstratione sunt formalia principia intrantia ipsæ præmissæ: & vniuersalia,solum virtute, & non formaliter: de quolibet est,vel non est: de nullo affirmari simul. Per ista vniuersalia principia, deuenitur perducitur ad metam contradictionis.Vt si quis neget,Si ab æqualibus æqualia demas,quæ remanent erũt æqualia. Tunc sic. Si quę remanẽt non sunt equalia,ergo inæqualia: quia de quolibet non est:si ergo illis inæqualibus q̃d fuit æquale ablatum apponatur, remanebunt inæqualia, quia inæqualibus æqualibus addito,remanet inequalitas:ergo antea ipsa non erant æqualia:quod fuerat cõcessum. Et sic remanet probatum, quomodo sit verum quod ait Aristote. aut demonstrationem cõtingere ex primis,& per se,& quòd non vtitur alienis principijs,neq; ipsa prima vniuersalia principia intrãt formaliter demonstrationem.

CAPVT. X.

De demõstratione propter quid, & quod est.

Tex.30. DIffert autẽ scire esse, & ppter quid est : primò quidẽ in eadẽ sciẽtia: atque in hac dupli ter,vno quidẽ modo,si ratiocinatio nõ per ea,quæ vacant medio fiat:nõ enim prima sumitur causa:sciẽtia autẽ eius propter quid est,per primã fit causã : alio verò modo si per ea quidẽ quę vacant medio,nõ tamẽ per causã,sed per notius eorũ quæ cõuertũtur,medio efficitur. Atq; nihil prohibet, vt eorũ quæ de se se mutuo prædicantur, notius interdum sit id quod non est causa:quare demõstratio per id ipsũ efficietur. Velut vagas stellas esse propè, quia non micãt.vagæ stellæ sint.c. nõ micare. b. prope esse collocetur in. a. verè igitur. b. dicetur de.c. vagæ nã quæ stellæ non micant: at verè etiã. a. de ipso dicetur, b, quod enim non micat, id est propinquũ,hoc autẽ per inductionẽ vel sensum sumatur , a, igitur necesse est ipsi competere. c. quare demonstratum est, vagas esse propinquas . Hæc igitur ratiocinatio non est ipsius propter quid est:non enim quia non micant vagantes stellæ , ideo sunt propè:sed quia sunt propè , ideo non micant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Fieri autem poteſt, vt per alterum alterum oſtendatur: atque tunc erit ipſius propter quid eſt ratiocinatio:nam ſtellę vagantes quidem ſint. c.propè autem eſſe ſit. b. & non micare collocetur pro.a. &. b. igitur competit ipſi. c.nam vagantes ſtellæ ſunt propè, &. a. conſtat ipſi competere. b. ea nanque non micant quæ propè ſunt. Quibus fit,vt.a. quoque competat ipſi. c. atque hæc eſt ratiocinatio ipſius propter quid eſt:nam ſumpta eſt ipſa cauſa prima.

¶Prorſus fit, vt Luna p accretiones demonſtretur eſſe rotunda: quemadmodum quidam demõſtrant: nam ſi rotundum eſt id omne quod ſic accreſcit, perſpicuum eſt Lunam eſſe rotundam. Atque hoc quidem modo ea facta eſt ratiocinatio,qua ipſum eſſe oſtenditur. At ſi medium econtrà ponant, extruent ipſius propter quid eſt ratiocinationem: non enim ob accreationes tales rotunda eſt luna,ſed quia eſt figuræ rotundæ,ideo talia ſuſcipit incrementa. Atque ſit pro.c.Luna, rotundum pro.b. ſic accreſcere ponatur pro.a.

¶In quibus autẽ ipſa media non conuertuntur, & eſt id notius quod non eſt cauſa, oſtenditur quidem eſſe,ipſum autẽ propter quid eſt,non demonſtratur.

¶Præterea.In his quibus mediũ extra ponitur:etenim in his ipſis eſt ipſius eſſe, & non ipſius propter quid eſt demonſtratio: non enim dicit cauſam ipſam: veluti propter quid paries non reſpirat, quia non animal eſt: nam ſi hoc non reſpirandi cauſa eſt, oportebat animal reſpirandi cauſa eſſe:ceu ſi negatio cauſa eſt nõ eſſendi,affirmatio cauſa eſt eſſendi:vt ſi calidorum, frigidorum intemperatio ſanitatem non habendi cauſa eſt, eorundem temperatio ſanitatem habendi cauſa eſt. Pari quoquemodo, ſi affirmatio eſſendi cauſa eſt. At hæc autem quæ hoc pacto ſunt aſsignata,non accommodatur id quod eſt dictum:non enim animal omne reſpirat.

¶Atque ratiocinatio cauſæ talis in media ſit figura. a. nanque ſit animal.b.reſpirare,paries. c. Igitur ipſum.a.cuilibet quidm.b.cõpetit:omne nanque quod reſpirat,animal eſt:nulli autem ineſt. c.quare neq;.b.cuipiam competit.c.paries igitur nõ reſpirat. Tales verò cauſæ ſimiles ſunt his quæ per exuperationẽ dicuntur. Hoc autẽ eſt mediũ id dicere,qđ ſuperat cauſã. Cuius generis eſt, Anacharſidis illud: in Scythia modulatrices non ſunt,nam neque vites.In eadem igitur ſciẽtia, & in mediorũ poſitione,hæ ſunt ratiocinationes ipſius eſſe,ad ipſius propter quid eſt ratiocinationem,differẽtiæ.

¶Alio verò modo differunt eſſẽ, &propter quid eſt,quod per aliã atque aliam vtrumque conſideratur:tales autem ſunt eæ,quę ita ſe ſe habent, vt altera ſub altera collocetur, vt ad Geometriam Perſpectiua, & ad ſolidorum ſcientiam machinarum facultas extruendarum, & ad Arithmeticam Muſica, & ad Aſtrologiam ſe ſe habet eorum ſcientia quæ apparent. Atque harum nonnulla ſcientiarum, nominatione vt ferè conueniunt, ceu Aſtrologia eſt & ipſa Mathematica & nauigandi ſcientia: & Muſica ea eſt quæ Mathematica, & quæ auditum oblectat.

¶Hic enim ipſum quidem eſſe, ad eos pertinet ſcire, qui ſenſu vtuntur: ipſum autem propter quid eſt, Mathematicos ipſos: hi nanque cauſarum demonſtrationes habent, & perſæpe neſciunt ipſum eſſe, quemadmodum ij, qui contemplantur ipſum vniuerſale, nonnulla ſingularium, quia non animaduertunt, ſæpenumerò neſciunt. Hæ autem ſunt, quæ formis ipſis vtuntur, quæ quidem ſunt, alia quædam,ſubſtantiaque diuerſa. Mathematicæ nanque ſcientiæ circa formas ſunt, de nullo enim ſubiecto dicuntur:nam & ſi Geometria ipſa ſunt in ſubiecto,non tamen vt in ſubiecto ſunt, Geometricæ conſiderationi ſubijciũtur: vt autem Perſpectiua ſe ſe habet ad Geometriam, ſic alia ſe habet ad Perſpectiuam: veluti de Iride:nam ipſum quidem eſſe ad naturalem pertinet ſcire: ipſum autẽ propter quid eſt, ipſius eſt perſpectiui, aut ſimpliciter, aut eius qui cõplectitur mathematicam.

¶Complures etiam ſcientiarum, quæ non ſunt ita diſpoſitæ, vt altera ſub altera ſit collocata, pari modo ſe habent: vt Medicina, atque Geometria. Nam ſcire vlcerum ea quæ orbis ſubeunt formã tardiùs ceteris curati,ad medicum ſpectat: propter quid autem,ad Geometram.

In iſto.10.capitulo,ſolum eſt vnus textus, qui. 30. eſt in ordine: vbi Ariſtote. oſtendit differentiam inter demonſtrationem quia, & propter quid, non ſolum in diuerſis ſcientijs,ſed in eadem.

¶Notandum quia,demonſtrationem,vocari ſecũdum communem modum ex verſione Boetij: ſed tamen potius dicenda eſſet quòd hoc eſt hoc. Nã quia demõſtrat, quòd hoc eſt hoc, non reddendo cauſam illius. Sed in demonſtratione propter quid, redditur.Et quia apud Argyropilum ſignificãtius dicitur demonſtratio, qua oſtenditur ipſum eſſe. 1.Notandũ

¶Secundo notandum,quòd cùm demonſtratio propter quid, ſit potiſſima, & proprie demonſtratio: contingit non eſſe propter quid, ſed quia,vel quia ab effectu, qui magis notus nobis ad cauſam eſt proceſſus:vel à cauſa,ſed mediata.Exemplum ex Ariſtote. Si quis argumentetur. Stellæ non micantes ſunt prope nos:planetæ nõ micant:ergo ſunt prope nos.Eſt demõſtratio quia,eo q̃ ex effectu, ſcilicet quia non micat, concluditur cauſa,quia prope nos. Et ſic intelligit cùm dicit. *Vagas Stellas.* &c. quæ ſunt planetæ,quę & erraticę,quę non micant,vel ſcintillant:quia non multum diſtant 2.Notandũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

stant à nobis: cùm tamen quæ in firmamẽto sunt scintillent: quia nimium elongatæ, in oculo debilis unum causant conitum: qui malè figitur in oculo: & oculus stupidat: & facit sydus apparere scintillare. Licet Sol, vt author est Aristo. 2. de Cœlo tex. 48. dicatur scintillare, propter excellentiam sensibilis, disgregantis visum. Dicit ergo Aristo. *Vagæ Stellæ sunt. &c.* Id est, minor extremitas, non micare. b. medium, prope esse collocetur in. a. id est in maiori extremitate. Illæ præmissæ inductione & experientia constãt. Probat deinde Arist. hanc demonstrationem, quia, fieri propter quid, si id quod pro maiori extremitate, sumat, p medio, & quod, p medio sumatur pro maiori extremitate, sic. Omne illud quod est prope nos, non micat: sed planetę sunt prope nos: ergo planetæ non micant: est propter quid: quia à causa ad effectũ. *Ibi prorsus fit*, dat aliud exemplum de luna.

¶ *In quibus autem ipsa media, &c.* Quia dixerat, quia, in propter quid resolui, docet non cõtingere vbique, sed quando pro medio in demonstratione quia, assumitur effectus adęquatus: & pro maiori extremitate, adęquata causa, & pro minori, subiectum adæquatum: vt in exẽplo propolito: effectus adæquatus causæ est, qui sequitur ex sola tali causa, & ex omni tali, vt scintillare ex nõ prope esse: inadæquatus est dupliciter, vel quia inferior, & exceditur à causa, quia sequitur ex tali causa: nõ tamen ex omni. Vel quia est superior, qui sequitur ex omni tali causa, non tamen ex sola. Si sit inadæquatus primo modo, demonstratio quia, potest esse, sed nõ propter quid. Vt moueri motu progressiuo, est aialis effectus: sed non cuiuscunq; quia ostra nõ mouetur tali motu. Tunc hic est demonstratio, quia. Quicquid mouetur motu progressiuo animal est: homo mouetur motu progressiuo ergo homo est animal. Sed non valet propter quid. Omne animal mouetur motu, p gressiuo: omnis homo est animal: ergo omnis homo mouetur motu progressiuo, maior est falsa.

¶ *Siverò effectus causam excedit, sequitur demõstratio propter quid, & nõ quia, vt viuere effectus est animalis, sed nõ solius: quia planta viuit. Tunc sic.* Omne animal viuit omnis homo est aial: ergo omnis homo viuit. Sed quia, non valet, Omne quod viuit est animal: omnis homo viuit: ergo omnis homo est animal: quæ maior est falsa.

¶ *Præterea. In his. &c.* Aristo. probat esse etiã quia, quando à causa procedit, sed non immediata, sed mediata, & remota. Sit exemplum, quando à causa remota. Demonstretur quod lapis non respirat, quia nõ est animal. Omne nõ animal nõ respirat: lapis nõ est animal, ergo lapis nõ respirat. Est quia, licèt à causa, quia esse animal, non est causa immediata respirãdi: sed habere pulmonem. Patet, quia pisces sunt animalia, & tamen non respirant, quia pulmonem non habent.

¶ *Atque ratiocinatio causæ, &c.* Probat, quod demõstratio propter quid, maximè ad æquata, quando causa effectum superat, sit in secunda figura. Per. a. intelligit medium, & per maiorem extremitatem, per. c. minorem. Fiat ergo sic. Quicquid respirat animal est: sed lapis non est animal: ergo lapis non respirat. Baroco. Hæc tamen non fit propter quid licèt à causa ad effectũ: quia à causa remota. Nam quia paries nõ est animal, non habet pulmonem: & quia pulmonem non habet, non respirat. Et si ex his dẽ terminis fieret argumentum ab effectu ad causam, non valeret, sic. Omne animal respirat: paries non respirat: ergo paries non est animal. Maior est falsa. Et hoc dicit Aristo. quãdo ait, animal se habet respectu respirandi, sicut causa quæ exuperat, & sic affirmatur de effectu distributiuo: sed tamẽ effectus non affirmatur de illa distributa; scilicet, quòd omne quod est animal respiret. Subiungit aliud exemplum Anacharsidis, qui cum esset Scytha, vbi non est vinum, interrogatus an ibi essent saltatrices ait, non hercle quia non sunt vites.

¶ *Alio uerò modo. &c.* Hic incipit ponere differentiam inter demonstrationem qui & propter quid: in diuersis scibilibus. Et primo in subalternis ponit exẽplũ. *Hic enim am. &c.* Ostendit differentiam scire, quia, id est hoc esse pertinet ad scientiam subalternatam: seu ad scientiam practicam propter quid, ad subalternãtem: seu speculatiuam. Quod Boetius transfert, ipsum quia, Argyropilus vertit, ipsum esse.

¶ Notandum, quod subalternans scientia, vt Mathematica, & Geometria, tractat de formis, scilicet, de angulis, & figuris linearum, & numerorum, prout abstrahunt omni materia. Nam licet angulus & figura nõ possit esse nisi in aliqua materia: tamen considerat de eis, sicut si esset sine materia: subalternata tamẽ, vt Musica, & Perspectiua, tractat de eis, vt sunt in materia sensibili: Ob id istæ subalternatæ vocãtur sensuales: quia visum, vel auditum oblectant. Et subalternantes vocantur mathematicę. Et sic ait, q ipsum esse, pertinet scire ad eos qui sensu vtũtur. Id est ipsum quia, sed propter quidam, ad mathematicos: qui quidẽ sciunt causas: & sæpe ignorant effectum: quia ad experientiam non aduertunt. Exempli gratia. Quod res quæ à longè videtur minor apparet quàm si prope: est propositio perspectiuæ, quæ experientia constat. Sed propter quid illius, ad Geometriam pertinet. Causa est, quia res propè visa, videtur per maiorem angulum, quàm à longè visa. Quod autem duorum angulorum ab eadem basi procedentium, ille qui magis distat, sit acutior, quàm ille minus, est Geometrica propositio.

Notand.

* ¶ * vt magis lucidam habeamus mentẽ [illegible] circa scientias subalternatas, & subalternantes: de quibus ante eius notandę nõnullę conclusiones. Prima est, quòd qua scientia subalternatur alteri secundum se totam, subalternata dicit quia: & subalternãs propter quid: hęc probatur, quia ea quę in subalternata ponuntur, tanquam principia demonstratur in subalternãte: vt musicus tenet, quòd diapason est proportio sexqui altera: & Arthimeticus. probat à priori inter. 6. & .4. esse. Sed musicus solũ supponit quia sic est. Vna scientia, dicitur alteri secũdũ se totam, alteri subalternari: quãdo eius subiectũ adęquãtum supponitur secundũ se totum subiecto subalternantis: & solum differt in differentia accidẽtali, extranea, sicut perspectiua, quæ lineam habet visualem, sub Geometria, quæ magnitudinem habet, sub quo linea. &c. & multa quæ num[illegible]um sonorum sub Arithmetica.

¶ Secunda conclusio Aristot. si aliqua scientia alteri subalternatur solum secundùm partem: subalternata, quoad illam partem dicitur ia: & subalternans propter quid: vt par[illegible]turalis, quę est de iride, per [illegible] subalternatur in parte, quia est de linea visuali conuersa [illegible] ubem roridam: ipsa ergo dicet qa: & perspectiua prop[illegible] quid: tales apparet colores. &c. de quibus infra in libris Metheo.

¶ Tertia est conclu. quod quando vna scientia alteri neque in toto neque in parte subalternatur: & tamen in vna conueniunt cõclusione de illa subalternãs, dicit propter quid, & [illegible]alternata quia: vt dat exemplũ de chirurgia, & Geometria: quę cõueniũt in hoc qd vulnus circulare tardius sanatur chirurgus dicit sic esse quia experitur. Sed Geometra dicit esse, quia circulus angulo caret, ob quod partes magis distant, & nõ tam facile continuantur sicut vbi est angulus. &c.

¶ *Comp[illegible]m scientiarum, &c.* Concludit, quod etiam in illis quæ non subalternãtur differt quia, & propter quid. Vt chirurgia, scit vulnera circularia tardius sanari, quam oblonga: hæc quia, sed propter quid, Geometria reddit: quia latera circuli magis distant: etiam si non sit subalternans respectu eius.

CAPVT. XI.

Quod prima figura sit ad demonstrandum aptissima.

PRima autẽ ratiocinationis figura maximè ad scientiam ipsam accõmodatur, mathematicæ nanque scientiæ, vt Arithmetica, Geometria, & perspectiua, per hanc (vt patet) demonstrationes afferunt suas, atque etiam omnes ferè, quæ ipsius propter quid est, faciunt considerationẽ: aut enim omnino, aut per sæpe, & implurimis hac in figura ipsius propter quid est, exoritur ratiocinatio. Quare propter hoc etiam ipsum, maximè ad scientiam erit accommodata. Propriissimus enim dicendi modus est, cõtemplari ipsum propter quid est. Text. 31.

¶ Deinde hac tantũ figura ipsius quid est, venari scientiam possumus: in figura nanque media, nulla fit affirmatiua ratiocinatio

scien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scientia verò ipsius quid est, affirmationis nimirum est, in vltima verò sit quidem, at nõ est vniuersalis, vt patet. Ipsum autem quid est, vniuersalium esse constat. nõ enim aliqua ex parte homo est animal bipes.

¶ Insuper. Hęc figura cæterarum non indiget figurarum, at indigent huius illæ profectò. Nã hac densantur, atque accrescũt, quousque ad ea perueniant, quæ medio vacant: patet igitur primam figuram exactissimam, atq; accõmodatissimam ad sciẽtiam esse.

¶ Quemadmodum autem fit, vt, a, indiuiduè competat ipsi. b. sic etiam vt identidem non competat fieri potest. Atque tum indiuiduæ competere, vel non competere dico, tum inter ipsa nullum medium est: sic enim non erit vlteriùs per aliud ineſſe. Cùm itaque vel. a. vel. b. in toto quopiam est, vel etiam vtrumq;, tum etiam fieri nequit, vt. a. primò nõ cõpetat ipsi, b, sit enim. a. ipsum in toto. c. si igitur. b. non sit in aliquo. c. fieri nanque potest, vt. a. quidem in toto quopiam sit. b. verò in hoc eodem non sit) tum ratiocinatio fiet: ac ipsum. a, non ineſſe. b. per. c. medium concludetur. Nam si. c. cuilibet quidem a. competat, de nullo verò b prædicetur, a. sanè nulli competet, b, idem fiet, &, si, b, in toto quopiam sit, velut in, d, nam ipsum, d, cuilibet quidem competit, b, nullo verò dicitur. a quare fit, vt, a, per ratiocinationem nulli competat, b. Eadem ostendentur, & si vtrumque tam, a, quàm, b, in toto quopiam sit.

¶ At verò fieri posse vt, b, non sit in eo, in quo toto est ipsum, a, aut rursus, vt, a, non sit in eo in quo totum est ipsum, b, patet ex dispositionibus rerum, quæ inter se se non miscentur. Nam si nihil eorum quæ in, a, c, d, serie collocantur, de nullo ptædicatur eorum, quæ in, b, c, f diuersa serie collocantur, a, verò in toto est, g, quod quidem eiusdem est seriei, perspicuum est fieri nõ posse, vt, b, in ipso sit, g, alioquin conuenirent, ac miscerentur hæ series rerum. Idem fiet & si, b, ipsum in toto quopiam sit.

¶ Sed si, a, nullibi, b, insit, & neutrum in toto sit vllo, necesse est, a, sine medio non competat ipsi, b, nam si quippiam inter ipsa medium cadet, necesse est alterum ipsorum in toto quopiam esse. Aut em in prima figura ratiocinatio eorũ, aut in medio extruetur: at si in prima, b, nimirum in toto quopiam erit. Propositio enim eam, quæ versus, b, collocabitur, affirmatiuam esse oportet. Si verò in secunda, vtrumuis in toto quopiam erit: nam vtrumuis interuallum affirmatiuũ esse potest. Atque nũc versus maius, nunc versus minus extremũ: negatiua propositione sumpta cõsi

citur

citur ratiocinatio. Ambæ verò p̃ positiones si fuerint negatiuę, ratiocinatio non constabit. Patet igitur fieri posse, vt sine medio quippiam non insit: atque quando, & quemadmodum fieri potest, sat iam explanauimus.

IN isto capitulo. 11. vbi unus est ext. 31. in ordine probat Arist. formam demõstrationis aptius fieri in prima figura. Et quod affirmatiua demõstratio, maximè ibi. Illa figura est demonstrationi commodior, vbi propter quid, & potissime fiunt demõstrationes. Sed hæc est prima figura, quia medium est ibi definitio, quæ est causa immediata proprię passionis, quę demonstratur de definito: & in minori definitio prædicatur de definito: vt Omne animal rationale risibile est, omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis.

¶ *Deinde hac tantùm. &c.* Ponit secundã rationem ad idẽ. Illa est aptissima, per quam medium inquirimus propter quid: sed talis est prima figura. Hanc minorem probat: quia scientia propter quid, ex affirmatiuis procedit: quia causa potissima est positiuũ tpe & effectus. Etsi sit aliqua causa negatiua, ad affirmatiuam reduci debet. Item q̃ scientia propter quid est vniuersalis: sed tamen in secunda figura nil affirmatiue, & in tertia nil concluditur vniuersaliter: ergo prima figura est accommodatissima.

¶ *Insuper hæc figura.* Ponit tertiã rationẽ. Illa est figura potissima, quæ aliis non indiget vt fiat euidens: sed hæc est prima: nã secunda & tertia, probantur per reductionẽ ad primam, vt in tractatu syllogismorum probatur. Arist. in libris priorũ ostẽdit reduci omnes alios modos secundæ & tertię figurę ad quatuor illos perfectos primæ.

¶ *Nã hac densantur, atque crescũt, quoadusq; ad perueniant, quæ medio uacant. &c.* Est sensus, q̃ in hac prima figura fit resolutio vsq; ad vltimam causam, & illud est media dẽtari vel scire: vt si ista Omnis homo est substantia, ad immediatam reducatur, fiet sic. Omne animal est substãtia: & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substãtia. Et rursus. Omne animal est substãtia, sic. Omne corpus animatũ est substãtia: omnis homo est corpus animatũ: ergo. Et rursus illa sic. Omne corpus est substantia: omnis homo est corpus. &c. Hic dẽfata fuerũt media, & creuerũt vsq; ad immediatã. Et quia hęc resolutio in prima, & non in secunda, quia negatiua concluditur: neque in tertia, quia non vniuersaliter, sequitur intentum.

¶ *Quemadmodum autem. &c.* Arist. probat etiã in negatiua contingere demõstrationem, quia datur propositio immediata negatiua, sicut affirmatiua ait ipse: nam quemadmodum contingit vt. a. indiuiduè competat ipsi. b. ita fieri potest, vt indiuiduè non competat. Per indiuiduè competere, intelligit prædicatum de perse conuenire subiecto immediatè: sicut homini rationale cõpetit: aut non competere de per se negari: vt substantia non est qualitas..

¶ *Cum itaque uel. a. uel. b. in toto quopiam est. &c.* Hæc litera licet sit obscura, tamen subtilis est, & intẽdit p̃bare in negatiuis, & quę immediata, & quæ mediata dicãtur: nã in affirmatiuis abũde dictũ. Dicit in negatiuis, q̃ illa dicetur mediata, cuius prædicatũ potest demonstrari negari de subiecto per aliquod mediũ, quod per se cõuenit alteri extremorũ, & negatur de alio. Et tũc erit, Cuius alterũ extremorum continetur sub aliquo genere, saltim generalissimo, vel ambo simul extrema, vt Homo non est qualitas, Homo non est equus, Homo non est lapis. Potest fieri argumentũ sic, Omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo, in secunda figura, in Camestres. Maior est per se primo: & sic p animal, homo negat̃ de lapide. Et similiter sic. Nullũ aial rationale est equus, oĩs homo est aial rationale ergo nullus hõ est equus: in Celarẽt. Item ista, Homo nõ est qualitas: sic. Nulla substãtia est qualitas: omnis homo est substãtia: ergo nullus homo est qualitas. Est maior immediata, quæ nõ potest demõstrari. Assumpta. *Cũ itaq; uel. a. uel. b. &c.* Id est, maior, vel minor extremitas in toto quopiã est id est sub aliquo genere continetur, vel vtrumque: scilicet ambæ extremitates continẽtur sub eodẽ genere. Vt homo, equus, sub animali: & homo & lapis, sub corpore. Tunc fieri nequit, vt. a. primò nõ conueniat ipsi. b. id est hæc non potest esse immediata, Nullum. b. est. a. *Sit a. maior extremitas in toto. c. puta sub medio quod sit genus, & b. non sit in aliquo. c. &c.* vt. a. sit homo. c. animal. b. qualitas, tunc fiet syllogismus in Camestres. Omnis homo est animal: nulla qualitas est aial: ergo nulla qualitas est hõ. Vbi ipsum. a. demõstrat nõ ineſſe. b. per. c. medium

Quemedia ta, & quæ immediata

Universidad de Deusto
Biblioteca

mediũ. Idem etiã fiet. si b. in toto quopiã sit,scilicet in.c.genere,quod negatur de.a. vt si in Cesare dicas nullum. a.est.c.omne, b.est.c.ergo nullũ.b.esta.i' -st,[illegible]ullus homo est qualitas,omnis albedo est qualitas: ergo nulla albedo est homo. Et idem fiet, si vtrumque sit sub eodem genere, vt homo,& equus:vt suprà exẽplum positũ est.

¶Et tandem in negatiuis, illa solum dicetur immediata, cuius neutrum extremum ponitur sub aliquo genere, sed vtrumque est generalissimum :vt quantitas non est qualitas.&c. Quia si posset probari,maxime per medium quod de perse cõueniret subiecto:sed hoc nõ posset esse,nisi genus vel definitio: sed generalissima neque habẽt genus neque definitionem.

¶*Si.a. nulli.b.insit.&c.* Probat adhuc esse immediatam negatiuam :si prædicatum non inest subiecto,& neutrũ continetur sub aliquo genere,saltim generalissimo. Vt substãtia nõ est qualitas :qa si posset probari, fieret in prima, vel in secunda figura. Si in prima,tunc.b. in aliquo toto erit,idest minor debet esse affirmatiua,quod est vniuersalis in prima figura, in quatuor primis modis euidentibus semper minor est affirmatiua. Vt in Barbara, Celarent,Darij. Et hoc est quod dicit, propositionem quæ pones.b.collocabitur idest minorem,affirmatiuam esse oportere. Et tunc medium prædicatũ,ad minorem se habet vt genus, vel definitio. Et sic. b. minor extremitas erit in aliquo toto:quod est contra prædicta.

¶Si demonstratio fiat in secunda figura, & tunc aliqua extremitatum in aliquo toto erit. Quia minor extremitas, subijcietur medio affirmatiuè in Cesare, & Festino. Et maior in Camestres,& Baroco. Si tamen extremitates generalissima sunt, vt substantia,& qualitas non possunt subijci in prædicatione directa affirmatiua,nisi sumatur pro medio ly ens: & tunc nõ posset de vno generalissimo affirmari, & de alio negari.

Nec fecit mentionem de tertia figura:nam licèt in Bocardo possit concludi, sic Homo non est qualitas: omnis homo est substantia: ergo substantia non est qualitas. Non tamen est immediata ista conclusio, sed oportet sit vniuersalis, quia omnis immediata,est vniuersalis. Et in tertia figura non concluditur vniuersaliter: ob id non posuit exemplum in tertia figura.

QVÆSTIO VNICA.

Vtrũ demonstratio, quia,& propter quid,distinguantur.

Argumẽ.

VIdetur quòd non: quia demõstratio quia, non differt specie ab illa quæ propter quid. Patet: nã ex eisdem propositionibus tran spositis,ex qa, fit propter quid,& econtra. Vt patet sic. Ha- est propter quid,vt [illegible]ist.supra posuit exemplũ, Omne quod prope est,[illegible]scintillat: planetæ sunt prope nos:ergo non scintillãt: & eadem nt, quia,sic, Omne quod non scintillat,est prope :sed planetæ non scintillant: ergo sunt prope. Ex effectu concl-itur causa.Et sic siue à priori, siue à posteriori, idem assens- causatur scientificus.

Secundò.

¶Secũdo sic. Nulla est demõstratio quia: ergo non est posita benedistinctio. Patet, quia si aliqua, vel esset quæ procedit ab effectu ad causam : vel à causa remota & mediata(vt dictum est)sed neutra istarum est : quia, si ab effectu remoto, non valet:nam viuere est effectus remotus animalis,non tamen sequitur, Omne quod viuit est animal:planta viuit:ergo planta est animal.Item si causa mediata, vel intẽdit per mediatam causam principium proximum conclusioni, quod tamẽ aliud habet prius, per quod probetur, & tunc illa non erit, quia, sed propter quid(vt supra dictum est)vt est hæc Omne animal rationale est risibile : omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis; non enim procedit à causa immediata. Si tamen per causam remotam intelligit principium remotum, inter quod &conclusionem mediat alia causa, tunc non semper est bona consequentia. Patet, quia esse animal, est causa remota respirandi, & tam- non sequitur,hoc est animal:ergo respirat: cũ pisces sint animal[illegible],& non respirent: & si fiat demonstratio,maior est falsa:sic, Omne animal respirat. Et sic neque propter quid neque,q ia.

In contra.

¶In contrariũ tamen est authoritas Arist. ponentis solum duas species demõstrationis,quia,& propter quid: quæ simpliciter est talis,& potissima.

¶Pro solutione quæstionis,(eo quod tota ratio differentiæ inter demonstrationem quia, & ppter quid, videtur pẽdere in modo demonstrãdi,scilicet ex med- ,quia vel ab effectu ad causam, vel à causa ad effectũ:& tunc à propinqua, vel remota oportet notare,quod causa remota tripliciter sumitur. Vno modo, quia licèt cum effectu conuertatur,est tamen mediata, immediatione causæ. Vt esse animal rationale, est causa mediata risibilitatis , quia mediat ad miratiuum, sic luminaria esse in capite,vel cauda Draconis,est mediata causa eclypsis & proxima,est terræ interpositio, &c. quãdo sunt [illegible]des causæ affirmatiuæ,& negatiuæ,valet à causa ad effectum: & ab effectu ad causam.

Duplex causa ppinqua & remota.

¶Secũdo modo dicitur causa remota, quã do neq; infert illud,neq; infertur ex illo: si cut pulsum habere cõcitatum,est effectus, & signum febris:& tamen non semper : ex illa causa sequitur talis effectus, neq; talis effectus infert causam. Patet, quia homo prope mortem non habet pulsum concitatum,& tamen est febris:neque ex illa causa sola ille effectus, quia ex alio exercitio potest euenire pulsus agitatio. Et sic neq; affirmatiuè vnũ infert aliud: neq; propter quid,neq; quia, sicut in exẽplo posito ab Aristot. Vt modulatio inferat,q̃ sint vites: vel quia vites,sequatur modulatio.

¶Tertio modo causa dicitur remota, quia scilicet est superior ad effectum: & dicitur mediata,mediatione prædicationis , & tũc infertur affirmatiue ex effectu :sed causa nõ inferre effectũ affirmatiuè , sed solũ negatiue.Et illa causa t demonstrationẽ, quia ex causæ mediatione. Vt quicquid respirat est animal:lapis non est animal: ergo lapis non respirat. Et affirmat. -e non valet, Hoc est animal:ergo respirat. Est eñ à causa mota ad effect- :qa superior est animal ad effectũ respirare: cũ aliquibus cõueniat animal,quibus non respiratio, vt piscibus.

¶Eodẽ modo de effectu remoto distinguẽdũ erit Quando enim effectus sequit ex sola causa [illegible]men ex omni,sequitur affirmat- .. Vt hoc respirat : ergo est animal. Non tamẽ sequitur negatiue : nõ respirat, ergo nõ est animal. Si tamẽ effectus sequitur ex omni,& nõ ex sola, sequitur negatiuè ab effectu ad causã:& nõ affirmatiue. Vt non viuit:ergo nõ est animal. Sed nõ sequitur:viuit,ergo est animal, plãta enim viuit vita vegetatiua,sed animal non est.

Nota.

¶Est etiã notandum,q̃ demõstratio quia, & propter quid,eiusdem conclusionis, specie differunt: nam præmissæ specie differunt. Si enim demonstro lunam eclypsari à priori,quia terra interposita est:vel à posteriori,quia luce priuata est : manifestum est,præmissas sic specie differre.

¶Secundò. Licèt sit verum, ipsas demonstrationes differre , tamen assensus conclusionis ca-satus à demonstratione propter quid,& à quia: non differunt specie, licet vnus alio clarior. Nam ille qui à propter quid clarior,quàm ille qui à quia. Nam diuersitas causarum, non necessariò ponit diuersitatẽ effectuũ. Idẽ est ignis specie productus à Sole,& productus ab igne. Et hoc euadit manifestum:nam scientia quę habetur à rustico de eclypsi per experientiã, differt specie ab illa, quæ per demõstrationẽ causatur. Et certũ est,si illi duo assensus specie differrẽt, possent simul & semel esse in eodẽ:quod tamẽ est contra experientiã.

¶Ad quæstionẽ ergo respondetur affirmatiue,scilicet demõstrationẽ propter quid, quę à priori est,distingui specie ab illa quę quia.quæ dicitur à posteriori. Quod ab authoritate Arist.& ratione probatur (vt in secundo notabili dictũ est) eo q̃ præmissæ in illis demõstrationibus specie differunt.

Ad primũ

¶Ad argumenta in cõtrarium. Ad primũ. Quando dicis:ex eisdem præmissis per trã spositionẽ fit ex demonstratione propter quid,demonstratio quia,& econtra : nego antecedẽs:nã ex præmissis nõ cõtingit. Cõtingit tamen,si conclusionẽ sumas pro præmissa, & præmissam inferas pro conclusione,vt sic, Omne compositum ex cõtrarijs corrũpetur:homo est cõpositus ex contrarijs:ergo homo corrũpetur. Hæc propter quid. Si tamẽ sic varies, Omne quod corrũpitur ex contrarijs constat:homo corrumpitur:ergo homo ex contrarijs cõstat: est quia,& conclusionẽ prioris syllogismi fecisti minorem in isto. Sed tamen licet ita contingat, differunt specie istæ demonstrationes:quia præmissę in vno dispositę nõ sunt vt in alio,etiã si ex eisdẽ terminis constent.

¶Nec valet. Idem assensus scientificus causatur à demonstratione,quia, & ab illa quę est propter quid:ergo ipsæ demonstrationes non differunt :sicut in secundo notabili dictum est.

Ad.2.

¶Ad secundum argumentum, quod videtur habere maiorem difficultatem , ex dictis in primo notabili patet solutio , Nam cum dicis:quæ sit quia , dico esse illam, quæ ab effectu ad causam,quę à posteriori vocatur;nam licet effectus prior sit quo ad nos,tamẽ in natura,ipsa causa prior est:sed nõ semper,quod ab effectu ad causam : sed quando est effectus,qui est causæ adæquatus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus,& cũ ea conuertitur:vt est in exemplis positis ab Arist.de propè esse planetas, & non scintillare: & terram esse interpositã, & lunam eclypsari. Si tamen effectus sit remotus,non sequitur. Omne quod viuit est animal:planta viuit,ergo est animal.

¶Et quando ex causa remota,&c. nõ intelligitur quando ex causa mediata,inter quã & effectum, alia mediat, quia sic, propter quod est: vt in hac. Omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale,&c. sed tunc dicitur, quia, quando Nota. cedit à causa quæ remota est respectu ipsius conclusionis,vt sic, Quicquid respirat est animal: lapis non est animal:ergo lapis nõ respirat,à causa ad effectum, scilicet à remota:nam esse animal, nõ est causa immediata cõclusionis, scilicet respirationis, sed habere pulmonem.

¶Manet ergo in aperto,differẽtiam esse in demõstratione quia,& propter quid: licet contingat eundem esse assensum in cõclusione scita,propter quid,& quia.

Dubium. ¶ Sed restat dubiũ circa literã, quomodo stet quod ait Arist. loquẽdo de scientijs subalternatis, quod subalternãs dicat propter quid & subalternata,quia? nam Perspectiua & Musica, saltim speculatiue demonstrant propter quid, & tamẽ sunt subalternatæ:quia Perspectiua Geometriæ, & Musica Arithmeticæ.Patet,qa Musica à priori reddit rationem consonantiæ sonorum, vt est videre in Boẽtio.

Ad dubiũ. ¶Ad dubium respondetur per propositiones.Prima.

1. Propos. ¶ Sciẽtia subalternata, nõ solũ demõstrat ab effectu,sed à priori,& ꝓpter quid, vt argumentũ probat:quia in hoc cõsistit ratio Perspectiuæ,& Musicæ speculatiuæ,quod à priori demonstrat suas conclusiones.

2. Propos. ¶Secunda propositio.Quanuis posset forsitan sustineri, ꝙ Perspectiua speculatiua nõ est nisi Geometria pro illa parte,& Musica speculatiua, Arithmetica pro illa parte,qua probat suas conclusiones: sed tamẽ rei veritas habet, ꝙ Perspectiua intra limites Perspectiuæ suas probet conclusione & Arithmetica similiter. Exẽplum, istam conclusionem probat, Obiectum propè, maius videtur:quàm à longe,sic. Obiectũ quod maiori angulo visuali videtur, maior apparet:sed quod propè videtur,maiori angulo videtur,ꝙ quod à longe:ergo.Hęc est à priori intra limites Perspectiuę: sed tamẽ dicitur ꝙ Geometria probat propter quid, perspectiuæ:quia ipsa subalternata, nõ potest resoluere suam demõstrationem vsq; ad principia immediata,& per se nota, nisi per subalternantẽ. Nam præmissæ in exẽplo posito probantur à Geometra per lineas,& angulos abstrahendo à visualibus: quod est officium Geometræ. Scilicet, si ab eadem basi duo latera trianguli progrediantur, maiorem angulum causant in parte ꝓpinqua,quàm in remota. Et in hoc sensu Arist. debet intelligi,quãdo dicit subalternatam demonstrare quia, & subalternantem propter quid. Non quod neget in ipsa subalternata esse demonstrationẽ propter quid, sed quia resolutio principiorũ, non fit nisi per subalternantem.

¶Et iterũ notandum differentiam esse inter Perspectiuam, & Musicã speculatiuã, & inter ipsas vt practicæ. Nam inquantum practicæ probat Perspectiua experimentaliter, sed speculatiua à priori per principia, & Musica probat Diapente esse bonam consonantiam,quia bene consonat auribus.Et sic practica est.Sed ipsa vt speculatiua dat rationem, vt scilicet consistat in rationali proportione,quæ est sex quialtera, ternarij ad binarium: & Diatessaron in sexquitertia,scilicet.3.ad.4. sicut Diapason in dupla,& quòd vnũ Diapente & Diatessaron, faciunt vnum Diapason, quod constat in dupla proportione,quia.4. ad.2. est dupla constans ex Diapente, quæ est.3. ad.2.& Diatessaron,quæ est.4.ad.3.

CAP. XII.

De immediatorum ignorantia.

IGnoratio autẽ ea Text. quę non negatione, sed priuatione dicitur ignorantia, deceptio est: quæ circa propositiones medio uacantes vel non vacantes, affirmatiuas vel negatiuas, aut per ratiocinationem, aut simpliciter fit. Nã aut simpliciter quispiam esse,aut non esse putat,aut per ratiocinationem existimationẽ talem

lem sequitur.

¶Simplicis igitur existimationis simplex est error: eius autẽ quæ per ratiocinationẽ efficitur,plures.a.nãq; sine medio nulli cõpetat.b. Si igitur quispiam concludat. a. competere ipsi.b. sumpto medio.c. deceptus erit, sanè per ratiocinationẽ. Atq; fieri potest, vt ambę propositiones sint falsę: & etiã altera tantũ:nã si neque.a. cuiquam. c. neque. c. cuiquam competat. b, vtraque autem per interuallũ extrema sit sumpta,ambæ própositiones erunt sine dubio falsæ:fieri nãq; potest vt.c.sic se habeat ad extremũ vtrunq; vt neq; subijciatur.a.neq; vniuersaliter cõpetat ipsi.b.etenim.b.qui dẽ fieri nõ potest,vt in toto quopiã sit:nã.a.primò remouebatur ab ipso,a. verò nõ necesse est vniuersaliter cũctis quæ sunt inesse: quare fit,ambę vt propositiones sint falsæ.At fieri quoq; pót,vt altera vera sumatur, nõ tñ vtrauis, sed.a. c. nã propositio. c.b. semper erit falsa:quia in nullo est ipsum. b.sed.a. c. vera esse potest: veluti si.a.sine medio cõpetat quidã ipsi. non cõpetat autẽ ipsi.b.cùm enim idẽ primo de pluribus quouis dicitur modo, neutrum erit in altero:nihil autẽ interest, & si non sine medio competat.

¶Deceptio igitur essendi ꝓ hoc, atq; hoc modo fit solũ: nõ enim alia in figura ratiocinatio erat essendi:nõ essẽdi verò & in prima, & in media fit. Atq; primũ dicamus,quot modis,& qũo se se habẽtibus ipsis ꝓpositionibus fit in prima figura. Fieri itaq; potest, vt ambę falsæ ꝓpositiones sumãtur: veluti si ipsum,a,tam,c, q̃,b, sine medio cõpetat. Nam si sumatur, a,quidẽ nulli inesse,c,ipsum autẽ c,cuilibet cõpetere, b, erit vtraq; propositio falsa. Fieri quoq; pót, vt altera propositionũ vtrauis falsa sumatur. Nã esse potest,a,c,quidẽ vera,c,b, verò falsa, a, c,quidẽ vera,quia,a,nõ omnib⁹ inest quę sunt,c,b,verò falsa,tum quia fieri nequit,vt,c,cui ipsum,a, nulli cõpetat,ipsi cõpetat,b,nam aliàs,a, c,propositio nõ erit vera:tũ quia si ambæ sint veræ, erit ipsa cõclusio vera. At,c,b,etiá vera esse potest, altera sumpta falsa: ceu si,b, & in,a,sit & in,c,necesse est enim tunc alterum esse sub altero: quare si sumatur, a, nulli cõpetere,c, erit hæc propositio falsa. Patet igitur & ex altera tantùm,& ex ambabus propositionibus falsis ratiocinationem fieri falsam.

¶Sed in figura media,vt totę quidem ꝓpositiones ambæ sint falsę,fieri nequit:nã cùm,a,cuilibet ineſt,b, nullum tum sumi mediũ potest,quod alteri cuilibet,alteri nulli cõpetet. Oportet autẽ hoc pacto sumere ꝓpositiones,vt alteri quidem insit,alteri verò non insit,si hac in figura ratiocinatio fieri debeat. Si igitur quæ sic sumũtur sint falsæ,constat econtrà

Universidad de Deusto
Biblioteca

veras vtrasq; fore: quod quidem fieri nequit. Verùm aliqua ex parte falsam esse vtranque nõ obstare quicquã videtur: veluti si mediũ.c.tam.a.quàm.b. cuidã insit. Tunc enim si ipsum. c. cuilibet quidẽ.a.nulli verò.b.dicatur inesse,falsæ quidẽ erunt ambę propositiones, & non simpliciter, sed aliqua ex parte: sicut patet. Eadẽ erunt,& si propositionem negatiuam versus extremũ maius posueris. Fieri tamẽ potest,vt altera falsa atque vtrauis propositionũ sumatur:quod enim inest cuilibet.a. id.b. quoque cuilibet inest. Si igitur ipsum.c. tale sumptũ cuilibet quidem. a. nulli verò.b. competere dixeris. a. c. quidem erit vera.c.b.autem falsa. Rursus quod nulli. b. competit, id nec. a.cuilibet inerit: nã si cuilibet. a. competeret,& ipsi quoq;.b.cuilibet profectò competeret:at nulli inesse supponitur. Si igitur cuilibet quidẽ.a.nulli verò.b. cõpetere dixeris.c. b. quidem veram, alteram verò falsam efficies. Idẽ vtique fiet, & si versus maius extremum propositionem negatiuam posueris: quod enim nulli competit. a. id etiam nulli cõpetit.b.Si igitur. c. nulli quidem.a cuilibet verò. b. competere dixeris. a. c. quidem propositio erit vera,altera verò falsa. Rursus si id quod.b. cuilibet inest, nulli cõpotere dixeris.a.falsam tum efficies propositionem. Necesse est enim,si. b. cuilibet inest, &.a. cuidam competat. Si igitur huiuscemodi sumptum.c.nulli quidẽ a.cuilibet vero.b.dicatur competere,erit.c.b.quidem vera.a.c.autem falsa. Patet igitur ex vtrisq; falsis,& ex altera tãtùm circa propositiones indiuiduas ratiocinationem falsam fieri posse.

HVcusq; posita in isto primo libro posteriorum sunt, quæ videntur cuilibet Dialecticæ necessaria: in quo Aristote. tradit modum demõstrãdi,tam propter quid, quàm quia:& modum solũendi vsque ad vltimam causam, & principia prima immediata. Quæ tamen sequuntur, tam in isto primo libro posteriorum, quàm illa quæ in secundo traduntur, non videtur admodum necessaria: & nimis prolixè sunt tradita,licèt more suo Aristo. simul & obscurè,& ingenioſe sit locut9. Verum neoterici Dialectici,habentes tẽporis rationem, solùm contenti sunt tradere vsque ad istum locum. Quapropter, quæ sequuntur,ab eis communiter nec tradũtur, neque exponuntur. Verum istius capituli summarie possumus declarationẽ, ex quo liceat colligere quę restat, licèt subtiliter dicta,non admodum necessaria. Quæ posterunt (si vacauerit) videri apud ipsum Aristo.qui sic affectauit obscuritatem, vt est consequutus, vt quilibet possit sui ingenij experimentum sumere. Atqui in isto capitulo,& tribus sequentibus, agit de ignoratione,quæ scientiæ opponitur. duobus capitulis agit de ignorantia prauę dispositionis:in primo de ignorantia priorum immediatorum:& in secundo de ignorantia conclusionum, quæ sunt mediata. Et in tertio agit de ignorantia puræ negationis.

¶Primò Ponit ignorantiam esse duplicem,scilicet puræ negationis, & prauę dispositionis. Et quæ prauæ, est falsum rei iudicium:& puræ negationis, est scientiæ carentia:quæ non proprie dicitur deceptio. Alia tamen sic.

¶Igno

¶Ignorantia prauæ dispositionis,secundũ quam est deceptio, quædam est circa prima principia immediata, de qua iniſto capitulo: alia est de propositionibus mediatis,de qua in sequenti capitulo.

¶Notãdum hic Arist.loqui de propositionib9 immediatis,quæ quãuis sint immediatæ, sed non simpliciter, & quoad nos sunt per se notæ:vt,Omne animal rationale est disciplinabile, Nulla quãtitas est qualitas: & similes circa quas propositiones licèt sint immediatæ, potest contingere error: non solum vocalis,vt quis voce neget, sed mẽtalis. Et talis error,seu deceptio, potest esse circa affirmatiuas, & circa negatiuas. Et sicut datur propositio immediata in veritate,tam affirmatiua, quàm negatiua,vt Omnis homo est disciplinabilis:nulla substantia est quantitas: sic datur immediata in falsitate,Homo nõ est rationalis: substãtia est qualitas. &c. Et sicut datur mediata in veritate, vt Mundus est creatus: datur mediata infalsitate, Mundus est ab æterno.

¶Ignorãtia prauæ dispositionis potest cõtingere, vel per syllogismum deceptoriũ, qui dicitur paralogismus, aut simpliciter. Quod est vel experientia,vel authoritate: vt si rusticus credat solem non esse maiorẽ rota molari, quia sic apparet. Aut credit mundum esse perpetuum, authoritate alicuius Philosophi.Hæc ignorantia nõ pertinet ad hũc librum. Si tamẽ in istis propositionibus deciperetur. Vnaquęq; res est tanta,quanta apparet: Sol solum apparet vt rota molaris: ergo non est maior: tunc esset deceptio per paralogismum,pertinere ad hanc scientiam.

¶ *Simplicis igitur,&c.* Cõtẽdit probare,& ponit exempla diuisionis. Ait Simplicis æstimationis, simplex est error. Sed eius qui per ratiocinationem,multiplex, quia talis habet cõclusionis,& alterius præmissarum,vel vtriusque. Hic solùm est sermo de paralogismo, cuius defectus contingit ex parte præmissarum:qui defectus est ex parte materię. Nam qui ex parte formę, in libris priorum declaratur.

¶Primo ostendit, quomodo error contingit in immediatis propositionib9,falsis, affirmatiuis. Et suppolito quòd. a. sine medio nulli cõpetat. b. vt si.a.sit substantia, &. b. qualitas,hoc est immediata:nullum.b. est. a.(Si igitur quispiam)inquit concludat.a. cõpetere ipsi.b.sumpto medio.c.deceptus erit per paralogismum. Vt sic.Omne.c.est a.omne.b.est.c.omne.b.est.a.vt si pro medio sumatur aliud generalissimum extraneum, vt quantitas sic, Omnis quantitas est substantia:omnis qualitas est quãtitas: ergo omnis qualitas est substantia. Hic fit, & vtraque præmissarum est falsa. Quod probat fieri, nanque potest, idest potest esse vt.c.sic se habeat ad extremum vtrunque, vt neque subijciatur ipsi. a. idest maiori extremitati,neque vniuersaliter competat ipsi. b. quod est minor extremitas, idest ne prædicetur vniuersaliter de minori. Quod patet quia. b. non potest fieri vt in quodam toto, sit idest contineatur sub aliquo genere:nam cùm vniuersalissimum sit. b. non potest sub aliquo genere contineri,& sic medium.c.in minori non prædicabitur de. b. Quod probat, quia. a.remouebatur.a.b. immediatè, & sic ista erat immediata: Nullum. b. est. a. quod non poterat esse, nisi quia. b. erat generalissimum. Hac de causa neque habet genus, neque differentiam, neque diffinitionem. Et sic nihil prædicabitur de.b.vniuersaliter & affirmatiue,& nunquàm.c.de.b.vniuersaliter posset particulariter prædicari. Vt si.c. esset color. Sed tamen non sufficeret ad concludendum vniuersaliter,quia sic, Omnis color est substantia: qualitas est color: ergo omnis qualitas est substantia. Et probat quod potest.c. non subijci affirmatiuè ipsi. a. etiam si sit generalissimum, scilicet substantia,quia non de accidentibus prædicatur,ob id etiam maior est falsa, Omnis quantitas est substantia.

¶ *At fieri quoque.&c.* Prosequitur Aristote. & probat aliam partem, scilicet in paralogismo posse esse solum alteram præmissarum falsam.

¶ *Deceptio igitur.&c.* Ponit exemplum paralogismorum concludentium propositiones negatiuas falsas,contrarias immediatis veris. Et præsupponit, quod paralogismus concludens affirmatiuas falsas, solum in prima figura consistit: sed concludens negatiuas falsas,contingit in prima, & in media, idest in secunda figura, in Celarent. Nulla substantia spiritualis est substantia:omnis substantia corporalis, est substantia spiritualis: ergo nulla substãtia corporalis est substantia. Omnes præmissæ sunt falsæ.

¶ *Fieri quoque potest,&c.* Ponit vbi maior sit vera,& minor falsa. Nulla qualitas est substantia: omnis Angelus est qualitas: ergo nullus Angelus est substantia. Et quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

maior sit falsa, minore vera existente, sic. Nullum corpus est substantia: omne animal est corpus: ergo nullũ animal est substantia.

¶ *Sed in figura media, &c.* Ponit exempla in secunda figura, in Camestres, Omne animal est rationale: nullus homo est rationalis: ergo nullus homo est animal: vtraque est falsa, sed maior solum est falsa pro aliquibus suppositis, & sic in Cesare, Nullũ animal est irrationale: omnis homo est irrationalis: ergo nullus homo est animal. Dicit tamen, quod non potest esse in secũda figura, quod vtraque præmissarum sit falsa totaliter: quia sic conclusio vera erit, & non falsa. Et ratio est: quia si in Cesare, fiat sic. Nullus color est. c. omnis albedo est. c. ergo nulla albedo est color: si iste duę præmissæ sunt falsæ totaliter: ergo contrariæ earum erunt veræ, scilicet, Omnis color est. c. nulla albedo est. c. tunc istæ dispositæ in Camestres inferunt, nulla albedo est color: tunc sic: antecedẽs est verum in Camestres, ergo consequens est verum, & sic non esset deceptio: sed hoc non potest esse: ergo nec potest esse quod vtraq; præmissarum in secunda figura sit totaliter falsa.

¶ *Fieri tamen potest. &c.* Probat quomodo maior potest esse vera, & minor falsa, & ecotra in Camestres, vt. c. sit mediũ genus, quod vniuersaliter affirmetur de vtraque extremitatum, vt ly corpus. Omne animal est corpus: nullus homo est corpus: ergo nullus homo est animal. Vbi maior vera, & minor falsa.

¶ *Rursus quod nulli. b. &c.* Probat econtra, quòd maior sit falsa, & minor vera sic. Omne animal est irrationale: nullus homo est irrationalis: ergo nullus homo est animal.

¶ *Idem utique fiet, &c.* Ostendit idem in Cesare, si versus maius extremum negatiuam posueris: idest si maiorem feceris negatiuam, sic. Nullum animal est Angelus: omnis homo est Angelus: ergo nullus homo est animal. Hic maior vera, & minor falsa. Ecõuerso potest esse maior falsa, & minor vera, etiam in Cesare. Nullum animal est rationale: omnis homo est rationalis: ergo nullus homo est animal. Sic ergo finis est capituli. 12. in quo Aristote. exempla paralogismorum ex quibus deceptio causatur, idest ignorantia prauæ dispositionis posuit, tam in affirmatiuis fallis immediatis, & hoc in prima figura, quàm in negatiuis falsis immediatis, tam in prima, quàm in secunda figura. Reliqua posteriorum in ipso Aristote. videnda erunt per otium.

¶ * Et si in prima & secunda editione in dialectica vsque ad istum locum per ventum est, existimantes sufficere ad perfectam notitiam huius materiæ posterioristicę: in hac tamen tertia editione vbi plura sunt addita ob importunam exactionem amicorum, qui aliquantulum prolongari dialecticum negocium existimarunt operæpretium: potius fideli consilio eorum acquiescentes, quam proprie opinioni: vsque ad finem libri primum posteriorum apposuimus textum adducentes cum declaratione necessaria, breui tamen compendio. *

CAP. XIII.

De mediatorum ignorantia.

SEd cum propositiones affirmatiuæ vel negatiuæ medio nõ vacantes, falso per medium proprium concludũtur: fieri non potest vt propositiones ambæ falsæ sumãtur. Sed ea tantum sumitur falsa quæ est versus extremum maius: atque proprium id medium dico, per quod fit ea ratiocinatio quæ opponitur falsæ, a, nanque per medium competat ipsi, b, cùm igitur, c, b, propositionem affirmatiuam oporteat sumi, si prima in figura ratiocinatio fieri debeat, patet hanc quidẽ perpetuò veram esse: non enim ipsa cõuertitur, a, c, autem esse falsam: hac enim conuersa, contrarius syllogismus

gismus fit. Idẽ efficietur, & si mediũ alia ex serie fuerit sumptum, ceu, d, si in tota sit, a, & de omni, b, prædicetur. Etenim, d, b, quidẽ in tacta maneret propositio, altera vero vertatur necesse est. Quibus efficitur, vt illa quidem perpetuo vera, hæc autem semper falsa sumatur. Atque talis error concurrit cum eo, qui per medium efficitur proprium ac ferè idem est. Si vero non per mediũ proprium, extruitur ratiocinatio, cum hoc tale est, vt ipsi quidem subijciatur, a, de nullo verò dicatur, b, tunc ambas propositiones falsas esse necesse est. Etenim modo contrario sunt sumendæ, si ratiocinatio fieri debeat. At si hoc modo sumantur, ambę sanè vertẽtur in falsas: veluti si, a, quidẽ cuilibet insit, d, ipsũ autẽ, d, nulli cõpetat, b. His enim versis, ratiocinatio fiet, & ambæ propositiones erunt, vt diximus falsæ. Cùm verò medium ceu, d, non subijcitur ipsi, a, tum, a, d, quidẽ propositio erit vera: quia d, non erat in, a, d, b, verò falsa: quoniam si esset vera, conclusio esset vera, at erat falsa. Cũ autem per mediam figuram fit error: tunc fieri nequit, vt ambæ propositiones totæ falsæ sumantur. Nam cum, b, subijcitur ipsi a, fieri non potest vt quicquàm vnquam alteri cuilibet, alteri nulli competat: sicut & antea diximus. Altera tamen propositio falsa, & vtrauis etiam sumi potest: nam si, c, tam, a, quam, b, cuilibet inest, si idipsum cuilibet quidem, a, nulli verò, b, competere dixeris, a, c, quidem erit vera, altera vero falsa. Rursus si ipsum c, nulli quidem, a, cuilibet vero b, cõpetere dixeris, c, b, quidem erit vera, a, c, autem falsa. Si igitur deceptionis ratiocinatio sit negatiua, dictum est quando, & ex quibus ipsa deceptio erit. Sed si affirmatiua sit, cùm per mediũ quidem extruitur proprium fieri non potest, vt ambæ propositiones sint falsæ. Necesse est enim intacta maneat ipsa, c, b, si ratiocinatio fieri debeat, quemadmodum & antea diximus. Quare semper erit, a, c, propositio falsa: hæc est enim ea quæ vertitur. Idem efficitur, & si ex alia serie medium ipsum sumatur, sicut & in errore diximus negatiuo. Etenim, d, b, propositio maneat, a, d, vertatur necesse est: atque hic error conuenit cum priore. Sed cum non per proprium ratiocinatio conficitur medium, si id quidem collocatur sub, a, propositio quidem, a, d, erit vera, d, b, autem falsa: fieri nanque potest, vt, a, cuidam insit, cuidam non insit, quorum neutrum sub altero collocatur. Sin verò, d, nõ subijcitur ipsi, a, tum, a, d, quidem semper est falsa, quippe cùm affirmatiuam eam esse oporteat, d, b, verò fieri potest vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunc vera, nunc falsa sumatur: nihil enim vetat vt. a. quidem nulli. d. competat. d. vero cuilibet insit. b. animal enim nulli scientiæ competit: at scientia musicæ cuilibet ineſt. Neque rursus prohibet quicquam, vt neque. a. cuiquam. d. neque. d. cuiquam insit. b. Patet igitur fieri posse, vt ambæ, atque altera sit falsa, cùm medium sub. a. non collocatur. Perspicuum igitur est, quot modis per ratiocinationem error, & per quæ fieri potest circa propositiones vacantes medio, & item eas quæ denonstrari possunt.

EXPOSITIO textus Aristot.

IN cap. 13. libri primi poste. vbi de mediatorũ ignorantia agit, insinuat quomodo contingat ignorantia, & paralogizatio propositionum mediatarum: sicut & probatum est in præcedenti, de immediatis: & sententiã eius explicando, pauca apponemus: clare tamen.

¶Docet quomodo potest paralogizari: & propositio vniuersalis affirmatiua: & vniuersalis negatiua: & hoc in prima, & secunda figura.

¶Vniuersalis affirmatiua, cùm solũ in prima figura concludatur: admentem Aristo. duobus modis potest cõtingere: primo ex vtraq; præmissarum falsã: per medium extraneum, ab utraque extremitatum, verbgratia, omnis homo est somn⁹: omnis somnus, est lapis: ergo omnis homo est lapis. In isto paralogismo vtraq; præmissarũ falsa est: & cõclusio falsa: quia medium somn non prædicatur de homine, neque de lapide. Quando altera præmissarum solum est falsa: contingat tripliciter. Quia, vel mediũ est proprium, vel extraneum. Si propriũ, maior erit falsa: & minor vera, vt hic omne animal est circulus: omnis homo est animal: ergo omnis homo est circulus. Cõclusio est paralogizata per minorem veram, & maiorem falsam: quia medium, scilicet, animal, non est extraneum, ad hominem: sed de eo prædicatur.

Tripliciter cõtingit paralogizatio

¶Si tamen medium sit extraneum, vel est ad maiorem extremitatem solum: & tunc maior erit falsa: & minor vera. vt ista: omnis homo est color: sic arguendo: omne animal est color: omnis homo est animal: ergo omnis homo est color. Minor est vera, & maior falsa: quia medium animal extraneum est à maiori extremitate, putà colore, & non à minori, puta homine.

¶Si extraneum à minori extremitate, & non à maiori: tunc maior erit vera, & minor falsa: hæc omnis homo est triangulus: sic arguendo, omnis figura habens tres angulos est triangulus: omnis homo est figura habens tres angulos: ergo omnis homo est triangulus. Maior est vera, & minor falsa: quia medium fuit extraneum à minori extremitate, & non à maiori. Ecce de propositione vniuersali affirmatiua: & dicitur mediata propositio, quia inter prædicatũ, & subiectũ propositibis: quę syllogizatur, multa cadunt media: nam homo, habet animal, corpus, substantia: & somnus, habet sensibile: & qualitatem. &c.

¶Sed oportet nunc videre, quomodo vniuersalis negatiua mediata syllogizetur: vt ista: nullus homo est substantia, est in prima, & secunda figura: in prima sic: nullum animal est substantia: omnis homo est animal: ergo nullus homo est substantia, in secunda sic: nulla substantia est corpus: omnis homo est corpus: ergo nullus homo est substantia. Et quidem ad mentem Aristo. in prima figura potest syllogizari: extraque præmissarum falsa: & ex altera solum: vt in exemplo proposito: nullus lapis est substantia, omnis homo est animal: ergo nullus homo est substantia, vtraque prarum falsa est.

¶Sed vbi altera vt maior, est falsa: nullum animal est substantia: omnis homo est animal, ergo nullus homo est substantia. Non tamen potest syllogizari in prima figura: quod maior sit vera, & minor falsa: in medium sit eiusdem prædicamenti: cum extremis: sed bene si extraneum: vt sic: nulla albedo est substantia, omnis homo est albedo: ergo nullus homo est substantia. Ecce quomodo vniuersalis negatiua, in prima figura potest syllogizari.

¶In

¶In secunda figura contingit ex vtraque præmissa falsa, in parte: & ex altera, siue maior, siue minor: stando in exemplo: nullus homo est substantia: sic, nulla substãtia est albedo: omnis homo est albedo: ergo nullus homo est substantia. Maior est vera, & minor falsa. Quod autem maior possit esse falsa, & minor vera: omnis substantia est albedo: nullus homo est albedo: ergo nullus homo est substantia. Sed quod contingat, ex vtraque falsa in parte: patet, omnis substantia est imperfecta: nullus homo est perfectus: ergo nullus homo est substantia. Vtraque præmissarũ in parte est falsa: quia in substantijs alia est perfecta: & aliqua imperfecta: & inter homines, similiter. Dictum est in parte, nã non potest cõtingere q vtraq; præmissarũ in totũ sit falsa: quia medium non datur, quod sit vniuersaliter contentũ sub vna extremitatum: & totaliter ab alia remotũ: quia vel est simpliciter extraneum, à prima, & secunda extremitatibus: vel cõuenit alicui: si primũ, negatiua erit vera: si secundũ, nunq; vtraq; erit falsa in toto, cũ vna sit affirmatiua: vt color sit medium extraneũ & ad hominẽ, & ad substantiam: nulla substantia est color: omnis homo est color: ergo nullus homo est substantia: maior est vera, quæ est negatiua, & minor est falsa, quę est affirmatiua. Si vero sumas pro medio lapidẽ, qui est extraneus ab homine, & non à substantia: tunc fit argumentum: nulla substantia est lapis: omnis homo est lapis: ergo nullus homo est substantia. Maior est falsa, sed non in toto: quia aliqua substantia est lapis, & aliqua non est, vtraque præmissa non est falsa in toto. Ecce ergo quomodo fit paralogismus in propositionibus mediatis tam in vniuersali affirmatiua quàm negatiua: in prima, & in secũda figura. Ex illis patet sensus Arist. in isto. 13. cap.

CAP. XIIII.

De ignorantia negationis.

MAnifestum est etiã si sensus quispiam defuerit, necessario & sciẽtiam aliquam de esse; quã quidem cõsequi nõ possumus, si discimus vel inductione vel demõstratione. Est autẽ demonstratio quidem ex vniuersalibus, inductio vero ex particularibus: fieri vero non potest vt vniuersalia percipiantur, nisi per inductionem. Quoniam & ea quæ abstracta dicuntur, erunt per inductionem nota, si quis nota voluerit facere, ineſſe inquã nonnulla generi cuiq; ue: & si non separabilia sunt, & vnumquodq; est tale. Inductionem autem eum qui sensu caret cõficere, vnum corũ esse cõstat, quæ nullo pacto fieri possunt: ipsorum nãq; singularium est ipse sensus. Non enim fieri potest, vt ipsorum accipiatur scientia. Neque enim ex vniuersalibus absque inductione, neque per inductionem sine vi sentiendi.

IN isto cap. 14. Aristot. postq; egit de paralogismis ratione cuius est ignorãtia prauæ dispositionis, modo agit de ignorantia, quæ est puræ negationis, quæ est neſcientia: quæ cum multis modis contingat, solum de vnico modo tractat, vt. s. deficiente sensu, necessario scientia illius sensibilis debeat deficere. Quod dictum fundatur in illo communi prouerbio, Cæcus nõ iudicat de coloribus.

Conclus.

¶Cõclusio Arist. probatur: quia scientia, quæ debet haberi per inuentionẽ: necessario præ requirit cognitionẽ, in singulari cũ nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu: nam si scientia est, vel per demõstrationem vel per inductionem, habenda est: si per inductionem, vniuersale, de quo scientia est, nõ cognoscitur nisi ex singularibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognitis: & singularia, non nisi per sensum habentur. Nam quis, V.g. poterit scire: quòd omne reubarbarum choleræ sit purgatiuũ: nisi per singularia, quæ expertus est: quia hoc, & hoc, purgat: ergo omne hæc aqua est frigida, & hæc aqua: ergo omnis sonus delectat & ille delectat, ergo omnis sonorus sonus delectat.

¶Si habetur per demonstrationem: cũ omnis demonstratio, ex vniuersalibus cõstet: vt in superioribus est diffinitum: & ipsa vniuersalia non nisi ex singularibus: sequitur ergo in tentum. Neque valet dicere, q̃ mathematicus considerat de abstractis: & sic poterit saltem ipse scientiam habere sine sensu: non valet (inquam) quia & si per intellectum mathematicus abstrahat à circulo, quod sit ferreus, vel æneus, calidus, vel frigidus: in veritate tamen non inuenitur circulus, nisi in aliquo singulari: ob id necessaria est cognitio singularis. Nam cæcus quomodo scientiam habere poterit, quòd albedo, & nigredo sint contraria, maximè distantia: & quòd inter medius, sit color fuscus. &c.

Obiectio.

Solutio.

S. Tho.

¶Doctor S. duo obiter adnotauit ex dictis Aristo. Primum, quod artificiosè sit loquutus Philo. contra Platonem: qui ponebat, nos habere scientiam per species ab ideis participatas: nam si cognitio singularium, ad scientiam requiritur, non contingit per illarum specierum infusionem.

¶Secũdo etiam videtur reprobare opinionem, quam fortè Commentator habuit. 3. de anima. com. 36. quod in hac vita possimus substantiarum separatarum habere scientiam quidditatiuè: si quidem vt suo loco in libris de anima latè disputabimus: possumus sciẽtiam habere aliquorũ, quorum phantasma proprium non præcessit: sed adhuc ex phantasmatibus cognitio habebit ortum ex alijs: & est verum, & si habeamus quidditatiuam cognitionem substantiarum separatarum, pro isto statu: nõ tamen quidditatiuè, sicut ibidem erit compertum.

Nota. Non est idẽ cognoscere quidditatiuam substãtiam, & cognoscere qd ditatiuè.

Linconien-ſis.

¶Linconiensis exponendo hunc locũ Aristo. in posterioribus dicit omnem scientiam esse possibilem sine adminiculo sensus in mente diuina: quia in eo ab æterno sunt: & nõ solum est ipsorum vniuersali certa cognitio: sed etiam singularium: licet cognoscat ea per modum vniuersaliũ: quia per modum abstractum. &c. & similiter intelligentiæ recipientes irradiationem à lumine primo, in ipso lumine primo videnti omnes res scibiles, & singulares, & vniuersales: &c. Hæc ille. Sed hæc spectãt ad theologum, ob id relinquenda in præsenti, & suo proprio loco tractanda.

QVÆSTIO.

An sit verum, quòd deficiente aliquo sensu, illius non possit esse scientia.

Quæstio.

SEd placet præclariori intelligentia Aristot. quærere, an rum sit absolute: quod deficiẽte aliquo sensu, nõ possit esse illius sciẽtia. Et probatur esse falsum: nam cæcus potest habere de coloribus iudicium: si quidem potest per auditum percipere, de numeris sonorus, & differentiam, quam per auditum potẽtiam inter sonos recipit: potest per disciplinam de coloribus: vt si disciplina instruatur, alldinem esse disgregatiuã visus: & nigredinẽ cõgregatiuam, &c. sequitur ergo quòd potest esse scientia, quando deficit sensus.

Primum argumentum

Secundò.

¶Secundo, vt dicebamus, scientiam habemus de Deo & de substantijs separatis: & tamen non processit aliquis sensus, neque sensatio: cum nullo sensu exteriorum hæc percipi possint: neque interiori: ergo deficiente sensu, poterit esse scientia. Et antecedens probatione non indiget: nam in theologia, habetur scientia de Deo: & in Metaphysica Aristo. in lumine naturali probat: & maximè probat, & demonstratiuè concludit, Deum esse primũ quod mouet, immobilis ipse: q̃ sit ęternus infinitus. & & de substantijs separatis, plura prædicta essentialia probat: & de anima ratione in libris de anima, & horum nullus præcessit sensus.

Tertium.

¶Tertio, quia natura nobis per causas effectus cognoscere: & per etiã deuenire incognitionem causarum demõstratione q[uia], cõtingit ergo per cognitionẽ qualitatum primarũ frigiditatis, caliditatis. &c. quæ per sensum tactus percipiuntur: possumus deuenire incognitionem qualitatũ secundarum, quæ velut effectus, ab ipsis emanant: vt sunt asperũ, leue, durũ, molle, leue, & graue: etiã si aliquo sensu non sint hæc percepta: sed sola causa sit cognita, sequitur ergo q̃ potest esse scientia illius, cuius non præcessit sensatio.

¶In contrarium est Arist. Philosoph.

¶Pri-

1. Nota. Dupliciter scientia de aliquare.

¶Primo modo notandum, quòd sciẽtiã de aliqua re dupliciter possumus acquirere, seu habere: vno modo in vniuersali, per cõceptus cões, & connotatiuos: alio modo per proprios, & quidditatiuos. Potest quidem cæcus proprio conceptu, per auditũ percipere numerum sonorum, acutum, vel grauem, &c. & per gustũ saporem esse dulcem, vel amarum: & hoc quidẽ sic propriè: vt per sensum exteriorẽ recipiẽdo species proprijo[rum] obiecti per interiores sensus iudicet, & propria formet phantasmata, ex quibus per operationem intellectus agentis extrahantur species intelligibiles: & actuetur intellectus possibilis: ad habendam cognitionem quidditatis rei. Hæc cognitio per proprios conceptus erit. Et ille idem homo, qui sensibus istis percepit, si orbatus fuerit visu per auditum: disciplina poterit & percipere differentiam esse in coloribus: sicut & eam expertus est in sono: & in saporibus, & tactu tunc ex illis poterit per sensus interiores habere iudicium: & consequenter iuxta iudicium, etiã phantasma formare: ex quibus & species abstrahat intellectus agens. &c. & tunc erit conceptus, sed non singularis, non absolutus, non quidditatiuus, &c. conceptus tamen erit ad quæstionem.

1. Concl.

¶Deficiente aliquo sensu, illius haberi nõ potest scientia, per inuentionem. Patet: quia intellectus noster, pro isto statu, ita alligatus est sensibus, vt nullo modo possit suas exercere operationes: nisi ipsis mediãtibus. Sequitur ergo, cum scientia cum sit in intellectu, nõ possit acquiri nisi per sensus operationem: ergo deficiente, causari scientia non potest. Et quod sit ita alligatus immersus intellectus pro isto statu: patet. Nam videmus, phreneticũ propter imaginationis læsionem: & letargicũ, propter læsionem memoriæ impediri: & in acquisitiã: & in vsu acquisitæ: & [illegible] quia intellectus pro isto statu indiget sensu interiori, ob phantasmata: vt egregiè probat D. S. p. p. [illegible] 4. ar. 7. & late in libris de anima sed operatiões sensuũ interiorum, non possunt esse nisi præcedat sensus exterioris operatio vt ex manifestũ: sequitur ergo de primo ad vltimũ: illius sensus cuius est deffectus, scientiam haberi nõ posse per inuentionẽ: quia si debet inuenire scientiã, est per hoc, q̃ sensus interiores nõ sunt impedit[i]: & sensus interiores non læsi, sed integri, haberenon possunt operationes, nisi per species à sensibilibus receptas:

2. Thom.

has recipere non possunt nisi per exteriores: ergo eis deficientibus non poterunt esse in sensu: & sic nec in intellectu erunt species intelligibiles, si non præcesserunt sensibiles: ergo ull[illegible] nodo per inuentionẽ poterit esse scientia. Dixi per inuentionem, pro quo sit.

2. Conclu.

¶Secunda conclusio defficiente proprio sensu, per disciplinã haberi potest scientia, saltim in communi illius sensus: patet vt in principio quæstionis dicebamus: quia cæcus à magistro potest habere differẽtiã esse in coloribus: sicut eam experitur per ętũ, & alios sensus, in proprijs obiectis: ergo poterit & à magistro habere albedinẽ, esse colorem visum disgregantem, & nigredinem congregantem: & cõsequenter iuxta id quod sensu percepit: de alijs obiectis: & habere species, & eas formare, & phantasmata secundum tale iudicium reseruare: ex quo extrahi possit species intelligibilis, per quam actuatus intellectus, possit scientiam acquirere.

¶Et confirmatur. In extimatiua, in bruto: & in cogitatiua in homine sunt species non sensatæ illorum quorum nulla præcessit propria species, in sensu exteriori: quæ extractæ sunt à sensatis: vt ouis viso lupo, fugit per inimicitiæ species: quas habet in extimatiua: & nõ fugit à cane: &c. sequitur ergo quòd in cęco ex perceptis ab alio sensu poterunt esse species non sensatę de coloribus: & sic eis habitis, poterit habere phantasmata: & consequenter species intelligibiles extrahi: & scientia acquiri. Nã minus est ex sensatis eligere sensatas, quã ex sensatis non sensatas: sed potest id quod magis: ergo & id quod minus, per regulam Topicorum. Si id quod minus videtur inesse, inest, & id quod magis. &c. Omnia hæc sunt manifesta, & probantur in libris de anima: & per experientiam, non est qui ignoret. Sequitur ergo, quòd cæcus poterit habere scientiam de coloribus, in communi saltem.

3. Conclu.

¶Tertia conclusio. Intellectus noster pro isto statu, potest habere scientiam substantiarum immaterialium: & quidditates earum cognoscere: sed tamen non quidditatiuè. Potest (inquam) quidditates cognoscere, non per phantasma proprium, quia nullum præcessit: sed ex alijs phantasmatibus: & nõ solùm sic cognoscimus substantias separatas, sed Deum ipsum benedictum: cui honor & gloria in secula seculorum. Amen. Quod & Paulus ad Roma. pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad Ro. 1. moluculenter probatur. Si quidem in visibilia Dei, per ea quæ facta sunt: intellecta, conspiciuntur. Et cùm Deum ex creaturis cognouissent, non vt Deũ glorificauerũt, illi philosophi: propter quod in. excusabiles sunt. Hæc est nota quo ad partem primam, & in libris Metaph. Arist. probat, & in. 8. Physicorum erit manifestum. Dixi in communi, quia cum proisto statu propria scientia, non possit nisi per sensum haberi: & cuius proprium præcesit phantasma, cum Dei, & substãtiarum separatarum ha[illegible]ri non possit: neque scientia in particulari, erit. Si quidem Deum per viam remotionis agnoscere, vt diuinus docet Dionysius ex istarum rerum materialiũ, proprio phantasmate est compertissimum, vt latè in speculationibus Physicis tractatum à nobis est. 3. de anima spec. 4. vbi proprius locus. Sed quòd id quidditatiue cognscere non sit, restat probare: nã aliud est quidditatem alicuius rei cognoscere: aliud quidditatiuè. Nam ad quidditatem cognoscendã sufficit, quod quidditatis habeatur notitia siue à priori, siue aposteriori ex effectu: & cũ substãtias immateriales per effectus cognoscamus quidditatẽ, & cognoscere possimus neque hæc cognitio requirit speciẽ propriam: vel à proprio phantasmate extractam. Sed tamen quidditatiuè cognoscere: super addit ad cognitionem quidditatiuam: vt id sit cognoscere per essentiam rei cognitæ: vel per speciem repræsentatiuam sufficienter: & attingendo propriam differentiam: vel effectum adæquãtem rei essentiam, vt aliqui addunt. &c. cum ergo pro isto statu non solum Dei nõ possit dari effectus adæquans virtutem: imo neque substantiarum separatarum cognosci à nobis potest: item neque potest essentia earum haberi, neque species repræsentans sufficienter: neque differẽtiæ, &c. sequitur quod nullo modo possumus quidditatiuè cognoscere substãtias separatas. Et hęc pro nunc sufficiant. &c.

Dionysius.

3. De anima spec. 4.

Non est idẽ quidditatẽ cognoscere & quidditatiuè cognocere. S. Tho. p. p. q. 88. ar. 2.

¶ Ad argumenta ex dictis aperta est solutio: nam manet in robore dictũ Arist. quod defficiente sensu: propria illius sensus per inuentionẽ scientia haberi nõ possit: nõ tamen obstat quo minus in communi haberi possit: & consequenter etiam detur scientia illius, cuius proprium nullum præcesit phantasma: licet sit aliquod phantasma necessarium, proprium vel alienum: & similiter probatur, quod substantiarum separatarum possit quidditatiua cognitio haberi: sed tamen non quidditatiuè. &c.

CAP. XV.

An sit in demonstrationibus processus in infinitum.

OMnis autem ratiocinatio trib⁹ è terminis constat: atque alia est affirmatiua, quæ quidem ostendere potest. c. competere ipsi. c. ex eo quia. a. competit ipsi. b. &. b. competit ipsi. c. alia est negatiua, quæ quidem alterã propositionem habet affirmatiuam, alteram negatiuam: patet igitur hæc esse principia, & ea quæ suppositiones dicuntur. His enim sumptis necesse est demonstrare. a. per. b. medium ipsi competere. c & rursus. a. per medium aliud ipsi inesse. b. & item. b per aliud quippiam ipsi cõpetere. c.

¶ Si igitur probabiliter solumq; disserendi modo ratiocinari volumus, id tantum vt patet considerandum est, si ratiocinatio ex quàm maximè probabilibus verisimilibus que conficitur. Atque si per. a. b. propositionẽ quæ quidem (tametsi verè non [illegible]at medio: videatur tamen eodem vacare) ratiocinationem quispiam fecerit, is [illegible]st vt ad differentẽ pertinet ratiocinatus: sin verò non illo pacto, sed ad veritatem ratiocinationes extruere libet, tum id cõsiderandũ est, vt ex hisce quæ competunt ratiocinatio semper

conficiatur.

¶ Res autem ita se se habet. Quoniam est id quod de alio non per accidens prædicatur: atque per accidens dico, veluti cùm dicimus nonnunquàm album illud hominem esse, non perinde dicẽtes atque cũ dicimus hominem esse album: homo nanque non quia est aliud quicquam, est albũ at album est homo: quia accidit homini vt sit album. Sunt igitur nonnulla talia, vt per se prædicẽtur.

¶ Sit itaque. c. tale, vt ipsum quidem nulli competat rei. b. autem huic competat primò, vt non sit inter ipsa medium vllum, & rursus. d. ipsi. b. &. e. ipsi. d. f. identidem ipsi competat. e. quærendũ est igitur, si necesse est hoc stare, an fieri potest vt in infinitũ proficiscat? Rursus sit. a. de quo nihil per se prædicatur: atque hoc ipsi primo competat. h. & [illegible]ulli priori medio competat: &. h. itidem ipsi. g. &. g. ipsi. [illegible]. &. f. ipsi competat quærimus igitur vtrùm & huiusce profectionis sit necessario [illegible] sine medio sit sempi[illegible]itio. Atque hoc tantum ab illo differt, quòd illud quidẽ quærit fieri ne possit, vt quippiam à tali incipiat, vt ipsum quidẽ non insit cuiquam, aliud autem de ipso dicatur, versus supera per gẽdo sine fine semper proficiscatur: hoc aũt fieri ne possit, vt quispiam si incipiat ab eo: de quo nihil dicitur, ipsum vero de altero prædicatur, petatque inferiora, hoc semper pacto proficiscatur, nullusque ei modus occurrat.

¶ Præterea quærendum est, fieri ne potest, vt si extrema sint finita, media sint infinita: veluti si. a. cõpetat ipsi. c. & inter ipsa sit medium. b. ac inter. a. &. b. medium etiã aliud cadat, & inter hæc rursus aliud, vtrum & in his ipsis sit in infinitũ processio, an id ipsum fieri nequeat. Idem est autẽ hoc considerare, & si demonstrationes in infinitum proficiscantur, & si sit cuiuslibet demonstratio, an ad vtranque partem finis occurrat.

¶ Similiter & de ratiocinationibus negatiuis, & propositionib⁹ est dicendum, veluti si. a. nulli. b. cõpetat, aut illi primo non inest, aut est aliquod medium cui priori non ineat. Atque si sit. c. quod quidem cuilibet competit. b. rursus. a. aut ipsi. c. primo, aut alij priori non ineat. Quod quidem cuilibet competit. c. in his enim aut infinita sunt ea, quibus non ineat prioribus ipsum. a. aut finita, modusque tandem occurrit.

¶ In his autem quæ conuertuntur, secùs res habet, non enim hisce quæ mutuam suscipiunt prædicationem, id de quo primo vel vltimo prędicatur est. Omnia nãque similiter hoc pacto se se habent ad cuncta siue sint ea infinita quæ prædicantur de ipso: siue

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtraque de quibus quæritur sint infinita: nisi sit vt non similiter conuertantur, sed alterum per accidens, alterum vero natura.

Expositio. ARistot. in hoc. c. 15. & per alia. 4. tractat de processu in demonstrationibus: quod nō sit abire in infinitum: neque quo ad prædicata quidditatiua, neque quo ad prædicata essentialia, neq; quo ad accidentalia, siue sint propria siue communia, neque ascendendo, neque descendendo, neque circulariter: & hoc tam in affirmatiuis, quam in negatiuis: & nimis prolixe & diffuse, & satis obscure hæc tractat in isto. 15. cap. qui continet. 6. particulas: & fere per medium cap. tractat nonnulla velut præambula ad intelligentiam sequentium.

In. 1. parte. ¶In prima ergo parte capi. ponit: quod omnis ratiocinatio, extribus cōstet terminis, scilicet, medio, & duobus extremitatibus ex quibus tres componuntur propositiones, & omnis ratiocinatio, vel affirmatiua, vel negatiua: exēplū in affirmatiua ponit: & de negatiua loquēs dicit, quomodo vna affirmatiua, alia negatiua est. Nam vbicunque cōclusio negatiua: necessario altera prēmissarū affirmatiua erit, quia ex puris negatiuis, nihil sequit: vt late in tractatu syllogismorū probatū est. Et docet, quod quando propositio mediata, per aliam probanda est: vsque dum ad immediatā deveniamus, & patet id exēplo: vt si probetur quod omnis homo sit substantia: sic omne corpus animatum est substantia: omnis homo est corpus animatum: ergo omnis homo est substantia, quia maior mediata est, quia inter substantiam & corpus animatum mediat corpus: oportet adhuc probare illam maiorem: omne corpus animatum est substantia: sic omne corpus est substātia: omne corpus animatum est corpus: ergo omne corpus animatum, est substātia. Ecce quomodo fuit descēsus ad corpus, & rursus adhuc illa minor omne corpus animatum est corpus: est resoluenda sic: omne animal est corpus animatum: omnis homo est animal: ergo omnis homo est corpus animatū: modo tam maior quam minor, sunt immediatē: quia immediate, prædicatum conuenit subiecto. Hocergo docet Aris. quomodo mediatas, ad immediatas, oportet reducere.

In. 2. parte. ¶In secunda parte cap. si igitur probabiliter: vbi ponit differentiā inter syllogismū dialecticum, & demōstratiuum: quia in dialectico, sufficit ex probabilibus procedere: ob id si propositio maior, vel minor (quòd per. a. & b. ostendit) apparent immediatę licet nō sint, nihil obstat. Sed tamen in syllogismo demonstratiuo, id non sufficit: qđ sint probabiliter verę: sed quod a sint, & non sufficit, quod appareant immediatę: sed quod vere ita sint: ita vt nec inter maiorem extremitatem, & medium, neque inter minorē, & mediū, aliquod mediet prædicatum: ob id illa omnis homo est substantia per aliam magis immediatam probamus: per hanc, scilicet omne corpus animatum est substantia: & rursus illud omne corpus animatum per istam omne animal est corpus animatum. &c. vt concludamus omnis homo est animal: sicut prius concludebatur omnis homo est substantia.

Dupliciter aliquid de aliquo prædicatur per accidens. ¶In tertia parte probatur quod prædicari aliquid de alio per accidens, dupliciter contingit, aut quando subiectum prædicatur de accidēti: vt albū est homo: aut econtra homo est albus, vtraque propositio de per accidens est: sed tamē aliter, & aliter: nā homo nō prædicatur accidētaliter de albo eo quod homo sit accidēs, aut quia album ratione sui est homo: sed qa est aliud: idest quia homo dicitur de petro, cui accidit esse album: sed ista homo est albus: non hac ratione est accidentalis: homo enim non est albus, quia homo est aliud: sed est accidentalis, quia prædicatum non est de essentia subiecti & hoc est quod dicit in liter.

¶In quarta parte huius capit. supposito, de processu in infinitum loquēs: quod processus in infinitum, in demonstrationibus, potest contingere: aut ascendendo versus maiorem extremitatem: aut descendendo versus minorem: aut inter ponendo inter medium & aliquam extremitatū vt si ascēdas sic, à Petro ad hominem: ab homine, ad animal, ab animali ad corpus: à corpore ad substantiam: a substantia ad ens. &c. iuxta primum est prima quæstio vtrum sit processus in infinitum: vel ad vnum sit deveniendum: ita vt vltra non sit progressus: vt ad substantiam: in exemplo proposito quod, generalissimū est vltra quod non est aliud genus: vel si ad ens, suppositio non est quo sit ascēdēdum. Rursus est alia quæstio

quæstio vtrum sit descensus in infinitum: vt data substantia, statim corpus, & post corpus, animatū, animal, homo, sortes: an vltra sit progressus in infinitum: & inter has duas quęstiones Arist. differentiam explicat, quia prima quærit an possit fieri, vt incipiendo ab infimo, quod de nullo prædicatur, vt est induiduum, sit versus superiora in infinitum ascensus: & rursus quærit vtrum si inter extremitates, ad inuicem sit media, & in infinitum media multiplicent, &c. & ad propositum applicant: an in demōstrationibus sit iste progressus in infinitū: & cuiuslibet præmissæ sit alia prior demonstratio, per quam probetur: in quo videtur alludere ad illum errorem de quo tex. 6. in cap. 6. dictū est: qui dicebat nullam nos posse scire propositionē, nisi per demonstrationem: secundum quos sequebatur in infinitu. esse procedendū in demonstrationibus.

In. 3. parte. ¶In quinta parte cap. probat idem esse in negatiuis: vt, scilicet, eo modo quo processus non contingit in demonstrationibus affirmatiuis: etiam non contingat in negatiuis: vt in celarem, & ferio.

In. 4. c. ¶In vltima parte cap. ait easdem quæstiones locum habere in conuertibilibus: nam sicut potest fingi processus in generibus, sic in passionibus: vt sicut dicimus animal, corpus animatum, corpus, substantia, sic risibile, admiratiuum, disciplinabile, in passionibus, vel ascendendo, vel descendēdo, & probat quod in passionibus non est processus secundum superius, & inferius, sed solum secundum prius, & posterius in causando, vt quia prima passio causa sit secundæ, & quia disciplinabile sit admiratiuum: & quia admiratiuū, sit risibile: quia in istis non est ascensus: non est quærere primum subiectum, neq; vltimum prædicatum: sed omnes passiones conuertuntur cum subiecto, & differunt ne, quia similiter se habent ad .ertentiam: nam sicut omnis homo est risibilis: omne risibile est homo: & sicut omnis homo est risibilis: omne animal rationale est risibile: & dicit nisi similiter conuertantur, quod ait, eo quod hæc sit directa homo est risibilis in secundo modo dicendi de per se, & hæc, omne risibile est homo: est indirecta: & secundum accidens: & homo est risibilis: est secundum naturam. &c.

¶Pro pleniori intelligentia istus capituli, & sequētium oportet semel intelligere sensum Philo. vt cōtextura literæ valeat intelligi, & de mente ipsius erunt nōnullę propositiones ponendæ quę & probabuntur: quarum prima sit.

1. Propoſ. ¶In propositionibus affirmatiuis non est processus in infinitum in prædicatis quidditatiuis: probatur, quia dato esset talis processus, nullum diffinibile, & nullum diffinitum, posset cognosci perfecte per suam diffinitionem: sed hoc consequens est falsum. &c. probatur antecedens quia illud perfecte cognoscitur, quod per diffinitionem quidditatiuā manifestatur: sed quod hæc perfecta cognitio esse non possit. processu in infinitum, in prædicatis quidditatiuis patet: sumamus hominē vt quid diffinibile: per suam diffinitionem, nempe per animal rationale: si per hanc diffinitionem cognitio hominis habenda est perfecta: oportet quamlibet partē diffinitionis cognoscere, ergo oportet cognoscere animal: & cum animal per sensitiuum diffinitur, oportet cognoscere sensitiuum ad cognitionem animalis: & cōsequenter ad cognitionem hominis: & rursus si sensitiuum debet perfecte cognosci: oportet sit per genus proximum & immediatū, scilicet per animatum: ergo etiam debet cognosci: & si animatum, oportet cognoscere corpus quod est immediatum: & si corpus, oportet cognoscere substantiam: & substātiam, per ens: & ens per. a. &c. quero, vel est finis processus in. a. vel non: si sic habeo intentum: quod in prędicatis quidditatiuis non datur processus in infinitum, si non est terminus in. a. sed rursus. a. per. b. &c. cum nō detur vltimum, exquo pendēt omnia priora, non potest cognosci aliquod priorum: quod si non cognoscitur, ergo neque illud prius, quod primo assumptum est, diffinibile est, scilicet, homo quia homo, per animal, animal per sensitiuū: sensitiuū per corpus animatum: corpus animatum per corpus, corpus per substantiam. &c. & si hæc perfecta cognitio tollitur: dato tali processu in infinitum: & tollitur etiam scientia: cum ergo scientia detur, necessario processus talis in infinitū non debet dari. Hanc ergo Arist. intendit probare in præsenti cap. & adhuc in sequentibus.

¶Et notabis, quod Aristot. in isto loco per prædicatum substantiale, intelligit illud quod significat totum subiectum: aut partem subiecti: & est in eodem prædicamento substantiæ, sicut subiectum, exemplum primi, sensitiuum respectu animalis: exemplum secundi: corpus respectu hominis, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia est corpus pars hominis cōpositi ex corpore & anima, & tunc sit ad mentem Philosophi.

Secūda propositio. ¶ Secunda propositio in demonstrationibus, non est processus in infinitum in prædicatis substantialibus: neque ascendendo sursum, neque descendendo deorsum. Hęc propositio à prima differt: quia prima de quidditatiuis loquitur, quod per genus explicatum est: modo loquitur de prędicatis substantialibus, etiam si genus non sit: imo neq; circulariter datur: patet quia si daret processus in infinitum ascendendo, nō possemus scire aliquid, quod sit de prędicamento substantię per suam diffinitionem: quia sciri non potest, nisi per genus & differentiā ex quo constat diffinitio quidditatiua: sed si est processus in infinitum ascendendo, sunt genera infinita: & non esset deuenire ad generalissimum: & esset necessarium inter media cognoscere, sed hoc non potest esse quia est impossibile infinita pertransire: quia si esset transitus infinita non essent. Simili ratione probatur de descensu, quia descendendo oportet deuenire ad speciem & ad singulare: & vltra nullus progressus: vel non potest dari species specialissima: & eadem ratione sequeretur quod non posset esse scientia: quia nisi species cognoscantur (cum scientia maximè de eis) non esset scientia.

¶ Probatur tertia pars propositionis', qđ non sit processus in infinitum circulariter in prædicatis substātialibus: quia sic sequeretur quod tolleretur ordo lineæ prædicamētalis, in arbore porphyriana posita: sub, & supra: vt supra docuimus: quia omnia prædicata substātialiter æqualiter de se inuicē prædicarēt: & cōuertibiliter. Patet: gadato tali processu in infinitū, circulariter demōstrato de homine quod esset animatum, quia animal. Et esse corpus, quia animatus: & esse substantia quia est corpus: per circulū reuertendo demōstrabo quod substantia est homo, per medium animal: omne animal est homo: omnis substantia est animal: ergo omnis substātia est homo: hæc demonstratio non est de conclusione vera, neque ex veris: nisi illa tria, substātia, homo, animal: essent æqualis prædicationis: vt homo, rationale, & risibile: & si est hic processus in prædicatis substātialibus: per circulū, necessario esset concedēdum. Et idem de animato corpore, & substantia. Sed ex tali processu ordo prædicamentalis tollitur & inconueniens manifestum sequitur ergo talis processus in infinitū nullomodo est admittendus.

¶ De prædicatis accidentalibus supposito accidentia sunt in duplici differētia: quædam quæ sunt accidentia per accidens, vt albedo in homine: aliud est accidēs per se, vt propria passio, & primum accidēs cum suo subiecto facit propositionem per accidens vt homo albus sed secūdum per se: homo est risibilis, in secundo modo.

Tertia propositio.

¶ Tertia propositio in prædicatis accidētalibus per se: vt in proprijs passionibus, non est processus in infinitum neq; ascendendo, neque descendendo. Patet, quia dato tali processu non contingeret aliquid scire per demonstrationem potissimam, propter quid. Patet quia scire per se est scire cōclusionem per reductionē ad immediata, & indemonstrabilia: alias intellectus non quiesceret: sed tali processu dato in proprijs passionibus, est impossibile talem immediatam dari: neque talem reductionem fieri: quia propria passio demōstratur de subiecto. Si ergo demōstrato risibili de homine: alia esset passio demonstrabilis, oporteret ad immediatam deuenire: aliàs non erit scientia: sicut demonstrem, esse hominem disciplinabilem: sic omne animal rationale est disciplinabile: omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est disciplinabilis: nō est alia propria passio supra, nam sic nō esset adhuc terminus. Sicut quādo probo risibile de homine, quia adhuc alia passio est magis immediate: probo per eam sic: omne animal risibile est admirationis: omnis homo est animal risibile: ergo omnis homo est admirationis. Et quia adhuc supra hanc alia passio magis immediata, eam probo sic: omne animal admirationis est disciplinabile, omnis homo est animal admirationis, ergo omnis homo est disciplinabilis. Si vltra esset progressus in infinitum non posset haberi de cōclusione, vbi propria passio de subiecto demonstratur.

Quarta propositio.

¶ Quarta propositio in prædicatis, per accidens: quæ faciunt propositionem per accidens, non est processus in infinitum, neque sursum, neque deorsum, neque circulariter. Primo probo ascendēdo sursum, quia si talis processus est possibilis, vel est quando vnum de vno prædicatur, vt homo est albus, vel quādo plura de vno: homo est albus, musicus, magnus. &c. Non primo, quia cum omne vnum prædicamētum, sit in aliquo prædicamento, & prædicamenta finita

finita sint, vt supra probatum est. Oportet prædicata vbi vnūde vno, finita esse: quia si ipsa prædicata finita multiplicationes finitę erūt: vt quia vnitas finita finitè multiplicata, finitę erunt vnitates, & simili ratione vbi plura de vno prędicātur finita erūt.

¶ Secunda pars quod nō sit descendendo, patet à fortiori: quia si ascendendo non datur: descendendo multo minus: cum ad indiuiduum perueniatur: vltra quod nō est progressus sicut in prima conclusione dictum est.

Circularis, ęgerius tripliciter confutatur.

¶ Tertia pars quod etiam circulariter non fit: nā hoc posset tripliciter esse: Primo vt comparantur adinuicem in eodem prædicamento: vt album ad coloratum, & coloratum ad passibilem qualitatem: & passibilis qualitas, ad qualitatem: quæ etiam si sit species qualitatis, est tamen genus: quod sub se continet species: vt supra dictum est in proprio loco: sed hoc modo non potest esse in infinitū circulariter: quia sic omnia illa prædicata conuertibilia essent adinuicem: & inferius de suo superiori demōstraretur: vt esse colorem de qualitate, cum tamen econtrario debeat probari. Secundo modo potest esse, vt prædicata accidentalia comparantur ad accidentia diuersorum prædicamentorum: & tunc probatur de processus impossibilis: quia probaretur accidens absolutum de respectiuo: & econtra: & quantitas de qualitate: & qualitas, de actione: & actio de passione. &c. Tertio modo posset esse vt prædicatorum accidētalium esset comparatio in ordine ad substantiam: hoc non potest dare primo: quia prædicamenta sunt finita, sic & prædicata. Secundo quod probaretur, & demōstretur substantia de accidente, & accidens de substātia, quod impossibile est. Eo quomodo non potest esse in infinitum processus circularis in accidentibus per accidens: sic de accidentibus propriis, vt dicit Arist: (quia conuertibilia,) non esset inconueniens circulariter vnum per aliud probare: quanuis neque ascendēdo neque descendendo, sit processus in infinitum: vt in tertia propositione probatū est. Hæc admentem Arist. & pro intelligentia illorum quæ hic tractat.

CAP. XVI.

Quod inter extrema determinata non sint media infinita.

HIS hoc pacto dispositis, patet fieri non posse, vt media sint infinita, si prędicationes versus superius inferius vel è contra ficiscantur ad statum. Atque versus quidem superius: prædicationem eam dico, quæ pergit ad id quod est magis vniuersale: versus autem inferius eam, quæ ad particulare descendit. Nam si cū a, de, c, prædicatur, infinita sunt media, seu, b, patet fieri posse, vt ab, a, versus inferius infinitum aliud de alio prædicetur: nam antea quàm accedatur ad, c, infinita media sunt: &, a, c, versus superius infinita similiter sunt, antea quàm ascendatur ad, a. Quare si hæc fieri nequeūt, fieri profecto non potest, vt inter, a, &, c, media sint infinita.

¶ Neque quicquàm refert, si quispiam dicat alia quidem ipsorum a, b, c, inter se se hærere, vt nihil prorsus sit inter ipsa: alia verò nō posse talia sumi. Quouis nanque medio; b, sumpto abhoc autem ad, a, aut ad, c, infinita vel finita media erunt: nihil igitur interest quo nam primo, siue quæ statim, siue quæ non statim infinita sint: nam ea quæ post hæc sunt, infinita esse ponuntur.

Expositio. IN hoc cap. incipit Arist. respondēre ad propositas quęstiones de quibus nos fecimus resolutionem per propositiones: & in prima parte capituli ponitur hæc conclusio extrema sursum & deorsum sunt finita. i. distantia fi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia finite, non potest fieri vt inter ipsa sint media infinita. Certum est quod si termini sunt finiti, medium in terminos nō potest esse infinitum: cum ex parte terminorum finem habeat.

¶In procedendo versus superius, dicit intelligi prædicationem quæ ad magis vniuersale tendit: vt si ex animali ad animatū corpus: & ad corpus & ad substātiā. &c. & econtra: versus inferius est ad particulare & ad singulare vsque descēdendo, vt à substantia, vsq; ad Sortes.

¶In secunda parte capituli Aristot. soluit obiectionem tacitam, scilicet, quod ratio eius concluderet, in medijs quæ cōsequenter se habent: vt in quantitate discreta: ita vt dato vno numero ternario, verbi gratia detur quaternarius: & tandem, quia non sunt numeri continui inter duos, oportet finitos esse. Sed tamē vbi est continua qualitas, quia sunt infinitæ partes in potentia: cōtinuè, poterit esse infinitum interfinita.

¶Ad hoc respon. Arist. quod nihil refert: pro cuius intelligentia notādum: quod pūcta, & partes proportionales cōtinui, non sunt actu infinita, sed potentia solum: obid illa distantia, vbi sunt, plura seu infinita im potentia, nō dicuntur infinita simpliciter: quia qui transit de vno extremo in aliud, nō transit per quodlibet punctum illa numerando: aliàs nunquam pertransiret: sed in prædicatis quidditatiuis non sic, cum sint entia in actu: & sic prædicata debēt poni: non vt pūcta, sed vt numeri: & si ponantur vt numeri, nihil refert, quod ponantur in mediata, vel mediata: nam sicut numerādo immediatē, non potest deueniri ad vltimum, sic. 23456. &c. sic si mediate. 3579. &c.

CAP. XVII.

Quod negatio mediata ad immediatam affirmationem reducatur.

AT qui & in negatiua demonstratione patet finē processionis esse, si in affirmatiua versus vtrumque statur: suppona tur enim fieri non posse, vt prædicatio, aut ab vltimo versus superā, aut à primo versus vltimum in infinitum proficiscatur: atq; id vltimum dico, quod non prædicati rationem, sed subiecti tantum modo subijt, sitq; id, c, primum, autem, id est, quod non subijcitur cuiquàm, sed solum de alio dicitur. Hæc si ita sint, erit profectionis in negatione etiam status.

¶Tripliciter enim ostendi negatiua conclusio potest. Et primo quidem hoc pacto cum, b, cuilibet, c, &, a, nulli, b, competere sumitur, b, c, igitur propositio, ac interuallum omnino minus, in ea necessario reducetur quæ medio vacant: quippe cum id sit vt patet, affirmatiuum: alterum autem interuallum, si medio non vacet, ad id redigi poterit, quod medio vacat: nam si, a, non sine medio non competat ipsi, b, tūc aliquid erit, a, quo prius ipsum, quam, a, b, remouetur: quod quidem cuilibet competere, b, oportet: atque illud sit, d. Rursus si interuallum, a, d, non vacat medio, aliquid itē erit, à quo prius, ipsum a, quam, a, d, remouetur. Atque illud sit, c, quod quidem necesse est cuilibet cōpetere, d. Cum igitur eius via qua superiora petuntur finis atque status sit, stabitur & hic tandem, eritq; aliquid sane primo cui nō competit ipsum, a.

¶Secūdo autem hoc ostenditur modo cū, b, cuilibet quidem, a, nulli

nulli vero, c, competere sumitur: & hoc enim pacto, a, nulli cōpetere concludetur. Si igitur hoc oportet ostēdere, aut per mediū superius dictum, aut per hunc vt patet, aut per tertium ostēdetur: at primus est dictus: per secundū autem hoc ostendetur pacto, si quis, d, cuilibet quidem, b, nulli verò, c, cōpetere sumpserit, modo cōpetat aliquid ipsi, b. Quod si, d, sine medio segregatur, a, c, ber- est: sin vero mediū cadit, ne cesse est illud d, quidē cuilibet in esse, nulli vero cōpetere. Cūigit in affirmationib⁹ cū superiora petūtur finis occurrat, & in negationibus itidē hic sese offert tādem.

¶Tertiò hoc ostenditur pacto, si a, quidem, b, cuilibet cōpetit, c, vero nulli eidem ineſt: tūc enim concluditur, c, non cuilibet competere, a. Et hoc igitur aut per antea dictos modos, aut per hunc tertium ostendetur: at per illos (vt ostēdimus) statur: per hūc autem ostēdetur: si, b, quidem sumetur cuilibet competere, d, ipsum vero, c, nulli eidem inesse: atque, rursus cuilibet inesse, c, ipsum vero, c, nulli eidem competere. Cum igitur suppositum sit versus etiá infera prædicationis affirmatiuæ status ac vltimū esse, patet ipsius etiam, c, prædicationē negatiuam stare tandē & non in infinitum procedere.

¶Perspicuum autem est, & si nō vna via, sed vniuersis nūc per primā, nūc per secundā, nūc per tertiá figurā, vt patuit ostendat, hoc etiá pacto stare ac finē ipsius esse: hæ nanq; finitę sunt, ea vero quę sunt finita, finities necesse est vniuersa esse finita: patet igitur in negatione statum ac finem esse, si in affirmationibus statur.

Expositio.

Ile Arist. probat: quod sic in affirmatiuis non cōtingit ille processus in infinitū ascendēdo vel descendēdo: sic etiā in negatiuis similiter: nā si datur propositio affirmatiua immediata, à fortiori dabitur negatiua: quia nunq; cōtingit syllogizari negatiuā: neq; si est mediata, adimmediatā reduci: nisi altera præmissarū existēte affirmatiua: ex puris negatiuis enim nihil sequitur: ergo nulla apparet ratio, quomodo existentibus finitis affirmatiuis, negatiuę sint infinitæ: cū hæc per finitas debeant probari: & probat in prima figura. Nullū animal est qualitas: omnis homo est animal: ergo nullus homo est qualitas: maior est negatiua mediata: & minor est affirmatiua: contendit probare quod si in minori non est processus in infinitū: sed venitur ad vltimum: necessario erit etiā in prædicatis negatiue. Nam si. a. (verbi gratia) qualitas, non immediate negetur de. b. s. de animal, detur ergo aliud medium de quo prius negetur vt corpus: quod debet in minori affirmari de minori extremitate: & sit. a. d. nullum corpus est qualitas: nō est immediata: detur aliud medium quod debet cōpetere ipsi. d. cū ergo ascendendo per prædicata, minoris affirmatiuæ non sit procedere in infinitū, per præsuppositā: & latè probata in propositionibus supra positis: deueniendū est ad supremum. i. ad substantiā: & illud erit immediatū subiectū: de quo negabit qualitas. s. nulla substantia est qualitas: vt si dicas nulla substātia est qualitas omne aial est substātia: ergo nullū aial est qualitas: ecce quomodo ponēdo terminū in affirmatiua. & dādo immediatū prædicatū: & datū est negatiue: quod immediate negat de medio: & hæc in prima figura.

¶Ponit in. 3. par. cap. exemplum in secunda figura, in camestres: omne. a. est. b. nullum. c. est. b. ergo nullum. c. est. a. codē modo probatur per prędicata maioris quę est affirmatiua ascendendo, quia non procedi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur in infinitum. Hæc aut debet demonſtrari in prima figura per medium ſupra dictum, & probatū eſt, quod in negatiua in prima figura non eſt procedere in infinitum aut debet demonſtrari in.3. de qua ſtatim dicetur: aut in ſecunda per eādem & quomodocūq; ſit nō eſt proceſſus in infinitū. Et in tertia figura ſimiliter probat & tandem in fine reſpondet tacitę obiectioni vt ſi quis diceret quod monſtrando vnā figurā per aliam poſſet in infinitū abiri dicēdo quod cum in nulla figura procedatur in infinitum neque figuræ ſint infinitę quanuis vna figura per aliam nunq; tamen proceſſus erit in infinitum.

QVÆSTIO.
Vtrum demōſtratio affirmatiua ſit potior quam negatiua.

Circa ea quæ Philoſopho. hic tradit quæritur vtrum demonſtratio affirmatiua ſit potior quam negatiua: nam Ariſt. id videtur oſtēdere, cum ex eo quod in affirmatiuis non cōtingat proceſſus in infinitum in prædicatis eſſentialibus, in negatiuis non cōtingat ita vt per affirmatiuas videatur probare de negatiuis.

Concluſio. ¶Demōſtratio affirmatiua eſt ſimpliciter & abſolute nobilior negatiua. Hæc probatur ad mentem Philoſophi.

Prima. ¶Prima ratio, demonſtratio illa quæ cæteris paribus ex pauciorib⁹ procedit, eſt ſimpliciter & abſolute nobilior: ſed affirmatiua eſt huiuſmodi: ergo maior probatur: quid magis amplectitur intellectus, eo q̄ clarius & citius facit ſcire: & ob id magis ex parte intellectus appetibile: ſed minor probatur, quia cum tam affirmatiua quam negatiua ex tribus terminis procedat: ſcilicet ex maiori & minori extremitatibus: & medio, ex quibus maior & minor. ſ. quoad qualitatem, & quantitatem, vt ſe tenet ex parte medij, ex pluribus negatiua eſt, quā affirmatiua, quoad qualitate: quia affirmatiua ex ſolis affirmatiuis probatur: ſed negatiua ex altera præmiſſarum affirmatiua, quia neque ex vtraq; affirmatiua quia nūquam negatiua ſequitur ex vtraq; affirmatiua neq; ex vtraque negatiua: quia ex puris negatiuis nihil ſequitur: vt eſt oſtenſum ſupra in materia ſyllogiſmorum.

Quoad quātitatē vero ex parte medij: quoniam in affirmatiua pauciora media ſufficiunt: nam ad probandam iſtam, omnis homo eſt ſubſtantia: ſufficiunt tria media vt ſunt animal, corpus animatum, & corpus: ſed ſi volo demonſtrare negatiuam vt hāc nullus homo eſt quantitas: oportet vltra prædicta tria addere ſubſtātiam: vt fiat totalis reſolutio: nam poſtquām probatū eſt nullus homo eſt qualitas quia animal quia corpus animatum quia corpus: manet immediata, quia eſt ſubſtantia: ecce quomodo affirmatiua ex paucioribus quam negatiua eſt.

¶Secūda ratio illa eſt demōſtratio dignior abſolute, quæ ab alia non dependet, ſed ecōtra, ſed affirmatiua à negatiua non dependet: ſed potius econtra nam non dependere dignitas eſt. Sed probatur, quia demonſtratio negatiua, ſine affirmatiua, fieri non poteſt vt dicebam⁹: ergo affirmatiua ſit ſine negatiua, vt patet in barbara, & darij. &c.

¶Tertia ratio illud videtur dignius, cuius principium dignius eſt: ſed demonſtrationis affirmatiuę principiū, dignius eſt: quia eſt affirmatiua propoſitio, quæ eſt dignior negatiua. Hoc probatur, eo quod affirmatiua ſtabilitur ſuper hoc principium primum, affirmatiuum: de quolibet verificatur eſſe, vel non eſſe: item quia affirmatiua dicit eſſe, negatiua non eſſe: ſed dignius eſt eſſe, quā non eſſe: ergo affirmatiua dignior eſt. Hæc ſunt quæ probant mentem Ariſt. & alia multiplicātur argumēta in hoc propoſito: ſed ferè coincidūt rixę in prædicta quo ad ſententiā: ob id ſufficiat hæc pauca adduxiſſe: ad literæ intelligentiam.

Affirmatiua dignior negatiua.

CAPVT. XVIII.
Quod non ſit proceſſus in infinitum in demonſtratione.

Atidipſum & alis ita eſſe patebit, ſi primum diſſerendi modo, deinde reſolutiuè id contemplabitur. In his itaq; quę definiendis rebus dicuntur, earū deniq; definitionem ingrediuntur,

tur verum id eſſe patet: vniuerſaliter autem hoc pacto dicamus. Fit enim vt verè dicatur, cùm albū ambulare, & magnum illud lignum eſſe: & rurſus lignum magnū eſſe, ac hominē ambulare dicitur. At differt hoc, & illo dicendi modo: nam cū albū dico eſſe lignū, tunc lignū id eſſe dico cui accedit vt ſit albū, ſed nō albū eſſe ſubiectum ipſius ligni: nō enim aut albū ſimpliciter erat, aut aliquod albū, deinde factum eſt lignum: quare non dicitur hoc pacto, niſi per accidēs. Cum autem lignum album eſſe dico, tunc nō aliquid aliud album eſſe dico, atque illi vt ſit lignū accidit, veluti cum dico muſicum album eſſe: tum enim hominē eum album eſſe dico, cui accidit vt muſicus ſit. Sed lignū eſt ſubiectū, quod quidem nihil aliud vt eſt erat, q̄ aut abſolutè lignū, aut aliquod lignum: deinde factum eſt albū, quòd ſi oporteat nomina ponere, hoc quidem dicere pacto ſit prædicare: illo autem pacto, aut nullo pacto prædicare, aut abſolutè, ſed per accidens prædicare dicetur. Eſt autem id quidē quod prædicatur, vt albū: id verò de quo prædicatur, vt lignum. Supponatur igitur id quod prædicatur abſolutè ſępe per de eo de quo dicitur, ſed non per accidens prędicari: hoc enim pacto demonſtrationes demonſtrantur:

¶Quare cum vnum prædicatur de vno, illud aut ſubit rationem eorum quæ definiendo ſubiecto competūt: aut eſt quale, aut quātum, aut ad aliquid, aut agēs, aut patiens, aut vbi, aut quando. Præterea omne quod ſubſtantiam ſignificat, id quod illud eſt, aut quod illud eſt quoddam, id eſſe ſignificat de quo prædicatur: quod vero non ſubſtantiā ſignificat, ſed de ſubiecto dicitur alio, quod quidē nec eſt id ipſum qđ illud, nec id quod illud eſt quod dā, id omne accidēs eſt: vt cum albū de homine prædicat. Homo nanq; neq; id eſt quod albū, neq; id quod albū eſt quoddā: ſed animal fortaſſe: eſt enim homo id qđ animal eſt. Atq; ea omnia quę nō ſubſtantiā ſignificāt, de ſubiecto aliquo prædicari oportet. Et non eſſe quicquàm albū: quod quidē ſit album, non quia alium quicq̄ eſt formæ nāq; valeāt, fidiū enim ſunt attrectationes: & ſi ſint, nihil prorſus ad præſentem ſermonem pertinent. Ipſæ nanque demōſtrationes de reb⁹ talib⁹ ſunt.

¶Præterea ſi nō hoc illius eſt qualitas, & illud hui⁹ neq; qualitatis eſt qualitas, fieri profecto nequit vt hoc pacto mutuo prędicētur: ſed fit quidē vt verū dicas, at nō fit vt ecōtra prædices verè. Nam aut vt accidens, aut vt ſubſtātia p̄dicabit: veluti ſi ſit genus vel differentia prædicati. Hoc autē demonſtratum eſt, neque ad ſupera, neque ad infera infinita eſſe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim homo eſt bipes, & bipes animal, & animal aliud: neq; rurſus animal de homine, homo de Calia, & is de alio hoc ipſo quid eſt, prædicatur. Omnem enim talem ſubſtantiam definire poſſumus. At fieri nequit vt infinita quiſquàm intelligendo pertranſeat: quare neque ad ſupera neq; ad infera ſunt infinita. Fieri enim non poteſt, vt ea ſubſtãtia de qua infinita dicuntur, definiatur. Vt genera igitur mutuò non prædicabuntur. Erit enim ipſum id, qđ ipſum eſt quoddam. At verò neque de quali, aut de cæteris quicquàm niſi per accidens prædicabitur. Hæc enim omnia accidũt, & de ſubſtantijs prædicantur.

¶ Sed neque verſus ſupera infinita erunt, de vnoquoque nanque prędicatur id quod ſignificat, aut quale quid, aut quantum quid, aut aliquid talium, aut ea quæ in ſubſtantia ſunt. Hæc autem ſunt finita, & genera prædicamentorum finita ſunt: eſt enim aut quale, aut quantum & cætera, quæ iam dudum enumerauimus. Atque ſupponuntur vnum prędicari de vno, ipſa vero de ipſis non prędicari, niſi ratione ipſius quid eſt, prædicantur. Etenim accidẽtia ſunt vniuerſa: ſed quædã per ſe, quædam alio modo: atq; hæc omnia de ſubiecto quodam dicimus prædicari, & accidens non eſſe ſubiectũ vllum. Nihil enim talium ponimus id eſſe, quod id eſt quod dicitur, non aliud quicquàm ſed ipſum in alijs eſſe, & alia quædam de alio dicimus prædicari. Neq; igitur ad ſuperiora, neq; ad inferiora vnum de vno in infinitum dicetur: de quibus enim accidẽtia dicuntur, quęcũque in vnius cuiuſque ſubſtantia ſunt, ea non ſunt infinita. Verſus etiam ſupera, nec ipſa, nec vtraq; accidentia ſunt infinita. Neceſſe eſt igitur aliquid eſſe, de quo primum aliquod, & de hoc aliud, & huius profectionis tandem exitũ eſſe, vt id ſit, quod de nullo alterius alio dicatur: & id etiam, de quo non prædicatur aliud prius. Vnus igitur hic eſt modus adhoc propoſitum demonſtrandum.

¶ Alius autem eſt hic. Patet enim horũ demõſtrationẽ eſſe, de quibus priora aliqua prędicantur, & item fieri nõ poſſe, vt aut melius ſimus ad ea diſpoſiti, quorum eſt demonſtratio, quàm ſi ſciamus, ea ſine demonſtratione ſciamus: quibus efficitur, vt ſi per aliqua priora quippiam innoteſcit, illa verò neſcimus, neque ad illa melius ſumus affecti, quàm ſi ſcientiam haberemus: nec ita proſecto ſciamus, quod per illa notum efficitur. Si igitur fit, vt ſimpliciter quippiam per demõſtrationem & non ex quibuſdam, nec ex ſuppoſitione ſciamus, neceſſe eſt prędicationes medias ſtare: nam ſi non ſtent, ſed ſemper aliquid ſuperius ſit ſumpto, omnium erit

tunc demonſtratio. Quare ſi fieri non poteſt, vt infinita quiſquã pertranſeat, ea profecto quorum eſt demonſtratio nunquam per demonſtrationem ſciemus. Quod ſi neque melius ad ipſa ſumus affecti, quam ſi ſciremus, nihil tunc per demonſtrationem ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione ſciemus. Ex his igitur quæ diſſerendi diximus modo, id de quo loquimur ita eſſe quiſpiam reddet.

¶ Reſolutiuè autem per hæc breuius perſpicuum fuerit fieri non poſſe vt verſus ſuperius, aut inferius infinita prædicata in demonſtratiuis ſcientijs ſint, de quibus præſens hæc conſideratio eſt. Demõſtratio enim eſt de hiſce, quæ rebus inſunt per ſe: & ea verò quę perſe cõpetũt duplicem ſubeũt modum: quædã enim in eadem ſunt definitione rerum, quibus ineſſe dicuntur: vt multitudo vel diuiſibile: hæc enim numero cõpetunt, & in ipſius ſunt definitione: quædam in ratione ſua res eas ſcipiunt, quibus competunt: vt impar hoc enim numero competit & definitione ſua numerum ſuſcipit. At fieri nequit, vt aut hæc aut illa ſint infinita, nec ea quidem quæ vt impar de numero prædicantur. Nã impare rurſus aliud erit in definitione, cuius eſt ipſum: hoc ſi fit, primum numerus ipſe cui quidem competunt, in diffinitione erit ipſorũ. Si igitur fieri nequit vt inſint vni talia infinita, nec infinita verſus ſuperius erũt. At verò nec ſecundum, ipſi primo competãt vniuerſa, veluti numero, & numerus illis inſit: quare cõuertuntur, non ſuperabunt. Nec item ea, quæ diffinitiones eorum quibus inſunt, ingrediuntur, non enim aſſignari diffinitiones eſſent. Quare ſi hæc ſunt vniuerſa ea quæ per ſe prædicantur (hæc autem finita non ſunt) ſtant omnia plane verſus ſupera: quare ſtant & ad infera. Quod ſi ita ſit, erunt & ea ſanè infinita, quæ inter duos terminos collocantur.

¶ Quod rurſus ſi ita ſit, patet iam & demonſtrationum eſſe principia neceſſario, ac demonſtrationem nõ omnium eſſe, quod quidem nonnullos aſſerere iam in initio diximus. Etenim ſi principia ſint, neque demonſtrabilia ſunt omnia, neque in infinitum fieri poteſt abitio: nam alterum iſtorum vtrumuis eſſe, nil aliud eſt quam nullum interualum eſſe medio vacans, atque indiuiſibile ſed vniuerſa eſſe diuiſibilia. Id enim quod demonſtratur, non foris addito, ſed immiſſo termino demonſtratur. Quapropter ſi fieri poteſt, vt hoc pacto procedatur in infinitum, fieri quoque poteſt, vt inter duos terminos infinita media cadant. At hoc fieri nequit, ſi tã verſus ſuperius quã verſus inferius prædicationum finis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis exiſtat. Eſſe verò prædicationum hoc pacto finem, antea diſſerendi modo, nunc reſolutiuè ſatis oſtendimus.

EXPOSITIO.

PER totum capitulum Ariſto. prætendit oſtẽdere, quod in affirmatiuis non ſit proceſſus in infinitum: neque aſcendendo neque deſcendẽdo: & ſuum intentum probat rationibus communibus ſumptis ex dialectica: & poſt agit de probationibus ex propria materia ex demõſtrationibus: & quia nos ſuprà tradidim⁹ apertè modum hunc, tam in prædicatis eſſentialibus quàm in accidentalibus: non eſt opus hic repetere: ſed conſule ad debitam intelligẽtiam quæ prædiximus prodebito ſenſu retinendo, non ſolum iſtius capituli, (vbi magis in particulari Ariſto. diſputat,) ſed aliorum multorum per quæ hanc ſuam manifeſtat nobis doctrinam.

CAP. XIX.

Quod non ſit proceſſus in infinitum in propoſitionibus mediatis.

DEmonſtratis autẽ his patet, ſi quippiam idem vt, a, duobus inſit: quibuſdam vt, c, atque, d, quorum alterum de altero aut nullo modo, aut non de quolibet prædicatur: non ſemper illud per commune aliquid ipſis competere triangulo nanque duorum æqualium, & omnium in æqualium laterum, angulos habere duobus rectis æquales, per commune competit quoddam: cõpetit enim vt vterque eſt quædam figura, & non aliud quicquam. At non ſemper id ita ſe habet. Sit enim, b, per qd a, tam ipſi, c, quam, d, competere dicitur: patet igitur, ipſum, b, per aliud commune quippiam ipſis cõpetere: & illud item per aliud: quare inter duos terminos infiniti termini cadent. At hoc fieri nequit, non ergo neceſſe eſt plu ribus idem per aliquid commune ſemper ineſſe, ſi quidem ſint interualla quæ medio vacant.

¶ Terminos tamẽ eodẽ in genere & indiuiduis ex eiſdẽ neceſſe eſt eſſe, ſiquidem ipſum communerationem eorum, quæ per ſe competunt, ſubit. Fieri nanque poteſt, vt ea quæ demõſtrantur, ad aliud genus ex alio migrent ac tranſeant, vt diximus. Patet etiam cum, a, competit ipſi, b, atque eſt aliquod medium, tum, a, poſſe oſtendi ipſi competere, b, atque huius hæc erunt, & totidem elementa quot media ſunt. Propoſitiones enim eæ quæ medio vacant elemẽta ſunt, aut omnes, aut eæ quæ vniuerſales ſunt. Quod ſi nullum ſit medium, nõ eſt alterius demõſtratio: ſed hæc eſt ea via qua acceditur ad principia. Similiter fit & ſi, a, nõ competit ipſi, b, nam ſi eſt medium aliquod aut prius, cui non competit ipſum, a, eſt ſi e dubio demonſtratio: ſi verò non eſt, nulla eſt, nulla eſt demõſtratio. Atque quot ſũt termini, tot ſunt elemẽta principia ve. Propoſitiões em q̃ ex hiſce cõſtant, ipſius ſunt demõſtrationis principia. Et vt quę dã principia ſunt in demonſtrabilia, hoc pacto, hoc eſt illud, & illud ineſt huic, ſic & hoc modo, hoc no eſt illud, & illud nõ ineſt huic: quare quædã eſſendi quippiã, quædã non eſſendi principia crũt. Cum autem oſtendendum quippiam ſit, ſumẽdum eſt quippiam, quod primum de ipſo. b. prędicatur, ſitque id. c. de quo ſimiliter ipſum dicitur. a. atq; hoc modo ſemper proficiſcenti nulla propoſitio tibi, nulluſque terminus affirmandus extra ipſum. a. ſumitur in probando, ſed medium ſemper denſatur quo vſque indiuiſibilia & vnum fiant. Eſt autem tunc vnum cum fuerit vacans medio interuallum, ac vna ſimpliciter propoſitio, quæ quidem medio vacat, atque vt cæteris in rebus principium ſimplex eſt, idque non eſt idem vbique, ſed in ponderequidem eſt mina, in modulatione vero primus ſenſibilis ſonus, & in alijs aliud: ſic in ratiocinatione vnum vacans medio propoſitio eſt, in demonſtratione vero & ſcientia intellectus. In affirmatiuis igitur ratiocinationibus nihil extra id quod ineſt atque competit, cadit in negatiuis autem, vbi quidem eſt id quod ineſſe oportet, nihil extra hoc cadit, veluti ſi a. per. c. non competat. b. nam ſi. c. quidem cuilibet inſit. b. ipſum autem a. nulli competat. c. rurſuſque ſit. a. nulli competere. c. demonſtrandum, medius inter hæc ipſa ſumendus eſt terminus: atque hoc modo ſemper pergendum. Quod ſi ſit ipſum d. nulli c. competere demonſtrandum, hoc pacto, vt c. cuilibet quidem d. nulli vero, vel non cuilibet inſit. c. nullus extra ipſum. c. terminus vnquam cadet. Hoc autem eſt, id cui ineſſe oportet. At in tertio modo, nec id à quo negare, neque id quod negare ſe iungereque oportet, terminus ſumendus vnquam egredietur.

EXPOSITIO

textus.

IN hoc capitulo adhuc materiam propoſitã proſequitur Ariſtot. ſcilicet, quod nullomodo poſſet eſſe proceſſus in infinitum in demõſtrationibus: nã ſicut non datur in prædicatis eſſentialibus quidditatiuis, neq; poteſt dari in accidẽtalibus de per ſe, ideſt in proprijs paſſionib⁹: neq; in prędicatis de per accidens: ſic & nõ poteſt eſſe in infinitũ proceſſus in demonſtrationibus: quæ conſtare debent ex terminis ipſis prædicatis & ſubiectis: in quibus talis proceſſus non eſt. Et quia hæc omnia exacte (quantum ad intelligentiam Ariſtot. ſunt neceſſaria) ſunt dicta non eſt opus repetere.

CAPVT. XX.

Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Text. 39. CVM autẽ demonſtrationũ alia vniuerſalis alia particularis ſit & alia affirmatiua, alia negatiua: ambigitur vtra ſit præſtabilior: ac eodem modo de ea quæ rectè demonſtrare, & de ea quæ ducere ad impoſsibile dicitur. Quæri poteſt: primum igitur de vniuerſali & particulari, deinde de affirmatiua negatiuaq;, & poſtea de recta & deducente ad impoſsibile demõſtratione determinabimus. Forſitã itaq; cuipiã hoc pacto conſideráti, particularis præſtabilior vniuerſali videbitur. Nam ſi ea demonſtratio qua magis ſumus eſt prẽſtabilior (hęc enim ſanè demõſtrationis eſt virtus, atque magis vnum quodq; tum ſcimus, cum ipſum per ſe, quam cum per aliud ſcimus: ceu muſicum coriſcum tum ſcimus magis cum percipimus coriſcũ eſſe muſicum, quam cum cognoſcimus hominem eſſe muſicum: & in cæteris ſimiliter) vniuerſalis autem oſtendit quippiam nõ vt ipſum eſt ſed vt aliud: veluti triangulum duorum æqualium laterum angulos habere duobus rectis ęquales, non hoc ſanè quod duorum eſt ęqualiũ laterum, ſed quod triangulus eſt, particulari demonſtratione cuipiam ineſſe quippiam vt ipſum eſt oſtendere. ſi igitur ea demonſtratio præſtabilior eſt quæ per ſe quippiam demonſtrat, & particularis eſt talis, ipſa demõſtratio particularis magis nimirum demonſtratio ac præſtabilior quã vniuerſalis eſſe videbitur.

¶ Præterea, ſi vniuerſale non ſit præter res ſingulas quicquá, demonſtratio autem opinionem efficit eſſe aliquid id de quo demõſtrat, vt quãdam in ratione rerũ talem eſſe naturam ceu trianguli circa ſingulos, figuræ circa ſingulas, numeri denique circa ſingulos.

¶ Atque demonſtratio quæ circa id verſatur quod eſt in ratione rerum, ea eſt demonſtratione præſtantior quę circa id verſatur, qđ rationẽ eorũ quę ſunt egreditur: ea quæ rurſus per quam non efficitur error, præſtantior eſt ea per quam error efficitur: vniuerſalis autẽ talis eſt demonſtratio, quod quidem intueri licet, cum rationum ſimilitudo mutato ordine demonſtratur (nam id inquiunt quod eſt quid tale) ſimilitudinẽ mutato ordine rationũ, ſubibit, quod quidem neque linea eſt; numerus eſt, neque ſolidum neque planũ, ſed præter hæc aliud quiddam) ſi igitur hæc demonſtratio vniuerſalis eſt magis, & eſt de eo quod minus eſſe videtur, quam id de quo particularis demõſtrat, atque opinionem efficit falſam: vniuerſalis profecto demonſtratio inferior eſt longe particulari.

¶ An

An harum altera ratio nõ magis eſt de vniuerſali quam de particulari? Nã ſi duobus rectis æquales habere, non hoc ei triangulo competit, qui duorum eſt æqualium laterũ, quo eſt talis, ſed quo triangulus eſt: is qui ſcit illud ipſi competere, quod duorum eſt æqualium laterum, minus profecto ſcit, quinam quatenus ipſum eſt competit, quam qui ſcit idem eidem ea ratione cõpetere qua triangulus eſt: atque omnino ſi illum non eò triangulo competit quò triangulus eſt, deinde quiſpiam id ipſum oſtendit, non erit ipſis vtique demonſtratio. Sin vero triangulo competit vt triangulus eſt, is magis profecto ſcit, qui illud triangulo quò triangulus eſt percipit competere. Eadẽ eſt & in cæteris ratio. Si igitur triãgulus ad plura ſe ſe extendit, ratioq; eſt eadem, & non ſolum communis eſt nomine atque cuius vis inſunt triãgulo tres anguli duobus rectis æquales: non ſanè triãgulus vt duorum eſt, ęqualium laterum, ſed cõtrà, qui duorum eſt æqualium laterũ: vt triangulus eſt, tres angulos habet. Quare q ſcit vniuerſaliter, is magis ſcit vt quodque cuiq; competit, quã is qui particulariter ſcit: vniuerſalis igitur demonſtratio præſtabilior eſt demonſtratione particulari.

¶ Præterea ſi vniuerſale vna quædam ſit ratio, & non ſolo commune nomine, non minus erit quam res nõnullæ particulares. Quin etiam magis erit ac tanto quanto in illis ſunt ea quæ non intereunt: particulari autem magis occidunt.

¶ Præterea, nulla prorſus neceſsitas cogit ideo prẽter hęc aliquid hoc eſſe putare, quia vnum ſignificat, non enim id in ipſo magis quam in alijs compelleret, quæcunq; non ſubſtantiam, ſed quãtum aut quale cæteraque ſignificãt talia. Quod ſi putatur nõ demonſtratio ſanè, ſed is qui audit huius eſt cauſa.

Præterea ſi demonſtratio quidẽ eſt ratiocinatio cauſam oſtendẽs & propter quid eſt, vniuerſale autem magis eſt cauſa: nam cui per ſe quippiam ineſt, id ſibi ipſi eſt cauſa: atqui vniuerſale primũ eſt: demonſtratio nimirũ vniuerſalis præſtabilior demõſtrationi particulari eſt: eſt enim magis cauſæ, & ipſius propter quid eſt.

¶ Præterea vſque adhoc propter quid quærimus, tunc ſcire arbitramur cum nõ eſt aliquid aliud quam hoc ob quod aut fit aut eſt quippiam. Sic enim ipſum extremum iam finis ac vltimum eſt: veluti gratia cuius acceſsit, vt argumentũ accipiat. Et hoc itẽ gratia cuius, vt reddat id quod mutuò accepit ac debet. Et hoc itẽ gratia cuius? vt non iniuriam faciat. Et ſic euntes cum non eſt ob aliud vlterius, neq; eſt aliud cuius gratia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia, tum ob ipsum vt finem accessisse,& esse,ac fieri dicimus:& tum maxime scire propter quid accesisit putamus. Quod si cunctis in causis ita res se habet,& cũ propter quid quæritur:in his autem quæ sic sunt causæ, vt harũ gratia cætera sunt & fiant, hoc scimus maximè pacto: & in cæteris cum maximè scimus,cum nõ vlterius hoc est, quia aliud est. Percepto igitur hoc, angulos externos quatuor rectis æquales habere:quia duorum est æqualium



laterum,restat quærere propter quid hoc eos angulos habet:atque cognito quia triãgulus est,restat itẽ quę rere,propter quid hoc eos triangulos habet? Quos si percipiamus quia est figura quæ rectis ex lineis constat, cui quidem non propterea quod aliud quippiam est,anguli competunt dicti: tum profecto maximè scimus, ac etiã tum vniuersaliter scimus: demõstratio igitur vniuersalis præstabilior est longe particulari.

¶Præterea demõstratio quo particularis est magis,eo magis in infinitum incidit,quo vero vniuersalis magis eo ad simplex atque ipsum vltimũ pergit: at res quo sunt infinitæ, eo nequeunt sciri: quo vero sunt finitæ eo sub scientiam cadunt: quibus efficitur vt res quo sunt vniuersales, eo magis sub scientiam cadunt, quam hoc sane quo sunt particulares: vniuersalia igitur sunt demõstrabilia magis. At eorum magis est demonstratio,quæ sunt demonstrabilia magis:nam ea quæ referuntur simul,sunt talia magis: vniuersalis igitur demõstratio præstabilior est longe particulari, cũ sit & magis, vt probatum est,demonstratio.

¶Præterea si ea demonstratio magis est expetenda, per quam hoc & aliud scitur, quam ea per quã hoc solùm percipitur: isque qui habet vniuersale,scit & particulare, & nõ econtra,patet vniuersalem demonstrationem expetendam esse magis, & præstabiliorẽ hoc quoque pacto quàm demõstrationem particularem.

¶In super vniuersaliter magis demonstrare, nihil aliud est quam per id ostendere medium, quod principio propinquius est. Propinquissimum autẽ est id quod vacat medio:atque hoc est principium: si igitur demonstratio, quæ conficitur ex principio, vel ex magis principio, exactior est ea quæ non ex principio, vel ex minus principio, proficiscitur,atque talis ea quæ magis vniuersalis est demõstratio:vniuersalis igitur demonstratio præstabilior est demõstratione particulari:veluti si demõstrare oportet.a. cõpetere.d.mediaq; sunt.b. atq;.c. &.b. sit superius ipso.c.ea sanè demõstratioque per.b.medium conficitur

citur, magis erit vniuersalis quã ea quę per medium.c.extruetur. Atenim harum rationum nonnullę differẽdi subeunt modum, maximè autem inde patet vniuersalem magis præstabilem esse: nam cum propositionem priorẽ habemus, posteriorem quoque tum quodammodo scimus, potentiaq; habemus: velut si quis omnem triangulum scit duobus rectis æquales habere,eum quoque qui de isoscele est æqualium laterum scit quodammodo,potentiaque duobus rectis æquales habere,& si nescit ipsum triangulũ esse sed qui propositionem hãc habet, is vniuersalem nullo scit modo, neque potẽtia neq; actu.

¶Præterea vniuersalis quidem intelligibilis est,particularis autem id ipsum sensum vtique termina tur, vniuersalem igitur demonstrationem præstabiliorem particulari esse,satis iam per ea quę dicta sunt demonstrauimus.

EXPOSITIO.CAP.XX.

IN hoc cap.20.incipit Arist. tractare de demõstratione, & scientia comparatiue:quomodo cõparatio sit inter demonstrationem vbi vniuersalis,ad illam inquam particularis:& quidem in primis tribus sequentibus capitulis de hac comparatione demonstrationum ad inuicem agit: & in tribus sequẽtibus comparat vnam scientiam alteri:& in alijs duobus vltimis: (vbi est finis libri) agit de comparatione scientiæ, fidei, & opinionem, & solertiam.

¶In hoc capite. 20. comparat vniuersalem demonstrationem particulari in affirmatiuis:vbi scilicet, concluditur vniuersalis affirmatiua,& vbi particularis:& proponit argumenta illorum quidicebant particularem affirmatiuam præstantiorem: & ipse ponit contrariam conclus.quam & probat:& vt sit clara & apperta intelligentia Philosophi, quæstionem ad vtranque partem disputabimus,verbis & exẽplis claris.

QVÆSTIO.

Vtrùm demonstratio particularis affirmatiuis sit præstantior vniuersali.

VIdetur quod demõstratio particularis affirmatiua sit præstantior quam vniuersalis.

¶Demonstratio particularis facit magis scire quam vniuersalis:ergo præstantior,& nobilior erit: patet antecedens: quia particularis facit scire secundum se ipsam:vniuersalis non sic,sed secundum aliud potius.Nam si demonstrem isochelem habere tres angulos æquales duobus rectis:quia isochelis in particulari consideratur species trianguli, per ipsum scio: si tamen fiat demonstratio,quod triangulus habet tres,&c.scitur quidẽ de isochele quod habet tres: sed nõ secundũ se ipsum, sicut quando de eo in particulari demonstratio facta est.Sed scitur ob aliud:scilicet in quantũ sub triangulo continetur & species eius est:sicut si demõstrem Sortem esse risibilem propter se ipsum: & ex se ipso scientia est: si tamen hominem esse risibilẽ scio de Sorte quia risibilis, sed nõ secundũ se:sed quia sub homine continetur:nõ proprie habetur scientia.

¶Secundo,sic illa est demonstratio nobilior & perfectior,quæ magis intellectum reseruat ab opinione falsa: sed particularis est huiusmodi supra vniuersalem: ergo.Patet: quando demonstratur aliqua propria passio de suo subiecto putà de triangulo vniuersaliter,qđ habet tres.&c.& de numero quod est par vel impar.&c. & illud non ostenditur de particulari putà de isochele; vel binario,tunc intellectus potest opinari esse illud vniuersale separatum,sicut tribuitur Platoni de ideis: & sicut Pythagorici de numeris sunt Philosophati. De quibus in primo & septimo Metaph. Aristo.& sic opinari,esset falsitas in intellectu: cum inuerita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

veritate ita non sint. Si tamen in particulari fiat demonstratio: quod isocheli stres habet. &c. & quod binarius par est nō potest in intellectu talis cadere falsitas quia hæc ad sensum constant ita esse vt demonstrantur in particulari: sequitur ergo: quod demonstratio particularis nobilior sit.

¶ Tertio illa est nobilior, & perfectior demōstratio quæ est magis de ente: nam tanto quanto magis de esse probatur: & tanto magis de cognosci, & tanto maior perfectio erit: cum res sic se habeat ad esse, sicut ad cognosci, & sicut ad cognosci se habeat ad esse: sed in particulari est magis de ente, quam in vniuersali: patet quia vniuersale, vel non est: vel si est in singularibus est: quia homo non est neque existit nisi quia hic homo existit: & eadē ratione dicerem non est homo risibilis: nisi quia Petrus est risibilis nec; triāgulus tres habet angulos, nisi quia isocheles habet. &c. hæc sunt argumenta ex doctrina Philosoph. pro parte contraria.

¶ Conclusio est, demonstratio vniuersalis prior & nobilior est quā particularis. Probatur primo, illa est potior quæ magis facit scire, sed vniuersalis est huiusmodi patet: in demōstrātione maxime scientia causatur passionis de subiecto: qa hoc est qđ concluditur de subiecto secundū se ipsum. &c. sed hoc in demonstratione vniuersali fit potius quam in particulari: ergo. Probātur quod triangulus habet tres. &c. & hæc est propria passio per se ipsum: quia ei conuenit secundum se & nō ratione isochelis: nam etiam si non esset isochelis: triāgulus habet tres: imo isocheli, conuenit habere tres, quia est triāgulus cui primo cōuenit: & similiter quando risibile concludimus de homine in demonstratione vniuersali: propria passio, secundum propriam rationem subiecti demonstratur ideſt: secundū se ipsum: nam si de Petro vel Sorte concludam in demonstratione particulari non esset secundum se ipsum: sed quia Sortes homo est cui primo cōuenit: quia etiam si nō esset Sortes homo risibilis est. &c.

2. Ratio. ¶ Secūda ratio ad conclu. illa est potior, & nobilior demonstratio, quæ de magis ente est: sed vniuersalis est huiusmodi: patet qa vniuersale est incorruptibile: & abstrahit ab hic & nunc: vt late supra in prędicabilibus ostensum est. Et particulare, est contractum ad hic & nunc: & in eo ratio corruptibilitatis: ergo magis de ente in vniuersali est: & magis de cognosci. &c. & maior per fectio intellectus in vniuersalibus dignoscendis: quam in particularibus.

3. Ratio. ¶ Tertia ratio ad idē, id quod magis perficit intellectū, & ab errore facit alienum est perfectior, nobilior & potior demōstratio: vniuersalis est huiusmodi ergo. Patet quia sed intellectus de facile posset decipi an isochelestres habeat angulos. &c. sed tamē non sic poterit de triangulo si quidem de æquilatero triangulo facilè posset quis decipi facta demōstratione ad sensum quod, habeat tres, quia solum habet qđ habet tres, quia est æquilaterus: sed non habet quia sic est (quod est) quando vniuersaliter de omni triangulo concluditur quod habeat tres. Iste sunt tres rationes ex verbis Arist. formatę, quibus probat suam veram ententiam: & sunt tribus alijs oppositis: quibus & respōdēdum erit, ex quibus & magis veritas constabit. Illorum quę in superioribus tractata sunt de vniuersalibus & particularibus.

A.1. ¶ Ad primum solutio ex argumentis pro conclu. patet: quia falsum est quod magis sciat qui isochelem scit habere tres quam qui triangulum: imo econtra: quia ratio habendi tres, nō cōuenit per se isocheli: quia isocheles est: sed quia triangulus est. Obid primo trianguli propria prima & adæquata passio est tres habere: qua propter qui scientiam de illo vniuersali habet, propriè scientiam retinet: quia id immediate conuenit, & quia illa ratio potissima est.

Ad.2. ¶ Ad secūdum negamus, quod sanus intellectus occasionem habeat ex demonstratione vniuersali deceptionis: habet quidē hoc debilitas intellectus: per hoc quod nō penetrat hæc duo stare simul inueritate: mathematicus abstrahit à materia, & singularibus secundū rationē: mathematicus non abstrahit à materia & singularibus secundum esse. Sed intellectus sanus non solum non habet vnde decipiatur: sed potius vnde perficiat, quia intelligendo intus legit & penetrat rem ipsam, vt ratio habet angulos in triāgulo nō sit quia ferreus, vel eneus aut aureus, aut argēteus: sed qa triāgulus: licet sciat triangulum nō inueniri nisi in materia vel lignea, vel metalica: &c. intelligit inquam intellectus ipsam rationē vniuersalis: quanuis non à singularibus abstractum ponat: sed ipsam rationem vniuersalis in ipsis indiuiduis & particularib⁹ contractam deprehendit & perficitur, tantum abest vt decipiatur.

Ad.3. ¶ Ad tertium. Vbi contendebat contraria opin.

Ens triplici ter potēstcō siderari. opin. probare magis de ente in particulari, respondetur distinguendo ens, tripliciter potest considerari: primo in ratione essendi seu existendi: secundo in ratione inexistentis hoc est subiecti in quo propria passio inexistit, tertio in ratione obiecti mouentis potētiam cognoscitiuam. Si fiat cōparatio particularis & vniuersalis quantū ad rationem entis primo modo: particulare magis habet de ratione entis, quia magis existit particulare quam vniuersale. Patet: quia magis existentia in ipsis cōsideratur, nam vniuersalia vt sunt genera & species non habent esse per se nisi in particularibus vt sæpe dictum est, nō enim homo existit, nisi qnia Sortes existit.

¶ Secundo modo rationem entis considerando magis habet de ratione entis vniuersale quam particulare: quia propria passio vniuersali primo inexistit vt esse risibilem, esse discursiuum, esse disciplinabilem: primo vt dictum est conuenit & immediate homini: & sic omni homini & soli vt sit proprium propriè: & quia ei primo, secundario & ex consequēti Petro: quia sub homine continetur: quia enim & hominis veram participat naturam: & consequenter habet quod naturam ipsam consequitur, scilicet esse risibilem vel admiratiuum: ecce quomodo magis de esse, secundum hāc rationem in vniuersali est: quàm in particulari.

¶ Tertio modo in ratione obiecti, adhuc vniuersalia magis entia sunt quam particularia: quia prius mouent & principalissime: mouent imo particulari non mouent neque cadunt sub obiecto intellectus nisi ea ratione qua in vniuersali continentur: vt laciſsimè in tertio de anima probatū est. Cum ergo in vniuersali, de vera & potissima ratione entis, magis quam in particulari reperiatur, manet cōclusum, rectè sensisse Philosoph. demonstrationem vniuersalem excellere particularem: quod in cap. præsenti probare contēdit argumentis propositis.

CAPVT. XXI.

De demonstratione affirmatiua & negatiua.

Affirmatiuam autem negatiuæ demonstrationi præstare, hinc sane patebit. Sit enim ea præstabilior demonstratio (cætera modo sint eadem) quæ è postulationibus suppositionibus ve, aut propositionibus paucioribus constat. Nam si notæ similiter sint, citius per hasce cognitio cōparabitur, qđ quidem magis est expetendum, ratio autem propositionis huius, præstabiliorem inquam eam esse quæ ex paucioribus constat, vniuersaliter hæc est. Nam similiter sunt ipsa media nota, priora verò sunt notiora, sit vna quidē demonstratio, qua. b. c. d. medijs, a. demonstratur ipsi competere e. alia vero qua rursus. a. per. b. c. media ipsi. d. competere demonstratur: hæ igitur. a. d. inquam & a. e. simili modo se habent, sed. a. d. prior est atque notior. a. e. per illam enim hæc demonstratur, at qui id magis creditur, per quod ostenditur aliud, demonstratio igitur quæ ex paucioribus comstat (modo sint cætera paria,) præstabilior est, vt probauimus: ambæ igitur per tres terminos, propositiones ve duas demōstrant: verum altera esse quippiam, altera & esse quippiam, & nō esse sumit: ex pluribus ergo cōstat, quare inferior est, vt constat, quam affirmatiua. Præterea id ita esse patet, cum demonstratum sit ratiocinationem esse non posse, si ambæ propositiones negatiuæ sint, sed alteram talē, alteram affirmatiuam esse oportere.

Præte

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Præterea insuper hoc sumere oportet: nã cũ demõstratio accrescit, affirmatiuas quidẽ propositiones necesse est fieri plures, sed fieri nequit vt vlla in ratiocinatione plures vnà sint negatiuæ. a. namque nulli competat. b. &. b. cuilibet insit. c. si igitur ambę propositiones sint augendæ media sunt interponenda, atque inter a. &. b. sit. d. inter b. c. sit. e. patet igitur. c. affirmatuè tam subijci quam etiam dici. d. verò dici quidem affirmatiuè: subijci autẽ negatiuè. Nam ipsum quidẽ de quolibet. b. prædicetur. a. vero nulli ipsi insit oportet. Fit igitur vna propositio negatiua, ipsa inquã a, d, idem est & cæteris in ratiocinationibus modus: etenim necesse est medium quidẽ id quod inter affirmatiuę propositionis terminos cadit, interuallum vtrũque affirmatiuum, alterum negatiuum efficere: quare tantum fit vna propositio hæc talis: cæterę verò omnes sunt vt patet, affirmatiuę. Si igitur id per quod quodam demõstratur notius est, magisq; creditur: & negatiua quidẽ per affirmatiuam demonstratur, vt patuit: affirmatiua vero per negatiuam non demonstratur: hæc ipsa sanè cum prior sit & notior, & magis credatur, præstabilior erit sine dubio negatiua.

¶ Præterea si vniuersalis ea propositio quæ vacat medio, ratiocinationis est, vt patet, principium: at que in affirmatiua quidem affirmatiua, in negatiua vero est negatiua: cõstat autem affirmatiuã negatiua priorẽ esse, notioremve (negatio nãq; per affirmationẽ innotescere solet, præceditq; negatio affirmatio, perinde ac esse præceditnõ esse) affirmatiua, recto demonstratio probabilior est negatiua: quippe cum principium sit ipsius negatiuę principio præstabilius: eamq; præstabiliorẽ esse oporteat, quæ præstantioribus principijs vtatur: insuper antiquior est eam absq; affirmatiua negatiua esse non potest.

EXPOSITIO.

N isto cap. 21. Philosophus postquàm in præcedenti disseruit de comparatione demonstrationis affirmatiuæ vniuersalis ad particularem: consequẽter in præsenti agit de comparatione affirmatiuæ ad negatiuam: & quia in capit. 17. præcedẽti etiam Philosophus tetigit, ibidem nos adduximus. 3. rationes ad probandum conclusionem, quam ex professo & prolixè nimis probat isto cap. 21. scilicet demonstrationem affirmatiuam esse simpliciter absolute nobiliorem negatiua &. 5. argumẽtis probatur dignitas & excellentia: & quia in loco citato. 3. adduximus ad mentem Philosophi sic per addamus aliaduo.

1. Ratio.

¶ Illa est dignior, & excellentior, quæ cogniori modo syllogizatur: sed propositio affirmatiua est huiusmodi: ergo dignior antecedẽs probatur, quia affirmatiua per solas sibi similes syllogizatur: quia nũquam est cõclusio affirmatiua nisi per hoc quod vtraque præmissarum sit affirmatiua: vtpatet in omnibus modis in omni figura: sed negatiua nõ sic quia non ex sibi similibus, imo necessario concurrit dissimilis: nempe affirmatiua: quia si vtraque præmissarũ sit negatiua, nihil sequitur demonstratiuè vt in

vt in syllogismis probatum est: sequitur ergo demonstrationem affirmatiuã esse absolutè nobiliorem

2. Ratio. Solutio.

¶ Secunda ratio, illa est nobilior & excellẽtior in cuius augmento & resolutione non est alia requisita: & ecõtra illa minus nobilis ad quam alia requisita est: sed in augmẽto demonstrationis negatiuæ, affirmatiua propositio necessaria requisita est: & non econtra, ergo affirmatiua dignior erit. v. g. nullum animal est quantitas: omnis homo est animal: ergo nullus homo est quãtitas. Maior quæ est negatiua, est probanda per vnam affirmatiuam, & alteram negatiuam sic nulla substantia est quantitas: omne animal est substantia, ergo nullum animal est quantitas. Modo si volo probare minorem affirmatiuã per solas affirmatiuas, sine admiculo negatiuæ probo sic: omne sensitiuum est animal: omnis homo est sensitiu⁹: ergo omnis homo est animal. Ecce quomodo ad resolutionem negatiuæ, per duas demonstrationes fuit necessarium aliquam assumere affirmatiuam: & tamẽ ad probationem affirmatiuæ, quæ solum per vnicã demonstrationem completa est: nõ fuit negatiua necessaria, sed solum ex sibi similibus perfecta est: cum ergo affirmatiua sibi sufficiẽs sit, & minus resolutione in digẽs, & negatiua magis indigeat, & sine affirmatiua resolui nõ possit: ipsa à perfectione in hac parte defficiẽs est: & hoc est quod per totum cap. intẽdit Arist. 5. rationibus probare.

Obiectio.

¶ Quòd si quis contra hæc obijceret, quod negatiua potior, quia negatio præcedit affirmationem: quia antequam mũdus esset verum erat dicere mundus non est: & antequam esset lux, tenebræ erant, & sic priuatio habitum præcedit: solutio est: via generationis sic contingere: vt id quod in perfectum est, præcedat: sed tamẽ id quod in potentia tale est: antequam sit actu esse non posset nisi ab eo quod actu est, quia nihil se ipsum potest in esse constituere: post non esse: si in potentia calidum, fit actum calidum: ab eo sit oportet, quod actu calorem habet: & ob id via perfectionis, actus, præcedit priuationem: & priuatio per actum cognoscitur, seu habitum: sicut late in postpredicamẽtis dictũ est. Et sic non obstat dictis: absolute ergo affirmatiua præstantior & nobilior est.

CAP. XXII.

De demonstratione ad impossibile.

CVM autem affirmatiua præstabilior sit negatiua, patet rectè. etiã ea præstabiliorem esse, quę ad id deducit quod fieri nequit. Atque primo scire differentiam ipsarum oportet, igitur. a. quidem nulli. b. competat. b. vero cuilibet insit. c. atque hoc pacto negatiua recte fit demonstratio, qua quidem. a. processione recta nulli competere demonstratur. Sed ea quæ ducit ad id quod fieri nequit, sic se habet: nam si demonstrandum est. a. nulli competere. b. sumendum est contra, cuilibet eidem ipsum competere at. b. etiam cuilibet. c. quare fit vt. a. cuilbet cõpetat. c. Sit autem notum atque concessum, hoc minimè fieri posse: non ergo fieri potest vt. a. competat ipsi. b. quod si. b. conceditur ipsi competere. c. fieri profecto nequit vt a. competat ipsi. b.

Text 41.

¶ Termini igitur ordine simili disponuntur, verũ differẽtia in propositionum negatiuarum cognitione consistit, vtra inquam istarum sit notior: vtrum hæc. a. nulli competit. b. an ista. a. nulli competit. c. cum igitur conclusio notior est, tum ea sanè fit demõstratio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio,qua de ducitur in id qđ haud quanquam fieri potest: sed cum ea propositio quæ in ratiocinatione sumitur notior est,tum recta nimirum sit demonstratio.

¶At constat propositionē hanc. a.nulli competit.b. priorem hac esse natura. a. nulli competit. c. Eamque sunt cōclusione priora, ex quibus emergit ipsa conclusio,atque patet hanc quidem a.nulli. c. competit conclusionē esse:illam autem.a.nulli.b. competit, id esse exquo emergit ipsa conclusio. No enim si fit vt quippiam tollatur,hoc quidem est cōclusio,illa vero ex quibus: sed id quidem ex quo fit ratiocinatio, quæ sic se habet, vt aut totius ad partem, aut partis ad totum rationem habeat. Ac & a.b. propositionem non sic inter sese habent,vt patet. Si igitur ea demonstratio quę ex notioribus prioribus ve conficitur, semper est prę stabilior: vtraque vero demonstratio dicta, ex negatione quidem creditur, altera tamen ex priore,altera ex posteriore, negatiua demōstratio præstabilior est ea simpliciter demonstratione, qua deducitur ad id quod fieri nequit, quare patet affirmatiuam quoque demonstrationem rectam, quæ quidem negatiuæ præstat,vt patuit,prę stabiliorem esse eadem.

EXPOSITIO.

PER totum cap. 22. in ordine Arist. intendit probare excellentiam demonstrationis directę in comparatione ad illam quæ est perducens ad impossibile: & ponit conuenientiam & differētiam: & notabis in principio cap. quod dicit loquendo de demonstratione quę ducit ad impossibile assumēdum contrarium. Dicendum esset contra dictorium quia duo contrarię possunt stare simul in falsitate: vt supra in materia oppositionum dictum est. Ob id vel Arist. loquutus est in materia naturali vbi duæ contrarię non sunt simul falsę: vel inuerenter accipit contrarium pro contradictorio: vel litera est mendosa. Nota

¶Descendamus ad claram intelligentiam capitŭli primo: probatur quod sit dignior ostensiua: super illam quæ ad impossibile ducit. Illa quæ est negatiua est dignior: quam quæ ad impossibile ducit: ergo affirmatiua. Patet: quia si dignior: illa quæ est inferior, & indignior: respectŭ illius ad quā fit comparatio a fortiori erit dignior, patet quia illa quæ est negatiua causat sciētiam: quia procedit ex veris, & magis notis. &c. aliàs scientiam non causaret: sed quę ad impossibile ducit, procedit ex falsitate conclusionis magis notæ quam sit falsitas alicuius præmissarum: vt si sit argumētum nullum rationale est asinus: omnis homo est rationalis: ergo nullus homo est asinus quod si tu neges conclu. tunc duco ad impossibile sic ergo negatiuam aial rudibile nō est homo: & concedes suam cōtradictoriam omne animal rudibile est homo sic arguendo omne animal rudibile est homo omnis asinus est animal rudibile ergo omnis asinus est homo patet, quod hæc conclusio falsa & impossibilis. Cum ergo in ostensiuo syllogismo negatiuo: procedat ex veritate & notorietate præmissarum non sic in ducente ad impossibile: sequitur quod sit dignior: quia dignius est procedere ex maiori notitia præmissarū ad conclusionē, secundum veritatem: quam ex maiori notorietate conclusionis ad falsitatem quæ ducit ad impossibile. 1. differē

¶Sed Arist. in presenti cap. ponit differentiā inter demonstrationem ducentem ad impossibile & ostensiuam quam vocat.

¶Primo quia in demonstratione ostensiua cōcluditur verum: manifeste: siue sit demonstratio ostensiua affirmatiua siue negatiua: & perducentē ad impossibile, manifeste falsa concluditur & impossibilis. Exēplū de affirmatiua ostensiua: omne sensitiuū est animal: omnis homo est sensitiuus: ergo omnis homo est animal: de negatiua, nullum rationale est asinus: omnis homo est rationalis ergo nullus homo est asinus: in vtraque manifeste verum concluditur, sed inducente ad impossibile manifeste falsum & impossibile vt constat in exemplo posito supra.

2. Differentia. ¶Secunda differentia est quia in demonstratione ostensiua præmissæ sunt notiores in veritate quam sit conclusio: quia veritas eius ex veritate præmissarum pēdet. sed in processu ducente ad impossibile est processus contra naturam quia non ex magis notis quoad veritatē sed ex magis notis quoad nostritatē: nā ex cōclusione manifeste falsa retorquemus ad declarandū falsitatē alicuius præmissæ, vt statim erit manifestum.

3. Differentia. ¶Tertia, quia ostensiua cōpletur demōstratio, vnica argumētatione facta in modo & figura ex tribus terminis. &c. sed tamē quę ducit ad impossibile non cōpletur nisi pluribus vt probatur exēplo de affirmatiuis: omne rationale est risibile, omnis homo est rationalis: ergo omnis homo est risibilis: in negatiua nullum animal est lapis: omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Sed quę ad impossibile ducit, quatuor argumentationibus completur. Prima concludit manifestum impossibile: vt si tu neges hanc aliquod animal nō est homo, tunc sumo contradictoriam omne animal est homo. Est argumentū, omne animal est homo: sed asinus est animal: ergo asinus est homo. Hæc est prima argumentatio, secunda sic hęc conclu. asinus est homo falsa, ergo aliqua præmissarū est falsa patet cōsequētia quia ex duabus premissis si vraq; esset vera nō posset concl. esse falsa stante bono modo arguendi: quoniā ex veris non concluditur nisi verum. Tertia argumentatio est hæc cōsequentia, sed in prima argumentatione minor nō est falsa. f. asinus est animal, ergo major omne animal est homo. Quarta consequentia est qua concluditur esse verum illud quod negabatur in prima cōsequētia. V. g. ista maior est falsa omne aial est homo: ergo hæc est vera aliqđ aial nō est homo quę est eius contradictoria, quæ prius fuerat negata.

¶Quartā signat differentiā: sed tamen nos secūdā & tertiā pro vna posuimus quia fere non differunt apud Aristo.

CAP. XXIII.

De certitudine & vnitate scientiarum.

SCientia autē scientia exactior priorq; est ea, quę eadē & ipsius esse & propter qđ esse est. sed non ea quæ est ipsius esse, sine ea quæ est ipsius ppter quid est, & ea quę non est de subiecto, vt Arithmetica ipsa musica: & itē ea quę est ex paucioribus, ea quę est ex additione, vt Arithmetica ipsa Geometria. Et ex additione dico hoc pacto: vnitas est substātia positione vacās, punctū vero cū positione substātia est: hoc igitur ex additione esse dico.

¶Vna autē sciētia est quæ vnius est generis: quæ cōponuntur ex primis, & sunt partes, aut effectus horum per se: diuersæ vero scientiæ sunt quarū principia ex eisdē nō sunt, neq; ex vnius principijs principia alterius proficiscūtur. Huius autē est signū cum ad ea quæ nō demonstrātur est ventū: oportet enim ipsa eodē in genere esse, in quo sūt ea q̄ sunt demōstrata: est autē & huius signū, cū ea quæ demōstrantur per ipsa eodē in genere sunt, atq; propinqua.

¶Atq; fieri potest vt plures eiusdē sint demonstrationes, nō solū si ex eadem serie mediū non cohærens accipiatur, vt si inter, a, b, nunc, c, nunc, d, nūc, e, medium accipiatur: sed etiam si ex diuersa sumat. Sit enim, a, mutatur, c,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mouetur, b, voluptate afficitur. Verum igitur dices, si, c, de, b, & a, de, d, prædicaueris: qui nanque voluptate afficitur mouetur, & qui mouetur mutatur. Rursum inter eosdem terminos medium d, ponatur in quo sit, quietem consequitur, verum igitur identi dē dices si, a, de, b, &, b, de, d, prædicaueris, qui nanque afficitur voluptate, is quietem consequitur, is mutatur. Quare per diuersa media, nō ex eadem serie sumpta conficitur rationatio: non tamen adeo diuersa, vt neutrum dicatur de altero: necesse est enim ambo cuipiam eidem inesse. Considerandum est, quot modis per cæteras quoque figuras eiusdem ratiocinatio fieri potest.

IN capitulo. 23. postquàm in præcedenti Aristote. conuenientiam, & latissimam differentia inter demonstrationem ostensiuā affirmatiuam, vel negatiuam ex vna parte: & inter illa quæ ad impossibile ducit ex alia posuit: consequenter in isto capitulo ostendere contendit quæ sit differentia inter scientiam & scientiam: & quia in omni scientia tria est considerare, scilicet habitum, obiectum, & principium. De istis tribus agit & in præsenti capitulo de habitibus: in sequenti erit comparatio inter obiectum vnius scientiæ & alterius: & in. 25. de principijs sciētiæ current disputatio.

Differentia inter scientiam & sciētiam.

Sciētia, sciētiæ comparatur incertitudine.

¶ Quantum ad primum aduerte, quod sciētiam scientiæ comparat Aristo. in certitudine, & dicit vnam esse alia certiorem: altero trium modorum primo illa scientia quę de conclusione dicit quid, & quia: erit certior alia quæ solum dicit quia: qua propter scientia subalternans certior est subalternata: quia subalternās de illis de quibus subalternata solum dicit quia, potest dicere propter quid: exemplum supra positum est à nobis ex Aristot. de vulnere circulari quod tardius sanatur: nam chirurgus, quia nouit, eò quod experiatur & ab effectu probet: sed tamen Geometra non solum nouit quia, sed etiam propter quid: scilicet quia partes magis distant & difficilius continuantur: in circulari figura non est angulus vbi partes propinquant. Scientia ergo Geometriæ certior est hac parte: quia dicit propter quid, & quia. Et inferior erit quæ solum quia dicit.

¶ Secundo quo potest esse differentia est, quando vna scientia est de subiecto abstracto: & alia de subiecto materiæ coniuncto, seu applicato materiæ: & hoc modo in certitudine excedunt quæ mathema tice sunt, medias scientias: qua propter arithmetica quæ de numero abstractè, & Geometria quæ de linea simpliciter, certior erit: quia eius subiectum de quo simplicius, quam sit musica: quæ de numero, sed contracto ad vocem: & quam Perspectiua quæ de linea: non absolutè sed visuali: & quam astrologia quæ nō de magnitudine, sed de magnitudine cœli agit.

¶ Tertio potest esse differentia vnius ad aliam: quia vnius subiectum est simplicius, vel de paucioribus intelligitur: vel ad pauciora se extendit, & alia addit & ad plura se extendit: quo modo Arithmetica est prior & certior: quam Geometria. Nam vnitas quæ est principiū consideratum ab Arithmetico est simplicior quam punctū: quia licet tam vnum, quam punctum sint indiuisibilia, tamen vnum non habet neque importat positionem in aliquo ad punctum cum sit indiuisibile dicit positionem in continuo: vt in. 4. Physicorum erit manifestum. Ecce quomodo vna certior scientia sit alia ad mentem Arist.

¶ Consequenter in hoc eodem capitulo de vnitate scientiarum pertractat: & a mente Philosophi. Vna scientia erit vna, quæ habet vnitatem obiecti circa quod versatur: vt Physica vna dicatur: quia circa ens mobile vel corpus mobile: & Arithmetica vna quia circa numerum: & econtrario, scientia dicatur plures: vt Geometria & Arithmetica, quia circa duo subiecta distincta nempe quantitatem continuam & discretam, scilicet magnitudinem, & numerum.

¶ Sed considerandum, quod non quæcunque vnitas subiecti facit scientiam vnam: nam

nam stat quod vna & eadem res cadat sub diuersis scientijs: vbi non est eadem ratio formalis: ob id vnitas obiecti est requisita quoad rationem vnam formalem: nam logicus considerat de homine in quātum est species vnum de. 5. prædicabilibus: & de homine etiam considerat Physicus in quātum est compositus ex anima & corpore: &c. Sed & si sit vnum subiectum, non est vnitas in scientia: quia ratio formalis est diuersa: nam in logico est cōsideratio in quātum est secunda intentio: & non est hæc apud Physicum. Et tandem sicut se habet obiectum ad potentiam quā am ad pluri-ficandum potentiam, se habet subiectum ad scientiam & esset vnitas potentiæ cum diuersitate obiectorum materialium: quia per eandem potentiam video parietem album & hominem album: quia sola vna ratio formalis est: sic per eandem sciētiam cōsidero hominem & asinum in Physica disciplina: tamē si ratio formalis diuersificetur, & multiplicaē potentia, manente vnitate materiali obiecti: vt lapidem video & tango: & non per eandem potentiam video & tango: quia ratio formalis est diuersa: vt est notum. s. color & qualitates tangibiles.

¶ Etiā est aduertendū, quod ad hoc quod quid sit subiectum in aliqua scientia tria requiruntur, primum quod sit vniuocum, vel saltim analogum. Nam æquiuocum non erit vnum subiectum: canis in quantum æquiuocum ad distinctas scientias spectat. Cū enim vna ratio formalis faciat ad vnitatem vt dixi: in æquiuoco non poterit inueniri. Sed bene in vniuoco: & de analogo dixi vt vna scientiā dicamus Metaphysicam cuius subiectum est ens: analogum ad substantiam, & accidens: vt in præcedabilibus disputatum est: & erit vna ratio vbi analogia licet non æqualiter participata: nam alia ratio entis in substantia quam in accidente.

Quæ sunt requisita ad subiectum.

2. Conditio

¶ Secunda cōditio requisita vt subiectum aliquas habeat partes, vel essētiales, vel subiectiuas essentiales, illæ erūt ex quibus subiectum componitur: vt forma & materia partes sunt: sed subiectiuæ partes in quas diuiditur scientiæ subiectum, vt genus in species: & ens mobile, in ens mobile ad vbi, & in ens mobile ad formam, de quibus in Physicis.

3. Conditio

¶ Tertia cōditio est vt subiectum scientiæ habeat proprias passiones demōstrabiles in scientia. Hic enim est terminus scientię:

vt de homine probetur in scientia de homine: quod sit admiratiuus risibilis disciplinabilis: & in Arithmetica de numero quod sit par vel impar: & de triangulo quod habeat tres &c.

¶ Ecce ex istis habes vtiam esse scientiam vbi vnum obiectum sub vna formali ratione: & diuersas esse vbi rationum sit diuersitas: & materialis distinctio dillinctionem in scientijs non causat.

¶ Et in eodem capitulo Arist. docet: diuersitatem scientiarum sumendam ex distinctione principiorum scientiæ: quia si diuersa sunt principia quibus conclusiones probantur diuersa est scientia: & non obstat quod sit diuersitas in naturā rei, de qua probantur conclusiones: vel sit vnitas, quia de diuersis si principium est vnum: scientia erit vna: & de vna re si principia sint diuersa erunt scientiæ diuersæ: verbi gratia, quia terra vt est rotunda per aliud principium cōsideratur à Physico & per aliud ab astronomo: de eadem conclusione sunt scientię diuersæ: quia ista terra est rotunda à Physico probatur, quia est grauis, & partes se cō primunt ad centrum tendentes. Astrologus autem eam probat quia per eam interpositā inter lunā & solem eclypsatur quando sol est in capite draconis, & luna incauda vel econtra: quia tunc contingit lunam per lineam eclypticam transitum facere. Ecce quomodo Aristo. vnitatem scientiæ & ex vnitate subiecti, & ex vnitate principij deducit: & ex diuersitate principiorū est diuersitas in scientijs.

S. Tho. 1. p q. ar. 1. ad. 2

¶ Sed tamē cum eadem sit scientia de quadrato & de triangulo: cum tamen sint principia diuersa ex quibus probantur passiones circuli & passiones trianguli: & similiter eadem sit scientia, de isochele, & triangulo: quanuis principia non sint eadem: sicut in scientia de homine: & animali. Aduertendum ad mentem Aristo. quod ad distinctionem genericam in scietijs ex diuersitate principiorum sumptam est requisitum: primo quia illa principia non fluant eisdem principijs prioribus in eodem genere scibili: ob quod scientia de triangulo & de quadrato non distinguuntur: quia deriuantur ex eisdē principijs figuræ: quia consideratio de figura tam in genere quam in specie spectat ad Geometriam. Secundum requisitum quod principia vnius rei vt scibilis est non deriuentur ex principijs alterius rei scibilis: & quia principia de isochele deriuantur à principijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

alterius rei scibilis, scilicet trianguli: hinc est quod non sunt scientiæ diuersæ, & de de diuersitate principiorum in cap.25. disputabit de quo & nos disseremus.

CAP.XXIIII.

Quod fortuitorum & sensibilium non sit scientia.

Text 42. IIus autē quod proficiscitur à fortuna causaq; fortuita & fluctuante, per demonstrationem scientia nō est. Quoniā omne quod fortuitò fit, nec est vt necessarium, neque vt plerunque, sed est id quod fit præter ista. Demonstratio vero alterius est istorum. Omnis enim ratiocinatio quæ per propositiōes fit, aut per necessarias, aut per eas quæ sunt plerunque conficitur: atq; si necessariæ quidem sint, conclusio quoq; necessaria est: sin vero plerūq; sint, cōclusio quoq; talis efficitur. Quare si id quod proficiscitur à fortuna, neq; plerūque, nec necessario sit, nulla prosus ipsius erit sine dubio demonstratio.

Text.43. ¶ At vero neque per sensum fit, vt sciamus: nam & si sensus talis & non huius alicuius est, sentire tamen necesse hoc aliquid est, & aliquo in loco, & nunc: vniuersale vero & quod est supeomnia, fieri nequit vt sentiatur: quippe cum non sit hoc neque nunc, non enim vniuersale esset: quod vero semper est, & vbique, id vniuersale dicimus esse. Cū igitur demonstrationes quidē sint vniuersales, vniuersalia vero sentiri nequeāt: perspicuū est fieri nō posse, vt per sensū sciamus. Quin vt patet, si fieri posset, vt sensu triāgulum angulos habere duobus rectis equales perciperemus quæreremus vtique demonstrationem: & non, vt quidam inquiunt, sciremus. Scire nanque singulare necesse est: at scientia in vniuersalis cognitione consistit. Quamobrem si in luna etiā essemus, terramque lunæ obijcientem videremus, non profecto causam ipsam defectionis sciremus: sciremus enim lunam deficere, & non propter quid omni no sensu perciperemus: nō enim ipsius vniuersalis est sensus: attamen ex eo quia sæpe hoc accidere videremus, ipsum vniuersale venati, demōstrationem vtique haberemus: ex singularib⁹ enim pluribus vniuersale ipsum patefieri solet ipsum autē vniuersale præstabile nimirum est, propterea quod ipsam causam indicat: quare de talibus notitia vniuersalis præstantior est perceptione sensuum, & intellectione eorum quorum est alia causa. De prin. is autē alia ratio est. Patet igitur fieri non posse, vt quisq; sentiendo quicq; in quā corū sciat quæ demōstrabilia sunt: nisi sentire quispiā id esse dicat, sciētiam in quā per demonstrationem habere.

¶ Sūt aūt inter ea quæ proponunt nonnulla, quę quidē ad sensus re

ducun

cuntur defectionem: nonnulla nanq; nō quæreremus si illa vsu perciperemus: non propter ea quod scimus videndo, sed quod ex eo quia videmus, habemus tā dē ipsum vniuersale: veluti si vitrum perforatum esse, lumenq; permeatus penetrare visu perciperemus, pateret etiā nobis propter quid: post vitrum lumen efficitur, ex eo planè quia videremus quidē eorsum idipsum fieri in vno quoq;, intelligeremus autem simul in vniuersis hoc fieri pacto.

EXPOSITIO.

NIsto cap.24. Philos. duo contendit probare: primū quod scientia nō habetur de illis quæ à casu & fortuna eueniunt: quæ sunt ex illis quę raro contingunt. Secūdum est quod de singularibus nō habetur scientia: & tandem probat, quod sensus conferant multum ad demonstrationē licet per sensus demonstratio fieri nō possit. Hæc veniunt explicanda in præsenti. c.

¶ Quo ad primum, vt supra late probatū est, de omni illo potest esse scientia de quo potest esse demōstratio: quia demōstratio est syllogismus faciens scire: & cū demonstratio sit de ente per se necessario oportet quod sit de vniuersalibus: quia ipsa sunt necessaria vt genera & species rerū naturaliū & mathematicarum. Cum ergo Aristo. dicit assirmet posset esse scientiā: duo excipit: primum est quod à fortuna vel à casu: vt de inuentione thesauri. dum quis fodit agrum cū non fuerit ex proposito quæritum sed fortuito inuentū, & excipit etiam singularia eo quod primo & directe sensu cognoscantur.

In casu & fortuna nō est scientia.

Secundum probatur: quia omnis scientia (vt latè probatum est) de eo quod necessarū & per se & semper, vel saltim frequenter est: sed quæ à casu vel fortuito eueniūt, nō sunt necessaria: quia cōtingentia non per se: quia non est ordinata sossio agri ad thesauri inuentionē: aliàs quoties esset fossio agri esset & inuentio: & sic est de per accidens: & nō semper euenit, imo neq; frequēter sed rarissime: vt experiētia constat: sequitur quod eorū scientia nō potest esse de illis quę à casu, & fortuna: in secūdo Physicorū ex proposito: pro nunc sufficiat intelligere: ea esse quæ raro cōtingant & de per accidens.

¶ Secundū probatur ad mentem Arist. qđ de singulari in quātum singulare sensibile non possit esse scientia: patet, ista singularia sensu cognoscūtur: sed per sensum scientia haberi nō potest. Hæc sunt manifesta, cū scientia nō nisi de vniuersalibus quæ non possunt cognosci nisi ab intellectu: quia & si vniuersalia nō nisi in singularibus reperiātur: vt in libro prædicabiliū dictum est. non tū intelligūtur p hoc quod sunt in singularibus: imo per virtutē intellectus agētis denudantur ab hic, & nūc à cōditione singulariū: vt sint in intellectu: de quibus in libris de anima latè disputatū est. Satis est quātum ad propositum expectat scire: quod scientia cū sit de necessarijs & incorruptibilibus. &c. non potest esse per se de singularibus: quomodo autem hoc nō obstante singularia cognoscantur etiā per intellectum in libris de anima latè disputatū est, ibi est locus proprius.

S.Tho. p. q.86.art.1.

S.Thom.q. 85.ar.1.

Singularia cognoscuntur.

¶ Ex isto secundo Arist. elicit nōnulla: primum quod sentire nō est scire: quod est cōtra antiquos qui inter sensum & intellectū non distinguebant. Et probatur quia sentire est cognoscere rem in particulari: scire autē est vniuersale, quod exemplis ab aristo fit manifestū: nam si quis sensu cognoscat hunc triāgulum tres habere angulos. &c. Propterhoc nō sciret omnem triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis: qa per sensum nō potest percipi causa vniuersalis huius passionis trianguli qđ est habere tres angulos. &c. Secundū exēplū est, si essemus in luna, & videremus eā eclypsari, non haberemus sciētiam de eclypsi: quoniā nesciremus causam vniuersalē eclypsis: quæ est interpositio terræ inter solem & eam: sed hanc causam per intellectum oportet percipere cum sit vniuersalis ad omnem eclypsim.

Sentire nō est scire.

2. Corollarium.

Secundum quod infert Philos. ex dictis est: quod licet sensus causatiuus sit sciētiæ, eo quod omnis nostra cognitio à sensu habeat originem, & vniuersalis propositio ex multis singularibus apprehēsis per sensum habeatur: sed tamen notitia scientifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ca nobilior est & honorabilior: quia scientifica est de vniuersali, & sensitiua de singulari: quia vniuersalis causam dicit. 1. Meta. sapiens est qui scit vniuersalia. &c.

3. Corollarium. ¶ Tertium eius illatū est, licet non sit possibile per solum sensum scire aliquam conclusionem demonstrabilem: tamen sensus plurimum nobis confert ad sciendum. Primum huius ex priori illato patet: & secundum probatum est ex illis quæ in præcedētibus in capitulo de ignorantia: quādo diffinitum est, quod aliquo sensu deficiente, & scientia illius obiecti deerit. cæcus enim de coloribus non habet scientiam. &c. Et in fine capituli Aristo. probat sensum conducere ad sciētiam: exempl. nam antiqui Philosophi falso credebant, causam transparentiæ in vitro esse quod haberet poros, quos foramina strictissima appellabāt per quæ lumen habebat transitum ait Aristo. propter ea illi non habebant scientiam certā de hoc, quia illa parua foramina sensu videre non poterant.

CAPVT. XXV.

Quod non omnium syllogismorum eadem sint principia

AT qui fieri nō potest, vt omnium ratiocinationūm eadem principia sint: quod quidē prius disserēdi modo cōtemplabimur. Nam ratiocinationū aliæ veræ sunt, aliæ falsæ: quanquam fieri potest vt verum concludatur ex falsis, tamen id semel effici tur: veluti si, a, quidem verè de, c, prædicetur, mediū autem, b, falsum sumatur: tunc enim neq;, a, competit ipsi, b, neq;, b, cōpetit ipsi, c, sed si inter has propositiones sumantur media, falsa erunt ex eo, quia conclusio omnis falsa è propositionibus proficiscitur falsis: ex veris autē veræ cōclusiones emergunt: at patet à falsis vera differre atq; esse diuersa.

¶ Deinde neq; ipsa falsa ex eisdē proficiscuntur: sunt enim & talia falsa vt inter se sese sint contraria, & simul esse nō possint. Vt Iustitiam esse, vel iniustitiam, vel timiditatē: & hominē vel equum, vel bouem esse: & æquale quod est, vt maius vel minus esse. Ex his autem quæ certa sunt hoc pacto.

¶ Neq; enim ratiocinationū verarum omnium ex dē principia sunt: complurium nanq; principia diuersa sunt genere: neque quibus vis accommodantur quæuis vnitates enim non accōmodantur punctis: illa nanq; positione vacant, his eadem competit, necesse est autē aut ad media accōmodari, aut supera ex parte, aut infera, aut alios intra alios extra terminorum habere: ac neq; fieri potest, vt principiorū cōmunia vlla sint, ex quibus cuncta demōstrabūtur. Dico autem cōmunia veluti quod vis affirmandum vel negandū est. Genera enim eorū quæ sunt, nō eadē sunt, sed diuersa: atq; alia solis competunt quātis, alia solis his quæ ratione subeunt qualitatis, cum quibus per cōia demōstrationes cōficiūtur. Præterea principia nō multo sūt pauciora cōclusionibus: principia enim ipse sunt propositiones propositiones autē sunt, cū aut additur, aut interponitur termin⁹.

Præterea conclusiones sunt infinitæ, termini vero finiti: insuper principiorū alia sunt necessaria, alia contingentia. Hoc igitur modo considerantibus fieri nō posse porro videntur, vt eadem sint principia finita, si conclusiones sunt infinitæ. Quod si quispiam aliomodo dicat, veluti hæc quidem Geometriæ, hæc autē Arithmeticæ & hæc medicinę principia esse, omnino quod erit quod dicitur quæ scientiarum principia esse. At ex eo dicere eadem esse, quia ipsa sibi ipsi eadem sunt, ridiculum est: hoc enim pacto cūcta eadem fiunt.

¶ At vero neque hoc est, ex omnibus in quam quod vis demonstrare quærere omnium eadem principia esse, est enim insignis stultitiæ sane: nā neque in manifestis hoc fit scientijs, neque in resolutione fieri potest. Propositiones enim vacantes medio principia sunt: atque diuersa plane conclusio fit, assumpta vacante medio propositione. Quod si quispiam ipsas primas vacantes medio propositiones omnium esse principia dicat, sciat is vnam in vnoquoque genere esse. Quod si neque eadem omnium principia sunt hoc pacto, ex omnibus quod vis oporteat demōstrari, neque sunt adeo diuersa vt vnius cuiusq; scientiæ sint diuersa, restat si principia omnium generis sint eiusdem, ex his tamē hęc: ex alijs vero alia demonstrētur.

¶ At patet & hoc fieri non posse: demonstratum est enim scientiarum quæ genere differunt, principia diuersa genere esse: principia nāq; duplicia sunt: ex quibus, & circa quod: principia igitur ex quibus, communia sunt: principia vero circa quod, propria vt vnitas magnitudo.

EXPOSITIO.

IN isto cap. 25. Arist. de principijs syllogismorū tractat, quod & in præcedētibus tetigerat, ponendo distinctionem in scientijs, ob distincta principia: & distulit declarationem vsque huc.

Nō possunt esse eadem principia omnium sciētiarum.

¶ Demente ergo Philoso. probandum est primo, impossibile esse omnium syllogismorum esse eadem principia. Secundum quod omnium syllogismorū falsorum non possunt esse eadem neque verorum. Tertium & vltimum nō est possibile omnium scientiarum eadem esse principia.

¶ Primum probatur, cum syllogismi quidam sint veri alij falsi, vt ex primo Elēchorum cōstat: & verorum principia vera sint quia nūquam verum ex falso, & falsorum falsa sint principia, quia falsum non nisi ex falso. Non potest esse vnū principium: sed necessario sunt diuersa sicut verum & falsum diuersa sunt.

Syllogism⁹ dupliciter est falsus.

¶ Sed, tñ considerandū est qđ syllogismus potest esse falsus dupliciter, vno modo ex forma, quia s. nō est dispositus in modo debito & figura. De quibus in tractatu syllogismorū, & tūc contingit vt si arguatur ex negatiuis, vel ex puris particularibus, quādo falsitas est ex ista forma, non in conuenit ex præmissis veris falsum concludi, in negatiuis exemplum. Nullus lapis est animal, nullus homo est lapis: ergo nullus homo est animal. Conclusio est falsa, & ex veris processit, quia tam maior quam minor est vera: sed tamen quia non est in aliquo modo & ambę sunt negatiuę, est falsus

Universidad de Deusto
Biblioteca

syllogismus de forma. Exemplum ex puris particularibus: vbi falsum ex veris lapis est substantia: animal est substantia: ergo animal est lapis: conclusio est falsa & ex veris præmissis. Sed tamen syllogismus est falsus de forma: quia non tenet in aliquo modo.

Syllogism⁹ mal⁹ ex materia.

¶ Aliquando syllogismus est falsus ex materia quando scilicet est in modo & figura: & tamen præmissæ sunt falsę: vel altera earum: & tunc nō est possibile, quod ex præmissis falsis concludatur verum: nisi raro, & talis modus arguendi esset inutilis.

¶ Quando ergo Aristo. dicit quod syllogismi falsi nō possunt fundari in vero: intēdit de falsis ex materia: quia stante debita forma, & debito modo arguendi ex falsis nō concluditur verum neque ex veris falsum: sed ex veris, verum. Quia ex vero non nisi verum: vt in materia syllogismorum est dictum. Sed quod ex falsis verum concludatur erit raro: vt hic omnis lapis est animal: omnis homo est lapis: ergo omnis homo est animal: nam vt docet Arist. si vera conclusio syllogizatur ex præmissis falsis: hoc fiet in primo syllogismo, vt si quis syllogizet minorem falsam præcedentis argumēti: omne album est lapis: omnis homo est albus ergo omnis homo est lapis. Ecce falsum ex falsis: ergo constat, quod non omnium syllogismorum eadem sunt principia.

¶ Secundum quod dicit Arist. quod falsorum syllogismorū, neq; verorum, possint esse eadē principia probatur sic: quædā cōclusiones non solum sunt falsę, sed contrariæ & incōpossibiles: vt iustitia est iniustitia homo est asinus: stultia est prudentia. &c. quæ sunt incompossibilia quia oppositum de opposito prædicatur: ergo principia ex quibus hæc syllogizantur contraria erunt: & sic non sunt eadem principia: patet consequentia: quia contrariorum, & impossibiliū, contrariæ sunt causæ, & principia nam quia sanitas contraria egritudini, causæ contrariæ sunt. &c. & quantum ad falsas non est dubium.

¶ Sed quo ad veras probat de mēte Philo. Nā punctus est principiū verorū syllogismorum pertinentium ad quantitatem continuam quam cōsiderat Geometria: & vnitas est principium in Arithmetica: sed punctus non est idem cū vnitate: quia punctus vltra indiuisibilitatē addit positionē in cōtinuo: quam nō dicit vnitas: imo abstrahit appositione.

¶ Secunda ratio stat in hoc: quia principia propria indiuersis scientijs diuersa sunt: nā alia sunt in Geometria, quàm in Physica: vt notum est. Et communia non ingrediuntur demonstrationem formaliter, sed solum virtute: vt est de quolibet est verum affirmatio, vel negatio. &c. sequitur ergo cū vltra communia propria sint requisita: & propria eadem non sunt, quod verorū non sunt eadem principia. 2

¶ Tertia ratio. Cōclusiones quę sunt cōtingentes, & veræ: vt coruus est niger: aliæ sunt necessariæ: vt triāgulus habet tres angulos æquales duobus rectis: sed contingētes syllogizantur per contingentia principia: & necessariæ per necessaria: ergo non sunt eadē principia infor. ratio vbi sunt distinctę conclusiones secundum contingētiam & necessitatē, necessario sur. & distincta principia, ex quibus probātur: sed in scientijs sunt diuersæ conclusiones, ergo & sunt diuersa principia. 3

¶ Tertium dictum Arist. in eodem cap. est quod non omnium scientiarum sunt eadē principia. Si quidē probauit: quod est impossibile omnium syllogismorum eadem esse principia: & probauit quod neque verorum, neque falsorū: modo probat, quod scientiarum omnium non sunt eadē: & probat per rationes proprias.

¶ Primo quæritur, si principia Geometrię, sunt principia dialecticæ: & principia dialecticæ sunt principia medicinæ, vel non: si non, ergo non sunt eadem principia omnium scientiarum: si sic ergo conclusiones Geometriæ dialecticæ & medicinę sunt eadem: quod constat esse falsum: & probatur consequentia quęcunque sunt eadem vni tertio sunt eadem inter se, sicut quæ sunt vnitertio æqualia sunt æqualia interse: sed secundum te, omnes conclu. Geometriæ, dialecticę, medicinæ sunt eędem in principijs: ergo & inter se. 1. Ratio. Nō sunt eadem principia, indiuersis scientijs.

¶ Secunda ratio non quęlibet concl indifferenter, ex quolibet principio demonstratur: sed determinata, ex determinato: vt hæc homo est risibilis: ex hac homo est rationalis: & hæc luna eclypsatur, ex hoc quia interponitur diametraliter terra inter solē & lunam. &c. & aduerte quod hic intendimus de principijs proprijs. 2. Ratio.

¶ Tertia diuersorū generum scibilium diuersæ sunt scientiæ: vt quoniam quantum continuum differt genere à quanto discreto: ideo Geometria ab Arithmetica differt: ergo nō sunt omnium scientiarum eadem 3. Ratio.

dem principia. Nam quia magnitudo à numero differt: ideo Geometra habet alia principia quàm Arithmeticus: geometriæ sunt à puncto ad punctum lineam ducere contingit: cōtinuum est diuisibile in infinitum: omnis tota magnitudo est maior sua parte, &c. Arithmeticæ principia sunt, numerus est multitudo ordinata ex vnitatibus: partes numeri non copulantur ad vnū terminum communem: numeri procedūt in infinitum in ascēsu: sed non in descensu &c. hæc omnia ex dictis Arist. in isto cap.

¶ Habito ergo declaratione. & mente Aristote. de diuersitate scientiarum ex parte principiorum, quæ in superioribus tetigit distinctio. ex parte obiecti, & non materialis sed formalis: operæpretium erit aliquibus cōmuniter tradere huiusmodi distinctionem.

Quomodo vnitas vel diuersitas in scientia sit sumenda.

De distinctione scientiarū & vnitate eorum.

PRo complemento huius materiæ vt distinctio scientiarum vnitas & pluralitas habeatur: per sequentes conclusiones declarādum duximus suppositā distinctione: quod quædam dicuntur distingui vel differre numero solum alia numero & specie alia genere & sic dicuntur conuenire: homo & leo conueniunt genere: & specie differunt: Petrus & Paulus conueniunt specie & genere & solum numero differūt: & quidem quod scientiæ numero differāt ratione subiecti est manifestum: nam scientia quæ est in intellectu Petri: non est eadē numero quæ in intellectu Pauli: etiā si de eadem conclusione, & de eodem obiecto formali sit. &c. non est in hoc difficultas: sit ergo.

1. Cōclusio ¶ Prima conclusio quicunque habitus differunt genere, & scientię differunt sic in vniuersum non ratione obiecti sed aliunde: quia aut in genere cognitionis: vt differūt scientia fides & opinio. Et scientia quæ per causam, differt ab ea quæ per effectū: quia vna propter quid alia quia: & differunt ex parte finis practica & speculatiua. 3. de aia tex. 38. & differūt illi. 5. habitus intellectuales: de quibus. 6. Ethicorum. c. 3. Differūt fides & opinio & scientia: vt infra dicemus penes euidentiā & in euidentiā formidinem & certitudinē. &c. sed de isto modo differēdi in habitibus & scientijs nō loquitur Aristo. in supra dictis capitulis.

1. Conclus.

¶ Secunda cōclusio scientiæ specie differunt penes specificam differentiam obiectorum: itaque scientia erit vna, cuius omnes conclusiones cōueniunt in vnitate obiecti specifica: hanc conclu. Arist. intendit in præsenti loco: cum enim motus penes terminum distinguantur, & scientia nō sit aliud, quàm quidam motus in suum obiectū: sequitur qd vbi sit vnitas specifica obiecti: erit vna scientia: & vbi fuerit diuersitas erit scientia: habet enim se obiectū respectu scientiæ sicut se habet forma in naturalibus quæ dat esse rei: quod docet Arist. 2. de anima text. 33. quando ait obiecta sunt priora actibus: & actus priores potentijs. Vnde Philosophantes regulam eliciunt: actus & habitus & potentiæ, distingui ratione obiectorum.

3. Cōclusio Distinctio obiectorum debet esse formalis ad diuersitatē scientiarum.

¶ Distinctio ista obiectorum, quæ distinctionē facit in scientijs: formalis debet esse: quia materialis non sufficit. Hanc nos supra posuimus de mente Arist. & nūc repetimus ad propositum: quia aliàs darentur tot diuersę potentiæ visiuę quot essent colores distincti: sed tamen solum vna datur potentia visiua quia vnum est obiectū formale color: & sic omnia obiecta materialia distincta, quia in vna conueniunt ratione formali: vnum solum reputātur obiectum & sub vna eadem ratione cadunt sub potētia, similiter in scientijs quantūuis sint obiecta distincta materialiter & multæ sint conclusiones scitę: si in vna ratione formali conueniunt: solum erit vnum obiectum, & vna scientia, & non diuersę. Hæc sunt clara & latius in libris de anima in nostris speculationibus physicis.

4. Cōclusio

¶ Quarta cōclusio. Ratio cōmunis scibilis quæ formalis est, per quā scientia habet vnitatē & distinctionē, debet summi secundū rationem abstractionis à materia. Hæc ex dictis Arist. 6. Metaph. tex. 2. quia cū scientia non sit de singularibus sed de vniuersali vt dictum est late, cum vniuersale non nisi per abstractionem sit, sequitur quod & ratio scientiæ per abstractionē erit, & vbi erit diuersa ratio abstractionis erit & diuersitas in scientia.

Abstracta tripliciter se habent.

¶ Pro quo notandum, quod abstracta tripliciter se habent: quædā sunt penitus abstracta à materia non solum per intellectū sed realiter & vere: sicut sunt intelligentię.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliæ sunt res quę licet realiter separatę nō sint, à materia tamē per intellectum abstrahuntur, vt in mathematica quantitas: aliæ sunt quę in suis diffinitionibus materiā includunt vt elementa, & mixta, & res naturales, in quibus tn est abstractio. Hac consideratione Arist. loco citato distinxit Metaphysicam quæ tractat de ente, & Mathematicas quæ tractant de quantitate: & Philosophiam quæ tractat de rebus naturalibus. In vniuersum est verum quod in scientia abstractio est: & ratio formalis obiecti secundum rationem abstractionis erit, sed non eadem gradus æqualis in omnibus vt notum est.

CAP. XXVI.
De scientia & opinione.

text. 44. INter est autem inter id quod sub scientiā, & id quod sub opinionem cadit: nam scientia quidē vniuersalis est cognitio, & per necessaria comparatur: necessariū autem aliter se habere non potest: at sunt quædam vera quidem, & numerantur inter ea quæ sunt: tamē & aliter se habere possunt. Patet igitur circa hæc scientiam non esse: nam ea non possent aliter se habere, quæ aliter se se habere possunt. At vero neque intellectus, intellectum enim principium scientiæ dico: neque sine demonstratione scientia, quę quidem est existimatio vacantis medio propositionis. Est autem intellectus verus, & scientia & opinio, & id qđ per hæc dicitur. Quare restat, opinionem esse circa id quod verū quidem est, aut falsum: aliter autem se se habere potest. Hæc autem est vacantis medio, & non necessariæ propositionis existimatio.

¶ Atque hoc consentaneum est etiam ijs quę apparent, tam enim opinatio, quam talis natura in certum est sanè: nemo præterea tum opinari quippiā arbitratur, cum illud putat aliter se habere non posse, sed scire. Secundum esse quidem sic putat, existimat autem & aliter se habere posse, nihil prohibet illum tum opinari: propterea quidem quod rei talis quidem opinio est, necessariæ vero scientia.

¶ Quomodo igitur fit vt vnus idem opinetur, alius sciat, & cur opinio non erit scientia, si quispiā posuerit fieri posse, vt de eodem omni opinio habeat quod scit. Proficiscetur enim & hisce qui scit, & hisce qui opinat per media, quousque per veniat ad ea quæ media vacant: quare si ille scit, & qui opinat scit. Feri enim potest vt quemadmodum ipsum esse, sic & ipsum propter quid est opinemur: hoc autem cōstat ipsum medium esse.

¶ Ansi existimauerit quidem, quæ aliter se habere nequeūt, perinde atque habent, definitiones se se habere per quas ipsæ demonstrationes cōficiuntur scier non opinabitur: sin autem vera esse crediderit, non tamen hoc ipsis putauerit competere ratione substantiæ atque formæ, opinabitur, non verè sciet: atque si per ea quidem quæ medio vacāt processerit, ipsum esse & propter quid est opinabitur: sin vero non per ea quæ vacant medio, tantum ipsum esse opinabitur.

¶ Opinio nanque scientiaque omnino eiusdem non est: sed vt est & vera & falsa modo quodā eiusdem opinio sic & scientia & opinio est eiusdem. Etenim opinionem quidem veram ac falsam, vt quidā inquiunt eiusdem esse, cū alia absurda, tum hoc secum trahit, vt non opinetur quispiam quod opinatur falso. Sed cum multipliciter idem dicatur, partim esse potest, partim esse non potest. Nam opinari vere diametrum commensurabilem esse, absurdum est sanè: sed sic est eiusdem, quia diameter circa quem sunt ipsę opiniones est idem, vtriusque tum ratio eadem non est. Pari modo scientia eiusdem esse atque opinio potest. Illa nanque sic erit animalis extimatio, vt fieri non possit: veluti si illa quidem extimatio, sit homini substantiæ ratione competere: hæc autem homini quidem sed nō illo competere modo. Idem est enim id, circa quod vtraque fit, est enim homo, sed motus non est idem, vt patet: ex his autem emergit, fieri non posse vt simul idem opinetur quispiā ac sciat: nā simul existimationem habere, & aliter & non aliter idem se se habere: quod quidem fieri nequit. Etenim fieri quidem potest, vt in alio atque alio sit eiusdem sit vtrū que vt diximus: sed in eodem sic hoc pacto fieri nequit. Haberet enim simul existimationē, hominem per se animal esse, & nō per se animal esse, quorum primum esse non posse, secundum ut pos se hominem non animal esse. De reliquis autem quonam pacto distribuenda sint, de mente, inquam, de intellectu, de scientia, de arte, de prudentia, de sapientia, alijs in locis pertractabitur. Quædā enim ipsorum ad naturalem, quędam ad morū magis pertinent contemplationem.

EXPOSITIO.

IN isto cap. 26. Philos. tractat de differentia inter sciētiā, & opinionem: & quomodo differant, & conueniant: & etiam de differentia inter sciētiam, & intellectum, in quantum est habitus principiorum: & tangit etiam differentiam inter sciētiam & alios habitus intellectuales, & sensum Philosophi sicut in alijs fecimus, apponemus.

¶ Primo quomodo scientia ab opinione differat oportet notare: quod opinio trib⁹ modis sumi potest: primo vt habitus cognoscimus est cū assensu: vt si assentio huic, quod quantitas distinguatur à re quanta: & cognosco per rationem probabilem sic esse, & quo ad hoc quod est cognoscere & sentire opinio est genus ad scire, credere, & opinari. 1. Conclus. Quomodo scientia distinguitur ab opinione.

¶ Secundo modo opinio propriè dicitur: & tunc dicit apprehensionē vnius partis contradictionis cū formidine alterius: scilicet timendo quod alia pars sit vera: vt si habeo Opi. tribus modis sumitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

beo opinionem in hoc anno abundantiam fructuum futurus, sic tamen vt non sim sine timore de oppositio.

¶Tertio modo, opinio strictè capitur, vt sit aprehensio veri contingentis, in quantum contingens est: & per medium cõtingẽs: scilicet per syllogismum topicum qui probat, sed non demonstrat.

Conclusio. ¶Conclusio, scientia differt ab opinione, non primo, sed bene secundo modo, & tertio. Probatur ex Aristo. in isto loco, & primum est certum: eò quod genus nõ distinguatur contra speciem: quia eam continet & de ea prædicatur: sed opinio primo modo est huiusmodi, quia est habitus cognoscitivus, sub quo continentur scientia, & fides. &c.

¶Secunda pars probatur quod scilicet scientia differat ab opinione: quia scientia est de vniuersali & necessario, & acquirit per medium vniuersale & necessariũ: sed opinio est de singulari cõtingenti, & nõ necessario, & per medium topicum, non demonstrativum: ergo sequitur quod differunt sicut oppositum à suo opposito. Et adhuc potest confirmari: cuius rationes sunt oppositæ, & conditiones, oportet & ipsa sint opposita cuius conditiones sunt: sed scientia & opinio sic se habent, vt patet: nam eo modo quo ad syllogismum demonstrativum se habet topicus syllogismus, se habet scientia ad opinionem: sed syllogismus demonstrativus à topico differt, ergo & scientia ab opinione.

2. Conclus. Scientia ab intellectu differt. ¶Secunda conclusio, scientia differt ab intellectu qui est habitus principiorũ: quod tribus rationibus Aristo. probat, supposito quod intellectus, non capitur neq; propotẽtia intellectiua, neq; pro conceptu de re intellecta: neque pro fantasia, seu cogitatiua: vt interdum, (quæ particularis ratio dicitur:) sed prout sumit prohabitu principiorum. Ratio prima est, scientia non est principium scientiæ, quæ intellectus est principiorum scientię vt dicimus, ergo nõ est scientia: non enim est idem effectus & causa, seu principiũ rei & res cuius est principium:

¶Secundo, intellectus vt sic est circa indemonstrabilia, quia principia ipsa prima. quorum est intellectus, indemonstrabilia sunt: nam solo lumine intellectus agentis habentur, & sunt velut ianua in domo per quam additus est: sed scientia circa demonstrabilia est, cum habita per demonstrationem ergo.

¶Tertio, intellectus est de propositionibus immediatis, quæ per nullum medium monstrari possunt: quia ipsam demonstrabilia sunt: sed tamen scientia: aliquando de mediatis, quæ per alias immediatas demonstranturvt notum est ex præcedentibus: quia ista homo est substantia, de qua est scientia, probatur per hanc, animal est substantia: & corpus animatum est substãtia, & corpus est substãtia: sed tamen quod libet est vel non est non habet aliquod medium per quod probetur: quia immediatum est: & nota quod principium propositio immediata per se nota, sunt idem, licet differant rationibus nominum: nam dicitur principium respectu conclusionis per ipsum demonstrandæ: & dicitur propositio immediata vt caret medio prori, quo possit probari: & dicitur per se nota, in habitudine ad intellectum: quia statim simplici intuitu fertur in eius euidentiam: consequenter demente Arist. dicendum, quod ista tria, intellectus scientia, & opinio, conueniunt adinuicem, & differunt: conuenientia est, quia circa verũ sunt: sed differunt, quia scientia, & intellectus semper circa verum: opinio autem circa verum, non in fallibiliter: sed non repugnanter. Nam quod quantitas non distinguatur à requanta est verum non repugnanter, sed non in fallibiliter: quale verum est de quo est intellectus, quodlibet est vel nõ est: & de quo est scientia, quod homo sit risibilis. Vnde opinio, vt opinio est, abstrahit à veritate & falsitate, eò q̃ non in fallibiliter est. Itẽ differẽtia, quia opinio circa contingentia, sciẽtia & intellectus sunt circa necessaria: & in scientia resolutio fit vsque ad immediata necessaria: in opinione tamen vsque ad immediata probabilia. Et Arist. probat opinionem circa contingentia esse: quia habitus & obiectum cuius est habitus, proportionatur ad opinio dicit quid in certum & dubiũ, quia cum formidine de oppositum: ergo & ipsum de quo opinio est, est in certum & contingens & variabile. &c. Secũdo quia quando quis de aliquo obiecto existimat quod non potest aliter esse non opinatur sed scit: ergo opinio dere contingenti est, & non de necessario.

Idem probatur, opinio potest esse mediata, & per se nota.

¶Arist. ponit quæstionẽ an de eadẽ re possit esse scientia & opinio, & ea per quatuor asserta resoluemus.

Primũ assertum. ¶Primum assertum scientia, & opinio nõ possunt esse de eodem obiecto simpliciter quod

quod probatur: sicut se habet opinio vera, & opinio falsa respectu eiusdem obiecti: se habet scientia & opinio, sed de eodem obiecto simpliciter haberi non potest primũ: ergo neque simul erit scientia & opinio: patet, opinio est cognitio incerta & dubia: & scientia est certa. Sed minor probat quia sicut si significatũ propositionis veræ esset significatũ propositionis falsæ, propositio vera esset falsa: sic si de eodem obiecto simpliciter esset opinio vera & falsa: cum ergo primũ sit impossibile, & hoc etiã erit, scilicet scientia, & opinio de eodem. Et confirmatur quia habitus & actus diuersarum rationum diuersarum accipiunt ab obiectis diuersarum rationum formalium: cum sciẽtia & opinio, scire & opinari sint huiusmodi: ergo nõ staret distinctio interea si de eodem obiecto simpliciter essent: ob quod Arist. dicit, eiusdem, opinio & scientia non omnino est.

Secundum assertum. ¶Secundum dictum Arist. scientia & opinio possunt esse de eodem obiecto nõ formaliter sed materialiter sumpto: sumitur obiectum materialiter quando consideratur vt res & formaliter quando consideratur vt stat sub tali vel tali prædicato: exemplum primi diameter vt diameter est. Exẽplum secundi diameter est commensurabilis vel diameter non est commensurabilis: sunt Arist. exempla. Probatur dictum: supposita dis. de eodem obiecto materialiter sumpto, habetur vera & falsa opinio: ergo de eodem potest esse scientia & opinio. Patet ex dictis in primo asserto: nam eo diximus stare non posse scientiam & opinionẽ de eodem obiecto simpliciter: quia non potest esse opinio vera & falsa de eodem. Sed probatur quod de obiecto materialiter possit esse simul opinio vera & falsa: nã de diametro potest quis habere opinionẽ, quod est cosẽ commensurabilis: & hæc est falsa opinio: & aliquo potest de diametro opinari quod diameter non est commensurabilis costę: & est vera opinio: Ecce quomodo est opinio vera & falsa: ergo eodem modo de aliquo potest esse scientia, & opinio: vt si quis putet esse hominem animal rationale vt non possit aliter esse, habet scientiam: & si aliquis putet posse aliter esse habet opinionem. Quia sunt distinctæ rationes formales potest esse scientia & opinio: sed hoc continuit in diuersis. &c.

3. Assertum ¶Tertium assertum impossibile est eundẽ hominem pro eodem tempore de eodem obiecto, formaliter sumpto: habere scientiam & opinionem: nam si Sortes scit triangulũ habere tres angulos æquales duobus rectis: tenet procerto non posse aliter esse: & si pro eodem tẽpore opinatur posse aliter esse, puta. cum non stet certitudo totalis cum opinione & sic eodem tempore essent simul contradictoria vera posse aliter esse: & nõ posse aliter esse: dixi pro eodem tẽpore, quia in diuersis tẽporibus id non repugnat: vt antequam discat cum incipit habet opinionem quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, & post habet scientiam. &c.

4. Assertum ¶Quartum assertum, possibile est distinctos homines, de eodem obiecto, respectu eiusdem prædicati pro eodem tempore habere sciẽtiam, & opinionem: vt de hoc: triãgulus habet tres angulos. &c. quia stat qđ Sortes habeat rationes necessarias in Geometria, & sic ei esse demonstratiũ: & tamen quod Plato, incipiat addiscere & nõ habeat scientiam, & sic habebit opinionem. Hæc ad mentem Aristo. sint dicta.

S. Tho. 1. 2. q. 57. per totum. ¶De distinctione autem habituum intellectualium: vt de arte & prudentia. &c. hic Arist. quia non erat propositi deseruiens, reliquit. De quo tractat. 6. Ethicorum cap. 3. si quidem intellectus qui est habitus primorum principiorum, à scientia distingui tur vt distinctum est: quia hæc de conclusionib⁹, illæ de principijs: & ab arte & prudentia etiam scientia & intellectus, distinguũtur: quia ars, & prudentia, circa contingentia, & posse aliter esse: & circa particularia sunt: vt notum est, sed sciẽtia, & circa necessaria, & circa vniuersalia: & quæ non possunt aliter esse. &c.

CAP. XXVII.
De solertia.

Solertia verò quędam est coniectatio medij in tempore admodum breui: veluti si quispiam hoc viso, lunam eam partem quę est versus solem luci dam semper habere cito perceperit, propterea idipsum effici quod lumẽ ex sole suscipit luna,

aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut si viso paupere diuitē adeūte, hoc illū propterea facere qđ mutuò argentum accepit, intellexerit: aut si cognouerit, cur mi sunt amici, quia sunt eiusdem hominis inimici: omnes enim medias causas, qui vidit extrema, cognouit. Lucidam partem versus solem habere sit. a. solis lucere lumen sit. b. luna sit. c. igitur ipsū b. id solis lucere lumine, competit. c. ipsi inquam lunæ: at ipsum. a. lucidam inquam semper versus solem habere partem ipsi ineſt: quare fit vt. a. per. b. me diū ipsi competat. c.

HIC est finis primi libri posteriorum, & mentionē facit de solertia eò quod distinguatur à. 5. illis virtutibus intellectualib⁹, de quib⁹ in. 6. Ethicorum, & solertia à scientia distinguitur quia non ex simpliciter necessarijs procedit: sed in contingentibus coniecturis agit. Et ipsa solertia prudentię pars est: de quibus S. Thom. 2.2.q.49.art.4. est enim quædam vis facilè & de repente inueniēdi causam rei: vt exēplo docet Philo. vt si ignarus Philosophię lunam videat illuminari in illa parte quæ est versus solem statim conjiciat à sole lunam lumen mutuare vel si videat pauperē ingrediētem domum duitis coniectet causam esse, vt ab illo pecuniam mutuo accipiat. &c. sed tamen quia ista deficere possunt, & in eis potest esse deceptio à ratione virtutis solertia defficit.

S.Tho.

¶ Pro maiori declaratione illorum quæ in precedenti cap. dicta sunt, & pro consumtione illorum quæ expectant ad primum librum posteriorum est quæstio.

¶ An sicut scientia & opinio non simul de eodem se compatiuntur: sic etiam fides & scientia: de primo Aristo. ex proposito loquutus est in præcedenti cap. de secundo expressam nō fecit mentionem, ob id operę pretium videtur de eo disputare.

1.Argu. ¶ Primo probatur quod nō repugnet sciētiam & opinionem esse in eodem subiecto: nam si aliquid obstaret aut esset ex parte obiecti: quæ scilicet per scientiam iudicamus rem non posse aliter se habere, vt suprà diximus: & per opinionem contrariū: sed hoc non obstat: quia qui opinatur quātitatem distingui à re quanta, putat esse necessariū: quia si distinguitur necessario distinguitur. Aut esset repugnantia ex parte mediorum, ex quibus procedunt: & hoc non: quia ad eandem conclusionem & demonstratio, & ratio probabilis adducitur, & sępe faciūt Astrologi: vt post quā Astrologus demonstrat terram esse rotundam: adducit probabilem rationem, quod sicut cœlum est rotundum ita & terra: vt Theologus ad illa quæ fide habentur: adducere solet.

Secunda

¶ Secundo probatur quod fides & scientia possint simul esse: & hoc confirmabitur primum: quia minus repugnat scientia & opinio, quam fides & scientia: patet, ea quæ demonstratiuè probantur sciēta vt suprà probatum est: & eadē sunt per fidem credita à fidelibus: patet quia Deum esse & Deum esse vnum est rectum, & demonstratiuè &. 8. Physicorum &. 12. Metaph. probatur à Philoso.

¶ Tertio probatur de solertia quod sit virtus: nam dictum est non esse virtutem quia in differēs est ad verum, & ad falsum: si non esset virtus solertia eò esset quod in differēs est, ad verum & ad falsum: sed hoc non obstat: patet de prudentia: quia vt ait Philoso. 6. Ethicorum in differens est, quia est circa singularia: non enim repugnat virtuti prudētiæ vt aliquis erret circa singularia sua consilia propter certitudinem rerum humanarum: item quia prudentia virtus est: & solertia cū sit pars illius necessario virtus erit: vt S. Tho. probat. 2... 4.49. artic. 4.

S. Thom.

¶ In contrarium est auctoritas Philosophi.

¶ Pro solutione notandum communiter 1.Nota. ista distingui, scientia, fides, opinio à Philosophis (vt dictum est) vt sciētia sit per quā assentimus alicui conclusioni firmiter euidenter: & fides distinguitur ab ea: quia per fidem assētimus firmiter quidē, sed tamen in euidenter: quia fides est de non visis: opinio ab vtroque distat: quia per eam alicui propositioni præbemus assensum, sed tamen neque firmiter neque euidenter: ob id à fide & scientia distincta est: quia quod est cum formidine de oppositio non est fides: licet quantum ad in euidentiam cōueniant: & quia est in certa, etiā à scientia distat: hæc communiter dicuntur, & acceptā tur ab omnibus.

1.Nota. ¶ Secundo est considerandum apud Philosophos de aliquibus fuisse fidē, de quibus non erat demōstratio: inquo sensu dicitur quod Aristot. habuit fidem de æternitate mundi quia credidit in dubiē mundū æternum: credidit etiam cœlum esse quintum corpus: sed non constare ex quatuor elementis: credidit etiam animam rationalem esse immortalē, & credidit. 8. esse cœlestia corpora, scilicet. 7. planetarum & 8. stellarum fixarum, quod firmamentum dicitur: & credidit esse aliud in secundo cœlo post cœlum lunæ quæ ponitur in primo suprà nos. Deus omnibus, non habuit euidentiam, sed fidem ad hibuit Ægyptijs atque Babilonijs in hoc secundo cœli tex. 6. & text. primo & secundo vbi dicit: propter quod bene habet persuasibile se ipsum exhibere antiquis, & maximè patrūū nostrorum veros credere sermones: vt sit immortale & diuinum aliquid. &c. & in eodem sensu.

Quomodo fidē habuit aliquorum Aristot.

Plato. ¶ Plato fidem. Tenuit in Timeo in dubiam describens mundi productionē per modū historiæ & formationē hominis tā quo ad animā quā immortalē & immediatē adeo: quam quo ad corpus quod dijs ministris secundis (quos vocat) tribuit. De quo nō habuit euidentiā: sed in Timeo dicit priscis viris his in rebus crēdendum est: impossibilē sanè inquit deorum filijs fidem non habere: licet neque necessarijs, neque verisimilibus rationibus eorum oratio cōfirmetur: nos autem legē secuti fidē eis præstabimus. Hactenus Plato, qui priscos viros à dijs genitos prophetas intelligit: an aūt per diuinos vates, Plato intelligat (quos nos prophetas veros dicimus) qa sacra eloquia nobis tradiderūt an fatidicos & diuinos furore correptos, alibi occurret oportunè. Hæc ergo sint dicta vt intelligamus apud infideles Philoso. aliquorum fuisse fidem licēt carēt fide (quæ propria Christianorum est:) & sine qua impossibile est Deo placere. His suppositis sit.

1.Concla. ¶ Prima conclusio, neque Arist. neque Plato, neque aliqui Philosophorum cognouerūt aliquem habitu fidei: vel assensum qui differret ab opinione. Loquentes de fide quā nos Catholici fidem vera dicimus. Pro Probatione supponimus duplicē esse fidē vnam humanam aliam quam vocamus diuinam Catholicam: quæ per reuelationem diuinam habetur: nam citra euidentiam aliquibus veritatibus humanis assētimur per fidem humanam, & sine formidine: vt huic quod sit Roma in Italia etiam si nunquàm viderim: & inter has duas fides, & est distinctio circa materiā de qua, quia hæc humana, de rebus humanis: illa diuina, de rebus diuinis: sed est alia potissima differentia essentialis: quia fidei diuinæ non potest subesse falsū: quia Deus qui est reuelator ejus, mentiri non potest, neque falli, neque fallere: quod probatur à nostris Theologis, & est articulus fidei: sed tamen fides humana, quantumcunque sit certa potest tamē ei falsum subesse: ob quod à ratiōe virtutis defficit. Probatur conclu. quia neque Aristo. neque alij Philoso. Phy. naturales talē habuerūt fidem diuinam: nam qui eam habet fidelis dicitur: sed tam Aristo. quā alios quantumcunque doctissimos in naturalibus infideles gentiles vocamus, & non fideles: ergo eam non habuerunt. Quanuis aliqui præsentiant denominatis vt credāt in tus esse illustratos à deo ad salutem ęternā.

S. Th. 2. 2. q. 4. ar.

Abulen. 5. Paradoc. c. 132.

¶ Secunda pars conclu. quod fides humana quā habere potuerunt Philosophi, non distinguatur ab opinione. Nam quod fides diuina sit distincta ab opinione dictum est, eo quod non sit certum infallibiliter: quod per opinionem habetur: sed quod fidei est diuinæ est certissimum firmissimum: ita vt cœlum & terra transire possint & deficere sed tamen reuelata à Deo nullomodo: nūc ergo probatur quod fides humana quę potuit esse in Philoso. & vere fuit nō differat ab opinione: saltim re. Nam dato quocunque assensu secundum humanam fidem: potest subesse falsum ei vt dictum est: ergo potest aliter esse quam assentimus per fidem illam humanam, sed hoc idē de illis de quibus opinio est: ergo sequitur quod illa fides humana, quam habuerunt illi Philoso. non differt ab opinione. D. S. in. 2.2.q.4. ar. 5. ad secundum insinuat Arist. in. 6. Ethicorum nomine opinionis comprehēdisse humanam fidem: & excludit eā à ratione virtutis: eo quod quantumcunque sit tam certissima vt certum est de hac Roma est: tamen potest ei subesse falsum. Et sic in doctrina Arist. differentia ponenda est inter fidem & opinionē: secundum magis, vel minus quia per fidem magis assentit & minus per opinionem: in quo sensu primo Topicorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

corum capitulo quinto ait, fides enim videtur esse vehemens opinio, idest assensus certus, sine sit verũ siue falsus: qua propter licet formido sit ad iuncta opinioni (quę tamen in fide etiam si sit humana non reperitur) non tamẽ est de intrinseca ratione opinionis de quo infra. Itaque opinio solum dicit de necessitate, quod sit assensus verus vel falsus obiecti contingentis.

2. Concluſ. ¶Secunda conclusio, fides diuina cui non potest subesse falsum, est certior quàm sit scientia: patet: propter fidem Catholicam negatus aliquam propositionem quæ demonstratur apud Philosos naturales & euidentẽ reputarent, scilicet omnis essentia diuina est pater: filius est essentia diuina: ergo filius est pater. Quamuis sit deffectus in tali modo arguendi vt supra in tractatu syllogisinorum dictũ est. Sequitur ergo quod fides diuina ipsa certior est quacunque scientia.

3. Concluſ. ¶Tertia conclusio opinio cum vt ex Aristo. colligitur assensus sit verus vel falsus obiecti contingentis, non solum contingẽ tiam ex parte obiecti sed etiam ipsius intellectus importat. Prima pars conclusionis probata est ex prima conclusione, qua ratione ipsam opinionem à fide humana nõ differre probatum est re, sed probandum est quod hæc contingentia etiam ex parte intellectus veniat considerandа. Quod est dicere ad hoc quod aliquid sit opinio satis est quod sit de obiecto quod in rei veritate

S.Th. 1.2. q.67. ar.3. sit cõtingens, vel quod existimetur esse cõtingens, adhũc sensum, quod nõ existimetur esse necessarium: itaque licet ego assentiã propositioni necessarię, si tamen nõ euidenter iudico esse propositionem necessariam, licet opiner necessariam: reputatur ab Aristot. assensus obiecti contingentis ex parte subiecti: quia cum solum opinor esse necessarium in extimatione mea forte

significatio dely forte apud. Arist. non est necessarium: & hoc quod dico forte Aristo. appellat contingens: & hæc est propria significatio dely forte: ex quo apparet Aristot. mentionem fecisse de omni opinione & quæ est de contingenti ex parte obiecti & quæ est ex parte subiecti: & si

Durandus. Durã. in prima quęstio. prologi sen. cõtrariũ reputet: & quod doctores comuniter dicunt opinionem esse assensum cum formidine ratione cuius à fide & scientia distinguunt: non est ex Aristo. sed doctores exponentes verbum contingens ex cogitarunt: quare diximus non esse de intrinseca ratione opinionis in rigore stando. In forma ergo probari potest conclusio vbicunque contingit non esse assensum formam dere quæ potest aliter se habere, ibi est opinio sed quando quis assentit propositioni necessariæ, quam non euidenter necessariã iudicat, ibi nõ est certus assensus: ergo erit opinio: & non est contingens, ex parte obiecti cum propositio sit necessaria: ergo est ex parte subiecti. &c. & secundo potest probari vbi est talis assensus (non tamẽ euidenter iudicando de tali propositione necessaria) vel est assensus fidei, vel iciẽtię, vel opinionis, sed non est fidei. vt supponimus neque est scientiæ, quia non est euidens: ergo est opinionis. Hæc sic ita sint ob intelligentiam Arist. in presentiarum sed tamẽ loquendo de natura opinionis duo videntur dicenda: primum quod in doctrina Philosophi de intrinseca ratione opinionis formido nõ est: ad modum quo modo moderni loquuntur: & sic sensit. S. Thom. quia iudicium quo assentio nũc Romam ei. e opinio est cum non sit sciẽtia & si est fides humana nihil differt re: vt dictum est ab opinione tamen propriè loquendo nõ est formido in tali assensu. Secũdo dicendũ quando quidem vsus habet vt distinctio sit inter humanam fidem & opinionẽ: opinio erit talis cõditionis vt de intrinseca ratione sit formido: & humana fides est asensus certus in euidens siue sit verus siue falsus sine formidine. Et hoc est loquẽdo vt plures loquuntur: sed sentiẽdo vt pauci, & ij sapientes de quoru numero facilè princeps doctor. S. i. 2. q. 67. art. 3. qui & si opinionem dicat assensum cum formidine, formidinẽ ponit, vt non de intrinseca ratione eius: cũ videatur sentire opinionem nõ differre ab humana fide: quia nõ repugnat illi' vsum. Quapropter quãdo idem doctor. S. fidem ponit mediam inter scientiam & opinionẽ, quia est assensus certus firmus, in euidẽs in quo à scientia differt & est sine formidine in quo ab opinio. ibi nõ loquitur de fide humana sed vera Catholica cui non potest subesse falsum. Difficile hæc videntur dicta, sed tamen ad intelligentiam Aristo. in præsenti loco conducunt imò sunt necessaria.

De opinione. Formido nõ est de intrinseca ratione opinionis. S.Thom.

4. Concluſ. ¶Quarta cõclusio scientia & opinio de eadem conclusione neque secundum actus neque secundum habitus esse possunt simul in eodem intellectu: probatur. Contraria non possunt simul esse in eodem subiecto

iecto vt manifestum est, sed assensus euidẽs qui est in scientia, & in euidens qui in opinione contrarij sunt: ergo non possunt esse simul: & experientia hoc satis constat: Dixi de eadem cõclusione, nam de eadem re id non repugnat: nam de Deo Philoso: potest habere scientiam quod est vnus: & opinionem an possit infinitũ producere: vel potentiam creandi communicare. De quo disputãt Theologi. Et sicut probatur de actibus remanet probatum de habitibus, cum sint habitus propter actus, & in moralibus compertissimum est quod non possit quis simul habituatus esse ad duo contraria: nam ex vsus temperantiæ prius corrũpunt habitum temperantiæ, quàm producat habitum temperantiæ. Ex istis sequitur quod ides non possit esse cum

S.Th. 1.2. q.67.ar.3 scienti neque cum opinione: quia assensus obscurus repugnat claritati scientiæ: & certitudo opinioni, quæ cum formidine est, seu cum contingentia: ad sensum dictum.

5. Concluſ. ¶Quinta cõclusio, solertia & si pars sit prudentiæ: virtus tamen propriè nõ est, loquẽdo de ea de qua loquitur in presenti Arist. huius cõclu. prima pars ex Isydoro in lib. Ethimologiarum constat: & ratio id manifestat, quia prudentis est rectam habere de operandis æstimationem: quæ non solum in speculatiuis sed inoperatiuis: sed hæc quando non habetur per doctrinam quæ docilitas vocatur, per se inueniendo necessaria est quæ solertia dicitur: est enim facilis coniecturatio circa inuẽtionem medij. &c. tunc in forma est argumentum id ponendum vt prudentiæ pars, quæ conducit

S.Th. 2.2. q.49.art.4. ad prudẽtis officium: sed solertia est huiusmodi: ergo ipsa pars prudentiæ est.

¶Secũda pars probatur, quod indifferens est ad verum & ad falsum non habet propriam rationem virtutis: sed solertia est huiusmodi, ergo non est propriè virtus: cõsequẽtia est bona, & maior ex diffinitione virtutis est manifesta, cui? est facere bonũ habentem, & eius actus bonos reddere: & cuius nunquam malus est vsus: sed vbi falsitas cõtinget ibi neque bonus redditur qui habet, neque actus est bonus, neq; vsus, sed minor probatur: quia immedijs illis in ventis per solertiam & verum & falsum cõtingit vt experientia docet.

Ad primũ. ¶Ad primum argumentum ex dictis patet solutio, nam repugnantia est ex parte obiecti esse scientiam & opinionem: quia vbi scientia est oportet sit necessarium, & non posse aliter esse: & in opinione sic est contingentia vt possit aliter esse: & mediũ demonstrationis in scientia necessariũ est: cum ex necessarijs procedat: & in opinione processus sit ex probabilibus. Item in scientia est assensus euidẽs, in opinione ine uidens: neque obstat quod ad illa quæ sunt scita ratio probabilis adducatur: nõ enim ob id rationem scientiæ amittit: sicut neq; fides desinit esse certa infallibilis (& cui nõ possit subesse falsum) eo quod adducatur aliqua probabilis ratio, quia per tales rationes adductas ad ea quæ fidei sunt non cautur euidentia & semper sunt non apparẽtia: illæ rationes faciunt vt impedimenta tollant difficultatis ad credendum: & ostẽdant non esse impossibile id quod fides habet: neq; per tales rationes meritum fidei tollitur in illo qui etiam illis seclusis crederet eò solum quod à Deo sunt reuelata sicut scitè doctor. S. docet. 2. 2. q. 2. ar. 10. ad secundum.

Instantia. Solutio. S.Th. 2. 2. q. 1. arti. 5. ad. 4.

¶Ad secundum solutio stat in hoc, quod non potest esse quod idem ab eodem sit visum & creditum: & sic nec scitum & creditum, de eodẽ à diuersis non repugnat: quod quis habeat fidem de hac, Deus est vnus: & Philosophus habeat scientiam: & sic etiam vt dictum est potest de eodẽ obiecto scientia & opinio à diuersis: sed nõ ab eodem: quia vnius habet demonstrationẽ, alius solum rationem probabilem: sicut & potest de vna eadem re diuersis tamen consideratis habere scientiã & fidẽ: vt de Deo quod sit vnus potest quis habere sciẽtiam, & habet fidẽ quod ille vnus Deus in essentia, in personis sit trinus: sed de eodem & secũdum idem repugnat ob id quę demõstratiuè scit Philosoph? quod sit vnus, qđ simplex, quòd sit prima causa, rusticus credit, vel opinatur.

S.Tho.

¶Ad tertium dicendum, quod prudentia in quantum moralis virtus est, non se habet ad verum & ad falsum: quod si quando contingat falli nõ est ex parte eiusdem virtutis in quantum dictat hoc agendum. Vt ex aliquibus cõiecturis sit iudicium prudentiale aggrediẽdum est modo: videlicet quia hostes inermes esse, vel dormire putat: falsæ tamen fuerunt coniecturæ, nihil perijt de ratione virtutis quia euidentia nõ erat requisita. Solertia tamẽ vt medium facilè inuenit ad demõstrationem à ratione virtutis deficit: quia habitus merè speculatiuus

S.Th. 2.2. q.49.ar.4. & 1.2.q.57

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiuus est:& quia euidētiā rei non facit,&c, tamen in quantum deseruiens prudentiæ, est eius pars integralis:vt docilitas. Et qui dem de solertia Lyconiēsis in vltimis verbis cōmentariorum huius in posteriorum loquens,ait,est vis velociter penetrādi,à causa in causatū, vel à causato in causam:& hæc est bonitas ingenij inueniendi mediū in tempore paruo,non expectato:vt si aliquis videt quod luna semper illuminatur in parte illa quæ respicit solē: per solertiam decurrit statim,ad intelligēdum causam huius.s.quod hoc sit,quia non habet lumen nisi à sole,& sic per vim penetratiuam quæ est solertia:decurrit per omnes causas medias,donec deueniat ad causam vltimatam,& primam. Hæc Lyconiēsis:ex quibus verbis declaratur,quid solertia sit: Et per hæc finis sit impositus libro primo posteriorum:solēt moderni multas mouere quæstiones,& de euidētia,& assensu, & alijs, quæ licet aliquo modo videantur pertinere absolute,tamen impertinētia vocari possunt:quia suo loco cōgruentius,& ad literam philosophi non videntur commode adducta.

Lyconiēsis.

¶ Hic esset lib.2.posteriorum Arist. apponendus,verum quia non videtur necessarius,& multis verbis,pauca super addere videtur ad illa quę in priori dicta,& quę sunt necessaria ad materiā demonstrationis ex proposito fine hic dialecticæ facimus:quibus vacat,situs manet locus diuagandi,obuij sunt libri,& commentaria doctissimorum,ex quibus si quæ sunt super adēda intelliget:nam de medio cum agat in demōstratione,(quod diffinitio est) bonam partem libri in hoc consumit philosophus, vt Alexādro Afrodiseo placet. Sed an hęc diffinitio quæ est medium,debeat esse passionis,quæ de subiecto demonstratur: vel debeat esse ipsius subiecti,de quo demonstrat propria passio:vel debeat esse & subiecti,& passionis,non cōueniunt doctores:

Opinio. Ægidij.

nam Ægidio Romano doctori fundamentali videtur in.2.posteriorum,quod diffinitio passionis,& nō subiecti, medium sit in demonstratione potissima:nam geometra si probat triāgulum habere tres,&c. Id per diffinitionem passionis agit sic. Omnis figura habens angulum extrinsecū æqualem duob⁹ intrinsecis sibi oppositis,habet tres æquales duobus rectis, sed triangulus est talis ergo. Ecce pro medio,difinitio passionis sumpta est: & in physicis idem docet

Opi. Lyncoēnsis.

Aristo.nam si quęratur propter quid luna eclypsatur,respondetur propter interpositionem terrę inter solem & lunam,quod est diffinitio eclypsis, quod erat propria passio lunæ.

¶ Lyconiensis tamen in secundo putat, diffinitionem subiecti,esse medium in demonstratione potissima, & non passionis:vt in hac omne animal rationale est risibile,omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis. Diffinitio subiecti.s.hominis,quæ est animal rationale, mediū fuit:& probat id esse dicēte Arist. in primo de anima in prologo,& in.4.physicorū,& cōfirmat ex Arist. qui in 2.poste.dicit, mediū demonstrationis dicit quid,& propter quid: hoc solū cōpetit diffinitioni subiecti. Nā interroges quid est homo,recte respondes animal rationale:& si quæris propter quid est risibilis, respondet,quia est rationalis:& sic dicit propter quid respectu passionis:hæc Lyconensis.

Opinio.Lyconiēsis.

¶ Sāct. Tho.tamen in.2. poste. lectione.1. tenet,quod non solum diffinitio subiecti mediū est,(vt dixit Lyconiensis),sed etiā diffinitio passionis, vt affirmat Ægidius: quia vtraq; diffinitio est mediū sufficiens. sed intelligere oportet vtrāq; diffinitionē: &subiecti,& passionis,sic mediū esse,vt intelligam⁹ vnā diffinitionē,quæ cōprehēdat & medij,& passiōis diffinitionē mediū esse,sed quod vtraq;,vt distincta medium est,verbi gratia quia oportet primo demōstrare passionem de subiecto per diffinitionem passionis:& postea per diffinitionem subiecti:vt homo est risibilis: primo sic demonstranda est,omne aptum ridere est risibile,homo est aptus natus ridere,ergo homo est risibilis. Ecce per diffinitionem passionis probata est,sed hæc nō sufficit, quia vtraq; præmissarum in demōstratione potissima debet esse,vel reduci ad immediatam:vt latè dictum est,sed constat quod in demonstratione supra posita,licet maior sit immediata,minor tamen nō est: quia in ter subiectum,& diffinitionem passionis datur medium,diffinitio subiecti: vnde minor probanda est,per diffinitionem subiecti, hoc modo,omne animal rationale est aptum natum ridere,homo est animal rationale,ergo homo est aptus natus ridere. Ecce quo ordine tam diffinitio passionis, quàm difinitio subiecti,medium sunt in demōstratione:& hęc est mēs doctoris.S.in loco citato:& est ad mentē Arist. Nā dicere, quod mediū in demonstratione sit diffinitio subiecti,& passiōis.sic vt aggregatū ex vtroq;,(vt aliqui dixerūt,) nō apparet. Dicebāt enim q̄d animal rationale aptū natū ridere esset mediū potissimū:quia erat maximè in mediatum,& subiecto, & passioni:sed est hoc cōtra Arist.in.2.quia mediū oportet sit diffinitio alicuius vnius diffiniti,modo,si tale aggregatū esset mediū, non est diffinitio alicuius vnius diffiniti, sed duorum.s.subiecti,& passionis:non tamen esset inconueniens mediū esse,aggregatum ex pluribus diffinitionibus eiusdē diffiniti,vt hæc,homo est disciplinabilis,& docibilis,potest demōstrari sic,omne animal rationale cōpositum ex humano corpore,& anima intellectiua est disciplinabile,& docibile:homo est tale ani.al,ergo,&c.

¶ Hæc ergo videbātur notanda,& addeda in fine pro illis quæ ab Arist.in. 2. posteriorum multis verbis (vt dixi) tractantur. Ob idq; ex proposito missa facimus alia non necessaria.

SALMANTICÆ,
Excudebat Ioannes Baptista à Terranoua.
M. D. LXIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca